BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIII*
D
46
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

# GREGORII ABULPHARAGII
SIVE
BAR-HEBRAEI
# CHRONICON SYRIACUM

E CODICIBUS BODLEIANIS

DESCRIPSIT MAXIMAM PARTEM VERTIT NOTISQUE ILLUSTRAVIT

PAULUS IACOBUS BRUNS

PHILOS. ET LEGUM DOCTOR HISTOR. LITERAR. ET LINGUARUM ORIENTALIUM PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS ET BIBLIOTHECAE PUBLICAE PRAEFECTUS IN ACADEMIA HELMSTADIENSI

EDIDIT EX PARTE VERTIT NOTASQUE ADIECIT

GEORGIUS GUILIELMUS KIRSCH

PHILOS. DOCTOR ET GYMNASII QUOD HOFAE EST IN MARGGRAVIATU BARUTHINO RECTOR

B. R. NEAPOLIS

LIPSIAE

APUD ADAMUM FRIDERICUM BOEHMIUM

cIↄ Iↄcc LXXXVIIII

Digitized by Google

Digitized by Google

# PRÆFATIO.

Gregorii Abulpharagii ſive Bar-Hebræi merita de hiſtoria ex opere eius Arabico, inſcripto *Hiſtoria compendioſa dynaſtiarum* ab Eduardo Pocockio Oxonii 1663 edito, viris eruditis primum innotuere. Vitam auctoris eiusque ſcripta potiſſimum lingua Syriaca exarata enarravit Ioh. Sim. Aſſemani in biblioth. Orient. Tom. II. p. 268. &c. In his eminet Chronicon Syriacum, tripartitum, quod luce digniſſimum prædicavit laudatus Aſſemani l. c. p. 312. coll. catal. MSS. Biblioth. Vatic. Tom. III. p. 342. cuiuſque duas poſteriores partes in opus ſuum fere integras tranſtulit. Quum fruſtra tentaſſet cel. I. D. Michaelis apographon prioris partis ſive hiſtoriæ politicæ ab orbe condito uſque ad Seculum poſt C. N. decimum tertium vergens Roma nanciſci: ego Oxonii commoratus in horis ſubceſivis opus deſcripſi, binis codicibus uſus inter Huntingtonianos in bibliotheca Bodleiana No. 1. & 52. deſignatis. Horum codicum poſtremus optimus, prior a Ioſepho monacho a. 1809. i. e. C. 1498 negligenter ſcriptus eſt. Extant eiusdem operis codices manuſcripti, a me tamen non inſpecti, in bibliotheca Vaticana, ex quibus fragmenta operi ſuo intexuit ſtator lin-

guæ Syriacæ I. S. Aſſemani, & in bibliotheca Palatina Medicea Florentiæ No. CXVIII. ut ex catalogo huius bibliothecæ ab Aſſemano confecto conſtat.

Poſtquam a. 1780 in libello Oxonii edito *de rebus geſtis Richardi Angliæ regis in Palaeſtina* & deinde in Repertorio literis biblicis & orientalibus ſacro (*Repertorium für bibliſche und morgenländiſche Litteratur*) atque in Annalibus literariis Helmſtadienſibus ſpecimina ex opere a me deſcripto edideram, in votis habuerunt harum rerum iudices optimi, ut opus integrum in lucem prodiret. At bibliopolis, quibus librum obtuleram, impenſas erogare detrectantibus, tandem vir ad promovendas literas Syriacas natus factusque M. *Georgius Guilielmus Kirſch* Gymnaſii, quod Hofæ eſt in principatu Baruthino, Rector, eas facere ſuſtinuit. Conditionibus, quas ultro ſpopondit, lubentiſſime acquieſcens ſtudium viri de literis Syriacis præclare merendi, quantum in me fuerit virium, excitare volui.

In verſione latina, ut opus non ſolum hiſtoriarum, ſed etiam linguæ Syriacæ cultoribus maiori emolumento eſſet, verborum tenax fui. Dura igitur & incomta Syri oratio in interpretatione ab omni elegantiarum affectatione aliena perlucet. Ubicunque tamen perſpicuitatis leges ſuadere videbantur, ut ne verbis ſerviliter inhærerem, iis obſecutus ſum. Si copioſiora extarent lin-

guæ

Digitized by Google

guæ Syriacæ lexica: in multis fortaſſe locis ſenſum & melius aſſecutus eſſem & expreſſiſſem. Sed quia illis caremus, neque lexica MSS. ad manus erant, quibus inprimis bibliotheca Bodleiana abundat, a iudicibus æquis, ſi quæ peccata admiſſa ſint, facile veniam impetrabo, meque ab iis, qui vel doctrina, vel apparatu me ſuperant, edoceri patiar.

Partem verſionis, quam cl. Kirſch confecit a p. 187. lin. 5. uſque ad p. 371 lin. 10. textus Syriaci, quanquam nondum vidi, tamen accuratam fidamque eſſe auguror, quia ex ſpeciminibus publice & privatim editis mihi conſtat, virum doctiſſimum linguam Syriacam egregie callere. Confecit autem eam, me conſentiente & ſuadente, ne mora editioni iniiceretur, quæ alias, quum apographon meum Syriacum per aliquot menſes in manibus Kirſchii fuerit, ad inſtantes nundinas Lipſienſes nondum prodire potuiſſet.

In ſcriptione nominum propriorum credidi mihi non nimis a Syriaca diſcedendum eſſe. Conſului tamen & ſervavi, quantum fieri potuit orthographiam Pocokii & Aſſemani in hiſtoricis, & Buſchingii in geographicis.

Notas adieci pauciſſimas, quibus textum paſſim ex ingenio emendavi (aliorum eſto, inſpectis codicibus, qui Romæ & Florentiæ ſervantur, coniecturas vel approbare vel condemnare) & verſionem confirmavi. Poſterioris generis multas prætermiſi, ne mo-



Digitized by Google

les libri augeretur. Haud raro enim ſignificationem vôcis in lexicis non obviæ ex linguis cognatis Arabica & Chaldaica deſumſi, etſi in notis non indicavi. Clariſſ. Fordi Profeſſoris linguæ Arabicæ Oxonienſis humanitatem, qui locos nonnullos in codicibus Oxonienſibus a me rogatus inſpexit, non poſſum non publice gratus agnoſcere. De uſu operis philologico, hiſtorico & geographico non huius inſtituti fert ratio, ut diſputem. Si monumenta, quibus hiſtoria nititur, in lucem emitti merentur, ſi fines linguæ, editis libris, qui illa conſcripti ſunt, proferuntur, ſi non ſatis eſt, libros ex Oriente in Europam deportari, in ædificiis publicis deponi, cuſtodes eorum deſignari, ſed id inprimis opera danda eſt, ut in incrementum diſciplinarum omnibus pateſiant, non deerunt in Europa literarum laudibus florentiſſima, qui Kirſchii conſilium, huic operi tantum laboris, curarum & pecuniæ impendendi, eximie laudent, &, ne eum eius poeniteat, efficiant.

Scr. Helmſtadii menſe Martio a. MDCCLXXXIX.

Paul Iacobus Bruns.

NON

Digitized by Google

Non ſine voluptate, finem iam prævidens laboris, arripio calamum, vt, quæ mihi praefanda ſunt, conſcribam, et quamquam labor diuturnus erat et ſat grauis, tamen me minime poenitet eum exantlaſſe. Abulpharagius quidem non eſt Liuius aliquis Syriacus, & recte liber eius vocatur *Chronicon*, dubium tamen non eſt, quin hoc ipſum vtiliſſimum ſit. Prelis feruentibus et, quantum ad hanc præfatiunculam ſcribendam opus eſt temporis, vix mihi concedentibus, id quidem agere non poſſum, vt, quam vere haec dicta ſint, multis demonſtrem, pauca tamen ex iis, quae de eius vtilitate mihi obſeruata ſunt, excerpta apponam. — Primum intellexi, ad ſcripturam ſacram Veteris Noviſque Teſtamenti multis in locis melius interpretandam eius lectionem eſſe profuturam. En huius rei exemplum e Vetere Teſtamento! Quod animalium genus voce חֹלֶד Leuit. XI. 29. denotetur, id hucusque ab interpretibus certo definiri non potuit. Pleraque eorum pars putabat eſſe *muſtelam*, alii *martem*, muſtelae ſpeciem, Bochartus, etymologiam ſecutus, *talpam*. Interpres Syrus ܚܘܠܕܐ vertit et hæc verſio inprimis a viris doctis conſideranda erat. Syrus enim interpres homo cautus eſt et ab eorum vanitate

te, qui, ne quidquam ignorare videantur incertiſſima pro certis venditant, alieniſſimus. Quæcunque neſcit, ea plerumque præterit et non vertere, quam male vertere, mauult. Eo plus autem eius verſioni hoc in loco tribuendum eſt, quia, ſi etymologiam et ſoni conuenientiam ſequi voluiſſet, in promtu erat nomen ܣܘܟܪܐ vere ſyriacum, quod ſexcenti alii pro eiusdem animalis appellatione accepiſſent. Cum autem hoc ܣܘܟܪܐ alii animali כח, quod paucis tantum interiectis verbis ſequitur, applicet, חלד vero ܚܘܡܛܐ interpretetur, id, puto, ſigno eſt, ei de vera vocis חלד ſignificatione perſuaſum fuiſſe. Sed ܚܘܡܛܐ quodnam animalium genus eſt? Si Caſtellum interrogas, hoc in vocabulo ab aliis ſeductum, reſpodet: *Muſtela.* Veriora docet Bar-Hebraeus, qui ſaepius hac voce vtitur. Pag. 216. lin. 16. vbi de magna fame in regione Choraſana orta loquitur, haec addit:

ܘܟܡ ܟܦܢܐ ܢܦܠ ܕܐܙܕܒܢ ܠܠܝܛܪܐ ܕܠܚܡܐ ܒܕܝܢܪܐ ܗܘܐ. ܘܐܟܠܝܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܠܟܠܒ̈ܐ ܘܚܘܡܛ̈ܐ.

*Tanta erat fames, ut panis litra vno denario aureo venderetur et homines canibus et* ܚܘܡܛ̈ܐ *veſcerentur.* Cum *muſtelae* ſignificatio parum conueniat, non difficilis eſt diuinatio, quid ܚܘܡܛܐ fuerit. Conferendus tamen cum hoc loco, qui rem non conficeret, alius, multo clarior, qui nihil dubitationis relinquit. Pag. 268 a lin. 4. deſcribit famem, quae maxime vrbem Damaſcum infeſtauit, e cuius incolis, quorum ante famem erant 300000, poſt eam tantum 3000 narrat ſuperfuiſſe. Poſtea ita pergit.

ܘܡܢ ܡܟܝܠ ܗܘܐ ܗܘܐ ܦܝܫܘ ܒܕܡܫܩ ܠܐ ܡܢܝܢܐ ܡܢ ܟܠܗ ܥܡܘܡܝ̈ܐ ܗܢܘܢ ܘܕܡܝܬܘ ܐܡܠܝܢ ܗܘܘ.

*Ob*

*Ob hunc annonae defectum mures, hominibus moleſti, vltra modum aucti ſunt, quia* ܟܟܘܫܬܐ *deerant, iam dudum ab hominibus comeſtae.* Cum ܟܟܘܫܐ omnium conſenſu *mures* ſint, me non monente, manifeſtum eſt, ܟܟܘܫܬܐ ſignificare *felem*, qua nullum animal muribus infeſtius, et de qua, quamuis et muſtelas venari mures non negem, omnes cogitabunt, quamprimum quæſtio incidit, quonam animalium genere deficiente mures multiplicentur. Optime etiam haec ſignificatio loco biblico conuenit, in quo ſimiliter חלד cum עכבר *mure* coniunctum eſt. Simul intelligitur, recte LXX viros vertiſſe γαλῆν, quæ vox non minus *felem*, quam *muſtelam* ſignificat. — Nunc aliud exemplum ex Nouo Teſtamento apponemus. Apoſtolus Ioannes euangelii ſui capite XIX. 39. Nicodemum ad Chriſti corpus pollinciendum aromatum attuliſſe narrat *centum litras* et hoc ipſum pondus, cuius magna pars inutilis videretur, nunquam interpretibus non multum negotii faceſſiuit. Non deerant quidem, qui variis modis expedire ſe tentarent, et monebant eorum nonnulli, forte ad locum ſepulcri ſuaui odore implendum aliqua aromatum parte Nicodemum vſum eſſe. Addebant etiam, moris fuiſſe inter ſepeliendum aromata incendere. Aſt opponebat alii, de incenſis aromatibus textum ſacrum omnino ſilere et, quod ad primum attineat, ei repugnare Euangeliſtæ verba, qui aromata non dicat in ſepulcro poſita eſſe, ſed Chriſti ſectatores σωμα 'Ιησȣ δῆσαι 'εν ὀθονιοις μετα των αρωματων. Quae difficultas vt minueretur, noſtris temporibus illuſtris Michaelis in *Hiſtoria reſurrectionis* ad hunc locum non diſſimulauit, ſibi quoque tantum pondus diſplicere et parum abeſſe, quin litram duabus drachmis ponderis medici ſtatuat aequalem fuiſſe. Diſſentiens ab hoc doctiſſimus

Lorsbachius, cum editum a Celeberr. Brunſio Abulpharagianæ narrationis ſpecimen ſyriacum diſputandi anſam praebuiſſet, in *Literaturae biblicæ et orientalis Repertorio*, *Parte* XVII, copioſe probare ſtuduit, litram duabus drachmis maiorem fuiſſe, ſimulque faſſus eſt, quamuis centum librarum pondus et ſibi iuſto maius videatur, ſuo etiam aſſenſu, ſi fieri poſſet, minuendum, tamen, ſi alterutrum eligendum ſit, ſe centum libras ducentis drachmis prælaturum. Gregorius Bar-Hebræus, ſi aliquot Chronici loca inter ſe conferantur, egregie rem expedit et ita quidem, vt vtrique ſententiæ ſatisfiat. Vox ܠܝܛܪܐ ſæpe in Chronico occurrit, ſed prætereo omnia alia loca, quamuis ad hanc quæſtionem pertinentia, vt illa tantum allegem, quae plurimum lucis afferunt. Pag. 559 a lin. 7. Chronici ſui haec habet Abulpharagius.

ܘܗܘܬ ܣܘܦܘܬ ܡܐܟܘܠܬܐ ܗܟܢܐ ܕܡܐܐ ܡܢܝܢ ܕܚܛ̈ܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܛܥܢܐ ܕܚܡܪܐ
ܙܥܘܪܐ ܒܐܪܒܥܝܢ ܙܘܙܝܢ ܐܙܕܒܢܘ

*Tanta exſtitit annonæ inopia, ut centum minæ tritici, hoc eſt, onus aſini paruum, quadraginta denariis venderentur.* Ad litræ pondus definiendum perbene his verbis vti poſſumus. Primum ſumo, onus aſini pendere 160 libras Norimbergenſes ciuiles; quem numerum eo facilius fundamenti loco ponere poſſum, cum hoc animal, cuius in noſtris regionibus ad frumenta in molas deportanda frequens vſus eſt, 200 huius generis libras, imo plures portare valeat. Ab hisce tamen 160 libris ſubtraho 60, quo verbis Bar-Hebræi ſatisfaciam, qui 100 minas paruum dicit onus aſini fuiſſe. Ergo 100 minæ æquales ſunt 100 libris Norimbergenſibus. Libra Norimb. ad libram Germanorum medicam ſ. Venetam eſt vt 10581 ad 7452 ideoque 100. libr. Norimb. faciunt, minutiis neglectis, 142 libras medicas

medicas, hoc eſt 100 minae = 142 libr. medicis. Mina (quod ex Galeni Opp. etiam Lorsbachius loco ſupra citato confirmauit) ad litram eſt vt $1\frac{1}{3}$ ad 1; hoc eſt, vt 4 ad 3, aut, quod idem, 3 minæ æquales ſunt 4 litris, et ſic 100 minæ = 133 litris. Erant autem 100 minæ = 142 libris medicis. Ergo 142 libr. med. = 133 litris; quo modo una litra plus quam una libra medica penderet, aut accuratius: 1 litra = 1 libr. 6 drachm. 1 ſcrup. 9 granis. Hactenus in hisce pro loco Ioannis nihil auxilii quia, rationibus ita ſubductis, pro 100 litris in Ioannis evangelio 106 libræ, 4 drachmæ, 1 ſcrup. 13 grana pond. med. provenirent. Sed cogitandum eſt, litrarum pondera non omnibus locis æqualia fuiſſe. Diſerte Abulpharagius in ſuo Chronico plus uno loco (Pag. 282. l. 13. & Pag 488. l. 4.) dicit, vni litræ ſyriacæ ſex litras Bagdadenſes ſive Babylonicas æquales fuiſſe. Itaque ſi centum Nicodemi libras pro Bagdadenſibus accipias &, quas ſuperius poſuimus 106 libras per ſenarium diuidas, hæc aromata a Nicodemo allata pendebant 17 libras, 9 uncias, 4 drachmas & 3 grana ponderis medici aut, ſi libra medica ponatur æqualis $\frac{1}{4}$ libræ Francofurtenſis, eadem pendebant 12 libras Francofurtenſes. Quam bene autem hoc pondus conveniat loco Ioannis, in aperto eſt.

Præter vtilitatem, quæ ex hoc Chronico in ſcripturam ſacram redundabit, prævideo etiam, fines ſyriacæ linguæ admodum eius auxilio prolatum iri. Caſtellianum lexicon, quidquid hucusque vocabulorum ſyriacorum innotuerat, id omne habebat, & quicunque frequenti uſu iſtum librum penitius inſpexit, mirari certe ſæpe debuit, quanta fuerit Caſtelli diligentia, qui nihil eorum, quæ conquiri poterant, omitteret. Sed ipſum hoc lexicon mirum quantum ex Bar-

 Hebræ-

Hebræo ditabitur. Longum eſſet enarrare, quomodo radicibus iam cognitis novas ſignificationes addat, modo radices et ſignificationes a Lexicographis addubitatas confirmet, modo ſyriacas verborum coniugationes ſuppleat & in Pael etiam aut Ethpaal & Aphel vſitata fuiſſe quædam verba probet, modo primitiuis derivata apponat, aut derivatis quibusdam, quæ in lexico comparebant, primitiva, unde manabant, præmittat, imo non raro omnino nova inſerat. In his novis talia quoque ſunt, quibus nummorum et menſurarum ratio illuſtratur, et quae, ſi perſequi hanc materiam liceret, tanquam tertius aliquis uſus, ſeparate ponenda eſſent. Amat enim Abulpharagius in ſuo Chronico ſyriaco adiicere paſſim notas, quibus & nummorum & menſurarum ratio explicetur. Exempli cauſa nonnulla eorum attingam. ܟܡܪܐ ſignificare *puluinum*, id Caſtellus habet, ſed ſignificare eandem vocem idem, quod Mogolicum vocabulum ab Abulpharagio in textu arabico adhibitum بالبش denotat, nempe *talentum*, id fruſtra quæras. Multo minus docere poteſt, quod in arabico etiam textu deeſt, quot denarios ſeu zuzas ſive dirhema eiusmodi ܟܡܪܐ æquaverit. Bar-Hebræus hoc docet. Pag. 442. l. 9. 10. 16. duplicis generis talenta dicit fuiſſe, argenteum & aureum, quorum illud 700 zuzas, hoc 700 Mitſkal aequauiſſe. ܚܘܪܐ ſignificare *album*, id Caſtellus dicit, ſed denotari quoque hac voce monetam aliquam argenteam, id non dicit. Adiecit hoc Michaelis ex Aſſemano, qui in ſua bibliotheca orientali affirmat, ܚܘܪܐ valere ſexageſimam partem Scuti Hiſpalenſis, vulgo Pezza Siviglia-na da otto. Ex Bar-Hebræo diſcimus, aut hoc omnino falſum (in rarioribus enim vocibus aut vocum ſignificationibus parum fidei habendum eſſe Aſſemano ſæpe deprehendi) quia tum ܚܘܪܐ nummus eſſet pretii admodum exigui, aut, ſi verum eſt, ܚܘܪܐ etiam *dir-*

*hema*

Digitized by Google

*rhema* denotare. Pag. 140. l. 20. Bar-Hebræus refert, Gabrieli medico a Chalipha Haruno 5000 *alborum* (ܚܘ̈ܪܐ) donata fuiſſe, & in textu arabico Pag. 236. l. 13. totidem *dirhemorum*. Imo ne opus quidem eſt collatione textus arabici. Pag. 200 ubi iuris peritum quendam 150000 denariorum argenteorum narrat mulctatum fuiſſe, ſtatim in oculos incurrit, ܚܘ̈ܪܐ & ܙܘ̈ܙܐ idem eſſe. Denariorum etiam aureorum rationem Bar-Hebræus illuſtrat. Vulgaris opinio eſt, decem, deinde 12 & tandem 20 & 25 dirhema denarium unum aureum æquaviſſe, ſed ex Bar-Hebræi Chronico pag. 426. l. 9. 10. docemur, ſex etiam drachmas uni denario aureo æquales fuiſſe. Magni momenti eſt locus modo citatus & fortaſſe etiam probat, denarios albos i. e. argenteos a zuzis ſ. dirhemis diuerſos exſtitiſſe; quo modo, quæ de denarii aurei ratione modo ſcripſimus, paullulum immutanda eſſent. *Un Soltanin* aut Soltanicus, ſi Herbelotium audiamus, nummus aureus erat. Bar-Hebræus docet pag. 524. l. 4. Soltanicos etiam fuiſſe denarios argenteos. ܩܦܝܙܐ Caſtellus explicat menſuram trium logorum ſ. 18 ovorum fuiſſe; quod verum non eſſe, apparet primum ex eo, quod Aziz, Chalipha Aegyptius, cum Halebum urbem poteſtati ſubiicere ſuæ tentaret, exercitui ſuo, ad obſidendum Halebum profecto, Apameæ 200000 ܩܦ̈ܝܙܐ tritici & hordei coacervaſſe memoratur. Quantus eius exercitus fuerit, id quidem expreſſis verbis non dicitur, æſtimari tamen ex eo poteſt, quod Græcorum imperator Baſilius, ſollicitante Lulu, contra Aegyptios 30000 hominum in auxilium miſit. 200000 ܩܦ̈ܝܙܐ, ſi ſecundum Caſtellum Kephizo trium logorum ponatur, æquabant 37430 modios romanos. At quam exigua haec frumenti copia pro exercitu,, qui Halebum per tredecim menſes obſidione cinxit? Si

 porro

porro quæras, quænam vera eius menſuræ capacitas fuerit, ſatisfaciet etiam Chronicon, ſi eius locum aliquem pag. 524 l. 4. conferre cum textu arabico pag. 511. l. 1. volueris. Quod enim in Syriaco ܡܟܘܟܐ nominatur, id in Arabico مكوكى est et مكوكى menſura eſt minime incognita. Sed haec mihi, temporis anguſtia impedito, de huius Chronici vtilitate ſufficiant.

Textus ſyriacus vt, quantum fieri poſſet, emendatiſſime ex manu ſcripto ederetur, nulli omnino labori, quantumuis graui, peperci. Nullibi in textu quidquam mutaui, bene memor, a me non poſtulari, vt, qualem ego textus lectionem optimam putem, ſed qualem in manu ſcripto codice inuenerim, typis exprimendum curem. Quam ob rem, vbicunque in voces incidi, quæ aliquid vitii habere viderentur, ne typothetae vitio crederentur corruptæ, appoſito hoc ſigno † indicare, in textu ita lectas eſſe, et viris doctis liberum relinquere iudicium malui. Non dubium mihi quidem eſt, quin veterum librariorum culpa nonnulla vocabula male ſcripta ſint. Ita duplex Iud (ܝܝ) me iudice nonnunquam male in Chet (ܚ) contractum et concurrentes literæ Iud et Chet e. g. in ܠܐܣܝܡܘ pro ܐܣܚܡܘ, aut ܝܐ et ܚ v. g. in ܡܕܝܢܬܐ pro ܡܕܚܢܐ, confuſæ videntur; quia tamen aperte in MS. erant et nonnunquam dubio omni non carebant, vti inueneram, reliqui et aliquoties in Notis emendare ſtudui. Nomina propria non vno ſemper eodemque modo ſcripta ſunt. Modo enim ܐ ܘ et ܝ additum, modo omiſſum eſt, modo coniunctim modo ſeparate ſcripta ſunt; quod hic monendum erat, ne typographi culpa id factum quis ſuſpicaretur.

Puncta diacritica et vocalia iis conſonantibus et impoſita et ſuppoſita ſunt, quibus in MS. appoſita erant, quamuis, quod Syria-

Syri facere ſolent, puncta vocalia non illis ſemper literis, quibus debentur, imponantur. Ceterum ſi lector punctum ſuffixo tertiæ perſonæ fem. gen. ſing. num. imponi ſolitum in non paucis vocibus omiſſum deprehenderit, periodos earumque membra alicubi minus accurate interſecta viderit, puncta etiam Ribui iis vocibus, in quibus nulla pluralitatis notio ineſt, e. c. præpoſitioni ܩܕ̈ܡܘܗܝ impoſita, aut eadem non vni literæ, vti fieri ſolet, ſed duabus e. g. ܪܘ̈ܡܚܐ impoſita conſpexerit, ea meminerit omnia in manu ſcripto ita eſſe.

Verſionis maxima pars Celeberr. Brunſio debetur et quia inter nos conuenerat, vt, ipſo inſcio, in eius interpretatione nihil omnino mutarem, ſciat lector, religioſe me omnem operam dediſſe, vt, qualem a laudato viro eam accipiſſem, talis, hoc eſt, intemerata in lucem prodiret. Quae in verſione a verbis pag. imæ 190: *Quia amore tui* vsque ad verba in pag. ſumma 379. *in proelio ceciderunt* leguntur, ea ego latine interpretatus ſum. Typographis magno ardore in opus abſoluendum intentis, cum iniquum fuiſſet a docto huius libri interprete poſtulare, vt, omnibus abiectis aliis curis, huic vni rei vacaret, huius partis vertendæ mihi poteſtatem fecit, de qua hoc tantum mihi monendum eſt, in ſcriptione nominum propriorum lectores aliquid diuerſitatis, quod tamen vix vllum morari queat, inuenturos. Ego v. c. ܢܘܪܐܠܕܝܢ aliaque huius ſimilia, arabicum pronuntiandi rationem ſecutus ſcripſi *Nuroddinus*, Brunſius, quem tum ob temporis anguſtiam, tum ob longinquitatem, quomodo haec ſcripturus eſſet, interrogare non poteram, *Nuraldinus*. Præter Notas, quæ parti a me verſæ addendæ erant, paſſim etiam Notis Brunſianis aliquas interpoſui,

et

et, quomodo hæ enatae ſint, id ſilentio non prætereundum. Librum Bar-Hebræi ſyriacum ſtatim ab initio (ita enim in animum induxeram) non inſpecta Brunſiana verſione legi et facere etiam aliter non potui, cum a pag. 110 textus ſyriacus typis prius impreſſus eſſet, quam eius interpretatio mihi mitteretur. Quum deinde typographica interpretationis Brunſianæ ſpecimina corrigerem, varia loca vidi aliter a me intellecta eſſe, atque a Brunſio verſa erant. Adnotaui et ſic illæ Notæ exſtiterunt, quas primo, ne quis vanitatis cauſa eas crederet interſperſas, ſupprimere in animo erat, poſtquam autem inter eas, denuo recenſitas, repereram, quae locis obſcuris aliquid lucis afferre poſſent, inſerere non dubitaui.

Ceterum mihi ego ipſe homo admodum ingratus viderer, niſi publice dicerem, qualem in hoc negotio laboris ſocium expertus ſim. Laude mea non eget Brunſius, a viris illuſtribus laudatus, tacere tamen non poſſum, miram eius beneuolentiam, miram eius erga me humanitatem fuiſſe; quæ niſi tanta fuiſſet, iure dubito, an hocce Chronicon, nunc quidem, lucem publicam vidiſſet. Non pauca erant impedimenta, quæ ſpem fruſtrari noſtram videbantur, ſed ita ſemper erga me ſe geſſit, vt facile appareret, non lucro eum inhiare, ſed literis bene cupere. Tales ſi multi alii eſſent, literis orientalibus omnibus modis conſuleretur. Quam ob rem pro hac humanitate publice nunc debitas ei gratias ago & ingenue profiteor, ſi nihil unquam fructuum ex hoc labore capiam, hoc me lucri loco accepturum, cum tali viro me coniunctim aliquamdiu literis operatum eſſe. Scripſi Hofæ in Principatu Baruthino, d. 30. Aprilis. 1789.

Georgius Guilielmus Kirsch.

INDEX

# INDEX

## Amicorum Bar-Hebræi

REX DANIÆ CHRISTIANUS VII. 3 Ex.

I. G. C. *Adler*, Concionator & Prof. Havnienſis.
I. G. C. *Anton*, Prof. LL. Orient. Vitebergenſis.
(P. N.) *Arnold*, Profeſſor Hanovienſis.
F. S. *Auguſtin*, Paſtor eccleſ. S. Nicolai & Inſpector. Berolini.
Reverendiſſ. Epiſcopus D. *Balle*.
Bern. *Bauer*, Vtriusque Iuris Prof. nomine Bibliothecæ Abbatiæ Ciſtercienſ. Eboracenſis.
Chr. Dan. *Beck*, Gr. & Lat. Ling. Prof. Lipſienſis.
I. L. *Benzler*, nomine Bibliothecæ Celſiſſimi Comitis Stollbergenſis, Wernigerodæ.
I. *Bering*, Profeſſ. Marburgenſis.
Bibliotheca Academica *Altdorfina*.
Bibliotheca Academ. Regiæ Scientiar. *Berolinenſis*;
Bibliotheca Academica *Gottingenſis*.
Bibliotheca Academica *Halenſis*.
Bibliotheca Academica *Heidelbergenſis*.
Bibliotheca Academica *Helmſtadienſis*.
Bibliotheca Academica *Lipſienſis*.
Bibliotheca Publica Senatus *Lipſienſis*.
Bibliotheca Publica *Lubecenſis*.
Bibliotheca Electoralis *Moguntina*.
Bibliotheca Aedis Chriſti *Oxonienſis*.
Bibliotheca Monaſterii Benedictinor. *Raittenhaslach*. in Bavaria.
Bibliotheca Academica *Wurceburgenſis*.
Bibliotheca Academica *Upſalienſis*.

*** Andr

Digitized by Google

Andr. *Birch*, Literatus, Danus.
Illuſtriſſimus Comes Edinburgenſis *Buchan*.
I. G. *Burkhard*, Theol. Doctor & Eccleſ. Lutheran. German. Concionator. Londini.
I. F. *Burſcher*, Canon. Miſnenſ. Doctor & Profeſſor Theologiæ primarius. Lipſiæ.
A. F. *Bueſching*, Supremi Senatus Eccleſiaſt. Conſiliarius & Dir. Gymn. Ev. Luth. Berolini.
(P. N.) *Cuhorſt*, Phil Mag. & Paſtor. Eccleſ. Unter-Enſingenſis diœceſ. Nürting. in Wurtemb.
Clayton Mordaunt *Cracherode*, SS. Theologiæ Doctor. Londini.
Io. Aug. *Dathe*, Theol. Doctor & LL. Orient. Prof. Lipſ.
F. W. *Dresde*. Theol. Doct. & Prof. Viteberg.
Th. Iac. *Dittmar*, Hiſtoriar. & Geograph. Prof. Berolinenſ.
I. G. *Eichhorn*, Conſiliarius Aulicus & Prof. Gottingenſ.
Simpert Franc. Salom. *Echerer*, nomine Bibliothecæ Acad. Dilingenſis.
Henr. *Ford*, Rector aulæ Magdalenæ, Oxonii.
I. F. *Froriep*, Theol. D. Senat. Eccleſ. Conſ. & Superint. Buckeburgi.
Io. Mel. *Faber*, Phil. D. & Prof. Gymnaſ. Onoldini.
Alex. *Geddes*, SS. Theologiæ Doctor. Londini.
Reverendiſſimns & Illuſtriſſimus *Martinus Gerbertus*, S. R. I. Princeps & Abbas Congregation. S. Blaſii in Monte Nigro.
(P. N.) *Hardenberg*, Sereniſſ. Ducis Brunſuicenſ. Conſiliarius Intimus. Brunſuici.
I. G. *Haſſe*, Prof. LL Orient. Regiomontanus 3 Ex.
I. M. *Haſſencamp*, Phil. & Orient. Lingg. Prof. Rinteliæ.
Andr. *Heins*, Philologiæ Studioſ. Danus.
H. Ph. C. *Hencke*, Abbas in Michaelſtein, Theol. D & Prof. Helmſtad.
E. W. *Hempel*, Theolog. Doctor & Prof. Lipſienſis.
C. F. *Hornemann*, Th. Doct. & Prof. Danus.
W. Fr. *Hezel*, Sereniſſ. Haſſor. Landgrav. a conſiliis regim. ſecret. & Prof. Gieſſenſ. 2 Ex.
R. *Iäniſch*, Paſtor Eccleſiæ in Alten - Gamm prope Hamburgum.
C. D. *Ilgen*, Philoſoph. Doctor. Lipſ.
N. G. *Kall*, Lingg. orient. Prof. Danus.
I. F. *Klemm*, Phil. Mag. & Superint. Diœceſ. Nürtingenſis in Wurtemb.
I. F. *Kleuker*, Rector Gymnaſii Osnabrug.
(P. N.) *Krieger*, iunior, Bibliopola Gieſſenſis. 3 Ex.

L. *Ku-*

Digitized by Google

L. *Kulenkamp*, Theolog. Doctor Gottingenſ.
Andr. *Lamey*, Sereniſſ. Elector. Palatini Conſiliarius aulicus, nomine Biblioth. Elector. Manhemenſis.
Laur. Io. Iac. *Lang*, Conſil. Conſiſt. Eccleſiaſt. ac Prof. LL. orient. & litt. elegant. Baruthi.
*Libraria* Academica *Argentoratenſis* 2 Ex.
G. W. *Lorsbach*, Prof. Dillenburg. 3 Ex.
Michael *Lort*, SS. Theologiæ Doctor. Londini.
(P. N.) *Martens*, Philoſ. Doctor Helmſtad.
Matthias *Meyer*, LL. Orient. Studioſ. Hungarus.
(P. N.) *Moldenhauer*, Theolog. Doct. & Prof. Lipſienſ.
S. F. N. *Morus*, Theolog. Doct. & Prof. Lipſienſ.
G. L. B. *Moſche*, Theolog. D. & Senior, nomine Bibliothecæ Urbicæ Francofurtenſis ad Moenum.
Frieder. *Münter*, AA. Magiſt. Havnienſis.
C. G. de *Murr*, Patricius Norimbergenſ.
I. A. M. *Nagel*. Prof. LL. Orient. Altdorf. ὁ μακαρίτης.
Io. Nicol. *Niclas*, Rector Gymnaſii. Luneburg.
Karſt. *Niebuhr*, Regis Danorum a Conſiliis Iuſtitiæ, Meldorfii.
I. I. *Oberlin*, Prof. Argentoratenſis.
H. E. G. *Paulus*, Prof. LL. Orient. Ienæ.
M. F. *Pitiſcus*, Prof. LL. Orient. Gymnaſ. Hamburg.
Reverendiſſ. *Beilby Proteus*, Epiſcopus Londinenſis.
Henricus Gabr. *Porthan*, Philoſ. Mag. & Eloq. Prof. Aboæ in Finnlandia.
Franc. Volkmar *Reinhardt*, Theol. D. & Prof. Aedi Arcis & Academicæ Præpoſitus, Conſiſtor. Elect. Aſſeſſor. Viteberg.
(P. N.) *Remer*, Profeſſor Helmſtadienſis.
(P. N.) *Remond*, Theolog. Candidatus & LL. Orient. ſtudioſ. Gotting.
I. G. *Roſenmüller*, Doct. Theolog. Conſiſt. Lipſienſ. Aſſeſ. & Superint. 2 Ex.
Granville *Sharp*, Armiger. Londini.
I. Ad. *Schinmeier*, Theol. Doct. & Superintend. Lubecæ.
C. *Schmidt*, cognominatus Phiſeldek. Conſiliar. Aulicus & Archiv. nomine Bibliothecæ Ducalis Guelpherbitanæ.
G. M. *Schnizer*, Superintendens Neoſtadii ad Aiſſum.
Chr. Fr. *Schnurrer*, LL. Orient. Prof. Tubingenſ.
I. G. *Schœnheit*, Collabor. Miniſter. aul. & urbici Rudolſtad. nomine Bibliothecæ aulicæ inferioris.
I. M. *Schroeckh*, Hiſtoriar. Prof. Viteberg.

I. C. F.

Digitized by Google

I. C. F. *Spilker*, Ser. Ducis Vinarienſ. a Conſiliis, nomine Bibliothecæ Ducalis Vinarienſis.
G. L. *Spohn*, Prof. Termoniæ.
C. G. *Straus*, Philoſ. Prof. nomine Bibliothecæ Senatus Dantiſcani & Bibliothecæ ad ædem S. Ioannis. Dantiſci
Fried. W. *Strieder*, Sereniſſ. Haſſorum Landgrav. a Conſ. Aulæ nomine Bibliothecæ Caſſellanæ.
Illuſtris *de Suhm*, Regis Danorum Claviger.
Guil. Abr. *Teller*, Supr. Sen. Eccl. Conſiliar. & Eccleſ. Præpoſitus Berol.
C. Chr. *Tittmann*, Theol. Doctor & Prof. Circ. Elect. Superint. Generalis & Conſiſtor. Aſſeſſor.
I. G. *Trendelenburg*, Gr. & Orient. LL. Prof. Dantiſci.
K. H. *Tromler* Phil. Mag. & Paſtor Primarius. Schneebergæ.
Ol. Gerh. *Tychſen*, Conſil. Aul. & Lingg. Orient. Prof. Roſtochii.
T. C. *Tychſen*, Theolog. Prof. Gottingæ.
(P. N.) *Uldall*, Regis Danorum a Conſiliis Iuſtitiæ.
(P. N.) *Veltheim*, Metallifod. Præfectus in Harbke.
Io. Caſp. *Velthuſen*, Theol. Doct. & Prof. & Sereniſſ. Duc. Meklenb. e conſiliariis rerum eccleſiaſticarum primariis. Roſtochii.
(P N.) *Wepler*, Prof. Marburgenſis.
Ioſephus *White*, SS. Theol. Doct. et Ling. Arabicae Prof. Oxonii.
H. E. *Winckler*, Concionator ad ædem primariam S. Catharinæ. Hamburg.
(P N.) *Winſtanley*, Prof. Oxonienſis.
(P N.) *Wiſkemann*, Theol. Candidatus & LL. Orient. ſtudioſ. Marburgi.
Carol. Godofr. *Woide*, SS. Theolog. Doctor & Muſei Britannici Bibliothecarius. Londini.

GREGORII

Digitized by Google

# Notae in Gregorii Bar-Hebraei Chronicon

(1) Quum Primas vel Maphrianus Orientis, non Occidentis, fuerit Abulpharagius (v. Aſſem. biblioth. Orient. T. II. p. 246) rectius, credo, librum inſcripſit librarius codicis B. his verbis:

ܡܢ ܐܠܗܐ ܡܥܕܪܢܐ ܘܡܥܕܪܢܘܬܐ ܩܕܡ ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܐ ܘܠܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܡܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܟܪܘܢܝܩܘܢ
ܕܡܬܩܢܢܘܬܐ ܕܒܢܐ ܘܛܟܣ ܠܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܘܩܬܘܠܝܩܐ
ܡܫܡܗܐ. ܢܘܗܪܐ ܕܡܕܢܚܐ ܘܡܥܪܒܐ ܗܘ ܐܦ ܐܒܘܠܦܪܓ. ܨܠܘܬܗ ܥܡܢ ܩܕܡ
ܛܘܝܒܐ ܀

*Implorato auxilio & adiumento Patris, Filii & Spiritus ſancti incipimus ſcribere Chronicon compoſitum & ordinatum a Mar Gregorio Maphriano & Catholico celeberrimo, lumine Orientis & Occidentis, qui & Abulpharagius, Preces eius ſint nobiſcum ante apparatum* (antequam nos ad opus accinximus)

(2) De hac urbe vide me in *Handbuch d. alten Erdbeſchreibung* P. II. S. 1. pag. 80.

(3) ܡܕܒܪܢܘܬܐ. Vox hoc ſenſu extat in Aſſem. B. O. T. II. p. 248, unde ſupplendum eſt lexicon Caſtelli.

(4) Totus locus difficilis eſt & obſcurus, atque hac de cauſa fortaſſe ab Aſſemano l. c. p. 312. omiſſus, qui a verbis *Benedictus es tu domine* ſtatim tranſit ad



Digitized by Google

*Quum ab annis octoginta &c.* Sed uti illum non imitamur, quando in ſequentibus verbis minus fidum interpretem agit,* ita etiam nobis verba, quæ in Chronico leguntur, ſupprimere religio eſt. Pro ܬܡܢܐ ܠܐܬܢܝܚܘܬܐ legendum eſſe videtur ܡܢܐ ܠܐܬܢܝܚܘܬܐ, uti ex ſequentibus ܡܢܐ ܕܡܫܝܚܘܬܐ veriſimile fit, & ܡܢܐ adverbialiter ſumendum eſt, quaſi eſſet ܡܢ.

*(4) Hic locus ex admodum difficilibus eſt; quem tamen antequam dico quomodo ego quidem vertam, paucula præmonere placet. Voces ܬܡܢܐ & ܡܢܐ, itemque ܠܡܠܟܐ & ܐܢܫܐ ego non muto, maxime eam ob cauſam, quia manifeſtum eſt, Barhebræum (ſi omnia hæc ab eo ſcripta & non ab alia quadam manu interpolata ſunt) vocibus & dicendi formulis, ſimiliter quidem ſonantibus, quoad ſenſum tamen diverſis aut oppoſitis, delectari, imo hoc in loco ludere. Tria talium formularum paria hic inveniuntur:

ܘܡܫܡܠܐ ܡܢ ܫܢ̈ܝܐ ܬܡܢܐ ܠܐܬܢܝܚܘܬܐ
ܕܐܠܐܝܢ ܡܢ ܥ̈ܩܒܐ ܡܢܐ ܕܡܫܝܚܘܬܐ
ܕܢܗܘܐ ܐܢܫܝܢ ܠܡܠܟܐ
ܘܡܫܡܠܐ ܡܘܫܝܢ ܠܡܠܟܐ
ܠܡܫܡܠܘܬܐ ܕܡܠܟܐ ܠܡܠܟܘ ܡܠܟܘܬܐ
ܠܡܫܡܠܘܬܐ ܕܐܢܫܐ ܠܡܠܟܘ ܡܫܡܠܐ

Protaſis mihi a ܘܡܫܡܠܐ, apodoſis autem a ܠܡܫܡܠܘܬܐ incipit. Verba ܐܢܫܐ ܠܡܠܟܐ non ad homines ſed ad ܡܫܝܚܐ refero. ܐܡܠܟܘ ſæpe in Chronico de rebus geſtis adhibetur. Voces ܡܢܐ & ܬܡܢܐ ſubſtantivis & ſuis adiectivis interpoſitas eſſe, id nihil habet difficultatis, quia Syri, uti Latini, hanc inſertionem amant; ſed in eo aliquid difficultatis eſt, quod neque poſt ܘܡܫܡܠܐ ante ܡܢ, neque poſt ܕܐܠܐܝܢ ante ܡܢ relativum ܕ conſpicitur, quod tamen ex linguæ ſyriacæ genio adeſſe deberet. Sed meminiſſe debemus, hoc Chronici exordium multas habere variantes lectiones in codice Vaticamo & uti in verſibus huius paginæ ſequentibus aliquoties ܕ vel additum vel omiſſum eſt, ſic

Digitized by Google

ſic etiam hoc loco forte omiſſum eſſe. Hiſce præmiſſis ego ita verto: *Quia animal rationale, ut iuſtitiam diſcat & virtutem exerceat, creatum eſt & uti ad hanc ſcientiam priorem, quæ cogitationibus abundat theoreticis, ſic etiam ad hanc alteram, quæ narrationibus affluit practicis (creatum eſt): commemoratio rerum omni ætate tum bene tum male geſtarum utilitatem haud mediocrem affert omnibus, qui virtuti operantur & vitia vitare ſtudent, dum eos ad virtutes narratas (proprie: recenſionis) imitandas & ad ſcelera relata fugienda adhortatur.* Verba ܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܛܒܬܐ & ܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܒܝܫܬܐ etiam de narrationis hiſtoricæ virtutibus & vitiis intelligi poſſent, ſed malim ego illa de ipſis hominum virtutibus & vitiis intelligere. Ki.

(5) ܕܡܟܒܝܢܐ. Vox ſine dubio corrupta eſt, corrigenda, ut videtur, in ܬܠܡܐ *traditio, doctrina* Chald. Quod ſequitur ܬܠܡܐ mutandum eſt in ܬܘܠܡܐ.

(6) Aſſem. ܕܡܟܐܝܠܘܬ ſed mihi probatur lectio codicis, quam in verſione expreſſi. De iſto Michaele adi Aſſem. l. c. p. 154, ubi eum claruiſſe ait circa annum Chriſti 1190. At de Chronico eius ibi altum ſilentium. Forſan periit, poſtquam Abulpharagius ſuum exaraverat.

(7) ܢܚܣ *revixit.* Caſtell. in Pael *reſuſcitavit, reſtituit.*

(8) ad litteram vertas: *rima proiecta* (lege cum Aſſem. ܡܟܠܘܪܕܝܐ) & *fiſſura præparata viſa eſt mihi fore in nobis populoque noſtro.* In voce ܘܗܘܘ quæ mox ſequitur, copula otioſa eſt & in verſione omittitur. ܡܟܠܣܐ quod præcedit, punctis Ribbui inſigniendum eſt, uti extat apud Aſſem.

* Vaticanus huius Chronici codex, quem Aſſemanus in Bibliotheca ſua Orientali, maxime tomo II. hinc inde excerpſit, ab initio variat in multis vocibus proderitque igitur, quo eius ſenſus facilius intelligatur, totum locum exſcribere:



Digitized by Google

ܘܥܡ ܡܢ ܡܠܟܘܬܐ ܕܦܠܫܬܝܢ ܡܫܬܝ̈ܢ ܡܢ ܐܒܗܬ̈ܐ ܢܫܡܐ
ܗܘܢܐ ܠܐ ܐܬܪ̈ܝܢ ܘܡܬܡܠܟܢܘܬܗ ܐܝܟ ܡܢ ܕܠܐ ܠܐ
ܐܬܝܢ: ܘܐܬܐ ܡܢ ܐܚܪܐ ܕܗܘܘܐ *ܡܢ ܡܫܡܠܝܐ *ܩܦܘܕܩܝܐ
ܡܕܝܢܐ *ܕܡܬܩܪܝܐ ܐܦܣܘܣ ܩܒܪܐ ܗܘ ܘܨܒܐ ܠܡܠܟܘܬܐ. ܗܢܐ ܠܒܪܟ:
ܘܡܠܟܘܬܐ *ܡܢ ܡܩܕܘܢܝ̈ܐ ܕܩܪܝܢ ܗܘܘ ܘܡ̈ܠܟܐ:
ܕܐܘܣܛܘܣ ܐܝܟ ܐܢܐ ܗܘ *ܩܘܪܐ *ܘܣܘܪܝܛܣ ܫܘܡܠܫܝܐ
ܘܐܦܪܝܐ ܡܠܟܘܬܐ *ܘܣܘܪܝܝܢ ܕܐܬܪܐ *ܘܦܪܘܣܝܢܘܛܘܣ
ܠܡܕܝܢܬܐ. ܗܢܘܢ ܕܡܠܟܘ ܒܫܢܝ̈ ܐܝܠܝܢ *ܕܡܩܕܘܢܝ̈ܐ ܘܡܩܕܘܢܐ
*ܕܦܪܡܝ̈ܐ: ܐܠܝܠܦ. *ܟܠ ܗܠܝܢ ܡܢ ܚܕܐ ܫܪܒܬܐ ܕܒܢܝ̈ ܝܘܢܝ̈ܐ
ܒܗ ܘܡܠܟܘ̈ܬܐ ܐܝܬܝܗܘܢ *ܒܡܕܝܢ̈ܬܐ ܕܡܦܪܢܝܢ ܘܚܕܝܢ ܒܦܪܫܐ
ܒܠܚܘܕ ܘܠܐ ܒܡܠܟܘܬܗܘܢ ܗܘ ܕܗܘ ܢܐ *ܕܐܘܠܐ ܒܠܚܘܕܝܗܘܢ. Ki.

** ego vertam: moribus puris atque ſanctis vivebant. ܕܘܒܪ̈ܐ enim *mores* ſunt. Ki.

*** Quamvis hic & aliis locis ܦܪܘܣܝܢܘܛܘܣ occurrat, nullus tamen dubito, quin ܦܪܘܣܢܘܛܘܣ legendum ſit. Librariorum vitio duplex ܢ in ܝܢ mutatum eſt. Ki.

(9) Deeſt verbum ܠܗܘ in lex. Caſtelli.

* Bios (ܒܘܣܘܣ) mihi quidem Eubœa eſſe videtur, quia illae, inter quas commemoratur, magnæ inſulæ ſunt. Hoc ſolum, quod tamen magni momenti vix eſt, obſtat, quod Syllaba Eu ab initio non expreſſa eſt. In toto hoc Chronico inſula ܒܘܣܘܣ nullo alio loco occurrit. Kir.

(10) A Caſtello notatur, אליף in lingua aethiopica eſſe Græciam.*

* ܗܠܐ revera Græcia eſt, quia ipſum græcum nomen Ελλας, άδος eſt. Kir.

(11) Non me fugit, Enakitarum nomen in ſacris literis per ע ſcribi בני ענק Num. XIII. 22. 28. 33. & in verſione ſyriaca reddi ܠܓܢܒܪ̈ܐ *gigantes.* Nihilominus alius ſenſus vix admitti poteſt.

*pro

* pro ܡܘܟܠܐ, vitioſe a librariis ſcripto, lege ܡܘܟܠܬܐ, quam lectionem verba huius loci ſequentia confirmant. Ki.

** ܘܥܒܪ ܒܝܢ ܦܠ̈ܓܘܬܐ ego verto: & inter partes diſſectas tranſiit, Gen. xv, 9. 17. Kir.

(12) Cod. B. pro ܘܠ̄ legit ܘܬܠܬܝܢ *triginta.*

(13) Mendoſe in textu legitur nomen regis ſecundi, cui aliud in verſione ſubſtituimus.

(14) Corrigendum videtur ܕܗ in ܕܗ̇, numerusque *ducenteſimus* etiam poſtea omiſſus eſſe videtur, quanquam in verſione *quintum*, qui diſerte aderat in textu, expreſſimus.

(15) *Gedar*, quæ eſt lectio Abulpharag. ex verſione ſyriaca Gen. xx, 1. 2. &c. manavit. Sed quum textus hebr. præferat *Gerar:* hoc nomen verſioni noſtræ intulimus. Eodem modo multa alia nomina biblica in textu noſto ſecundum orthographiam verſionis ſyriacæ adducuntur, quæ in verſione ad normam hebraici textus reddidimus: quod ſemel monere ſufficiat.

(16) Pro ܘܒܥܘܡܟ legendum videtur ܕܒܥܘܡܟ

* Hæc verba: ܘܐܩܣܛܘܪܝܐ ܐܝܬܝ ܠܒܠܒܠܐ ܣܛܣܝܟܘܪܘܣ ܡܛܠ ܕܒܝܬ ܢܫ̈ܐ ܐܬܪܒܝ ܗܘܐ ܘܩܪܩܝܣ ܕܝܢ ܡܢܝ ܗܘ ܡܦܢܩܐ ܠܥܠܡܐ ܒܐܘܦܢܛܝܐ ܕܐܝܩܝܘܗܝ. non poſt ܗܘܐ ſed poſt ܠܒܠܒܠܐ interpungo & ita verto: Sarciendi artem in orbem induxit Steſichorus, quia inter feminas educatus erat; texendi autem artem rex Manes, homo luxurioſus. ܐܩܣܛܘܪܝܐ & ܩܪܩܝܣ mihi graeca vocabula ſunt. In illo verbum ἀκέομαι *ſarcio* aut ἀκεςρια, *acus* latere videtur, hoc κερκις, *radius textorius*, *textrina* eſt. Ki.



Digitized by Google

(17) Bar Bahlul in lexico Arabico-Syriaco, quod olim Oxonii evolvi (utinam eo nunc uti mihi liceret!) explicat ܐܢܣܡܘܢܛܐ ſine dubio vocem græcam, quanquam, quae ei exacte reſpondeat, neſcio, per

ܨܠܨܠܐ ܘܢܩܫ ܙܡܪܐ *tinnitus acuti & genera nablii.*

De ſenſu verborum ſequentium adhuc dubius ſum. Quem dedi, a vero, credo, propius abeſt. Ceterum loco huic de Mene lucem accendunt verba Plutarchi excitata a Marshamo in Canon. Chronic. Lipſ. 1676 pag. 482. *Menes rex primus Aegyptios a tenui & opum pecuniaeque non indigente victus ratione deduxit.*

(18) ܪܥܫܘ ex Arab. رعس *trepidavit, tremuit*, interpretandum eſt.

(19) Tum nomen inventoris, tum ars inventa in utroque Chronico & Arabico, quod vulgo Hiſtoria Dynaſtiarum vocatur, & Syriaco latet. Illic enim ita pag. 33. وانونيوس الحكيم اوجد علم السيميا Pocockio interprete: *invenit Anunius ſapiens artem Semia.* سيميا ſignificat *ſignum, nota, veſtigium.* Num de arte ſcenica?

* verbum ܟܕ ܚܙܘ ego puncto ܟܕ ܚܙܘ, & non poſt ܗܘܐ, ſed poſt ܒܐܝܕܝܗܘܢ interpungo. Quia etiam ܐܠܗܐ *Deus, idolum*, ſignificat, totum locum ſic verto: *Aegyptii, qui non cum Pharaone exierant, cum egreſſorum interitum vidiſſent, quodcunque opus in manibus eorum tum temporis fuerat, id ſibi Deum faciebant illudque adorabant, propterea quod hoc eos ab exitu, perniciei cauſa, retinuiſſet.* Ki.

20) Legendum videtur ܕܐܬܟܠܝ ܕܡܛܠܬܗ ob cauſam *eius rei, quod prohibitus erat.*

* pro ܐܠܗܝܐ lege ܡܗܝܐ. Illud ſcriptionis vitium. Ki.

** Ubi ſtellulae interpoſitae ſunt, ibi lacuna quidem eſſe videtur, ſed, ſi pro plurali ܡܨܪ̈ܝܐ ſingularis legatur, nihil deeſſe credi poteſt. Ki.

*** pro ܡܘܬܢܘܬܐ legendum erit ܡܘܬܢܬܐ. Ki.

(21) vide 1 Sam. XIX, 18. & commentatores ad h. l.

(22) Corrigendum eſt 288 ob numeros ſequentes.

(23) Com-

Digitized by Google

(23) Compendium ſcribendi ܡܨܪ̄ explicandum eſt per ܡܨܪ̈ܝܢܐ

* ܬܢ numerum (450) ſignificat, quamvis lineola, numeris alias imponi ſolita, in MS. deeſſet. ܬܢ ܫ̈ܢܝܢ pars verborum Pauli ſunt. Act. XIII, 20. Ki.

** pro ܚܨܡ ego legere malim ܚܪ̇ܡ, *exſtirpavit.* Ki.

(24) Quid ſibi velit Lomirus, neſcio. Num Amoraeos?

(25) Forte legendum ܝܘܢܢ & *Ionas.*

(26) Lege *Aſſyriae.*

(27) Omnino legendum eſt ܐܠܐܘܪ̈ܫܠܡܝܐ pro ܐܠܐܘܪ̈ܫܡܝܐ, ut in verſione feci.

(28) Codex B. annos ܐܬܩܗ̄ i. e. 1505. Sed lectio alterius codicis a chronico Arabico eiusdem auctoris confirmatur.

(29) Num Zancle, quo nomine olim Meſſana appellata eſt? vid. Cellar. notit. orb. antiq. Tom. I. p. 973

(30) laxiori ſenſu pro ea, quae proprie Iſraelitarum erat.

* ante ܐܘܪܫܠܡ, quamvis leve quid ſit, deeſſe ? videtur. K.

(31) Non liquet, quaenam urbs Siciliae ſub nomine Marathonia lateat; at in ſequente nomine ſatis aperta ſunt veſtigia urbis Panormi. Nam B et P facile permutantur, R et N transpoſita ſunt, & loco prioris ܡ ſcribe ܦ, quo facto exit ܦܢܘܪܡܘܣ *Panormus.* Ita omnino corrigendum eſt.

(32) ܐܘܪܡܣ aliquam lucem accipit ex lex. Caſt. ubi pl. ܐܘܪ̈ܝܐ. ܐܘܪܡ̈ܝܐ *obliquae feneſtellae, turres, pinnae murorum, ſpeculae.* Bar Bahlul ad ܐܘܪܡܣܡ (ita igitur vox ſcribenda eſt) برج السور طليعة ܐܘܡܣܐ *turris muri*, vel *turris.* Nota, in hac ipſa hiſtoria Abulpharagium Arabice ſcribentem (v. hiſtor. dynaſtiar. p. 67) adhibuiſſe vocem برج

* ܐܘܪܡܣ

* ܐܘܕܡܣ quid ſit, melius intelligitur, ſi cum ܣ̈ܕܐ *cippus*, *compes*, conferatur. Forte etiam haec vox non ܐܘܕܡܣ, ſed ܣܕܡܣ ſcribenda eſt. Nihil enim facilius, quam ut ܣ in ܐܘ a librario, parum attento, mutaretur. Ki.

** ܘܟܕ ܨܠܘܬܐ ܗܝ ܡܫܡܗܬܐ, & cum preces illas celeberrimas precatus eſſet, Deus &c. Ki.

(33) Turbavit paulo, quae in Euſebii Chronico (edit. Scalig. Lugd. Batav. 1606) hoc ordine leguntur: Εν Ποντω πολις Ιςρος εκτισθη. Ακανθος και Σταγειρα εν Ελλαδι εκτισθησαν — Εν Σικελια Σελινυς εκτισθη. Reſtat igitur divinandum, quaenam ſint Urbes Metaa & Acardia vel Cardia.

* pro ܦܡ legendum eſt ܕܦܡ Ki.

** τῶ ܠܦܦܡ praemittendum eſt ܕ K.

(34) ſyr. *curſibus ſphaericis.* Adiectivum ܡܕܘܠܒܢܝܐ *ſphaericus* adſcribe ſubſtantivo ܡܕܘܠܒܬܐ *rota*, *ſphaera* in lex. Caſtell. col. 73.

(35) ܣܕܪܐ pro ܣܕܪ̈ܐ a rad. ܣܕܪ. Locum attulit Aſſem. bibl. Orient. T. II. p. 315. v. lex. Caſtelli.

* In ܐܦܘܠܝܣ nomen Comici *Eupolis*, qui priſcæ comœdiæ ſcriptor fuit populique vitia multa cam libertate notabat, latere mihi videtur. Certe Horatius Ariſtophani Eupolin iunxit. Serm. I, 4. 1.

Eupolis atque Cratinus Ariſtophanesque poetae &c. Ki.

** Ariſtoteles, quamvis eius diſcipulus eſſet, tamen in multis ab eo diſſenſit, maxime in doctrina de transmigratione animorum ex corporibus in corpora. In Manuſcr. eſt ܕܠܦ ܗܘ, ſed hae duae voces in unam coniungendae ſunt ܕܠܦܗܘ. ܕܠܦܦ verbum eſt quadriliterum ſignificans: *adverſatus eſt.* Ki.

(36) In dialecto Chald. בלט *eminere prominere* ſignificat, unde ܒܘܠܛܝܣ interpretandum videtur.

* ܒܘܠܛܝܣ mihi eſt Graecum vocabulum βυλευτης, *ſenator*, *patricius.* Ki.

* Bar

Digitized by Google

** Bar - Hebraeus a Poſidonio dicit Platonem originem duxiſſe, ſed male intellexit Graecos, qui, uti Diogenes Laertius, ad Ποσιδῶνα, i. e. Neptunum Platonem narrant genus retuliſſe. Ki.

(37) ܐܬܛܝܒ a rad. ܛܝܒ *paravit, preparavit;* inde Ethpa: paratus vel praeſens eſt ſcil. ad auſcultandum. De diſcipulis praeſentibus idem verbum paulo poſt adhibetur.

(38) ܟܣܝܬܐ *veſtis.*

* duos ſervos, calicem unum, πίνακα & inaurem. ܟܣܐ eſt calix. Hebr. כוס. ܦܝܢܟܐ, quae vox ſaepius in Bar - Hebraeo occurrit, eſſet *tabella*, *diſcus*, ſed Bar - Hebraeus, dum haec de Platone ſcribebat, ante oculos habuiſſe videtur, quae Apuleius de dogm. Platone retulit: *Patrimonium* (Plato) *in hortulo, qui Academiae iunctus fuit, & in duobus miniſtris & in patera,* (ܟܣܐ) *qua diis ſupplicabat, reliquit. Auri tatnum, quantum puer nobilitatis inſigne in auricula geſtavit.* Ki.

(39) ܡܢ non eſt praepoſitio *ex*, ſed coniunctio μὲν alias puncto diacritico inſignita.

(40) Exſcripſi ultima verba ex hiſtor. dynaſt. Syriaca nimis conciſa ſunt & fortaſſe non ſana, ad verbum ita reddenda: *procul abfuit philoſophus a veritate. Surdi erant auditores eius.*

* Plato dixit: *mens non adeſt. Abeſt philoſophus longiſſime a veritate. Surdi ſunt eius auditores.* Plato obſcure ſignificavit, ſe, quia Ariſtoteles abſit, ab auditoribus ſuis, quaſi ſurdis, non intelligi. Ki.

(41) Quum quid ſibi velit ܦܛܘܣ dicere non habeam, locum vacuum reliqui.
* ܦܛܘܣ, ܦܛܘܣܐ eſt, *ſimus.* Naſo ſimo Ariſtotelem dicit fuiſſe. Ki.

 ܡܦܩ

** ܥܡܪ interpretandum eſt: *tantum, modo;* ܫܢܬܐ, quod punctum diacriticum non habet in MS. *ſomnus.* ܫܠܐ habet nonnunquam ſignificationem: *ſubſtitit, reſtitit,* quae ſignificatio in lexicis deeſt. Vide inter alia huius Chron. pag. 316. l. 9. Hac ratione hic ſenſus exiſtit: Somni tantum tempore Ariſtoteles a librorum lectione ceſſabat. Cuicunque fere voci immorabatur, quo veram eius vim perciperet. Kir.

(42) ܡܬܟܫܦܢ derivandum a rad. ܟܫܦ de qua conf. notam 38.

(43) ܣܘܪܐ. Ita legitur in apographo meo, minus recte, ut videtur. Legendum enim arbitror ܚܒܝܬܐ, in lexic. Caſt. verſum *amphora, lagena, diota,* quibus adiice *dolium.* Nam chald. חבית *dolium*, & חביתא *vaſculum teſtaceum.* Textus Arabicus Chronici ſ. hiſtor. dynaſtiar. pag. 89. الحب

(44) Lege ܗܒܪܘ

* ܘܐܪܩܘܣܝܐ. Ego malim *Hercyniam* vertere & Alexandri expeditionem in Triballos, antequam in Aſiam traiiceret, intelligere. Triballi in Moeſia ad Danubium habitabant. Moeſiae trans Danubium Dacia erat appoſita, ad cuius fines Caeſar Hercyniam ſilvam pertigiſſe ſcripſit. Ki.

(45) Pro ܦ̄ܪ ſcribendum eſt. ܦ̄ܪ

(45*) Pro ܘܡܟܡܟܘܪܝܐ conieci ܘܡܟܡܪܝܐ

(45**) Lege ܘܪܟܒܝܢ

(46) ܐܦܪ ante ܐܘܪܚܐ inducendum eſt.

* in ܐܦܪ delendnm eſt ab initio ܐ Ki.

(47) vi-

(47) vide not. 23.

(48) vide Schultenſ. indic. geographic ad vit. Saladini voce *Moraſſium.* Eandem eſſe urbem cum Germanicia (v. compend. noſtr. geographic. P. I. p. 152) aliunde, credo, nondum notum erat. Phellus eſt urbs Licyae. Verba, quae ſequuntur, excitavit Aſſem. in bibl. Orient. T. II. p. 314.

* Pro numero, ܗܦܣܪ habet Aſſemanus Tom. II, p. 314. ܗܦܣܘ & in verſu penultimo huius paginae pro numero ܗܦܣܝܢ habet ܗܦ̈ܣܝܢ. Ki.

(49) videntur Syri ſenſum vocis Ευεργετης non recte aſſecuti eſſe.

(50) v. Schultenſ. ind. geograph. v. Racca & Carkiſia.

(51) ܪܨܝܦ ex Arab. رصف quod arabice ſcribens Abulpharagius ab h. l. adhibuit, explicandum eſt; رصف *appoſuit invicem, ordine iunxit lapides in pavimento.* ܐܣܛܪܘܛܘܣ, quod pariter lexico abeſt, eſt στρωτος, *ſtratus, inſtratus.*

(52) Delendum eſt ܐ vocis ܐܐܣܛܪܛܝܓܘܣ auctoritate textus arabici.

(53) Pro ܡܘܦܘܠܝܣ legendum coniicio ܣܘܦܘܠܝܣ *Sipylus* mons, ſub cuius radicibus Magneſia ſita eſt, ubi prœlium commiſſum fuit.

• ܬܪ ܡܘܦܘܠܝܣ duo vocabula in MS. ego quidem coniungo in unam ſyllabam; qua ratione nomen notiſſimum *Thermopylarum* exiſtit. Ki.

(54) Litera ܐ ante ܡܟܬܫܬܐ omiſſa vel ſubintelligenda eſt.

* primum ܪܘܣ corrigo in ܪܦܣ *& conculcavit, contudit;* ܗܪܡܘܗܝ muto in ܗܕ̈ܡܘܗܝ *membra*, & ſic verto: *omnes illius artus confregit aut contudit.* Ki.

 (55) ܕܗܘܡܐ

(55) ܕܣܘܡܐ plane alienum eſt. Corrigendum eſt ܡܨܪܡ

* ܡܘܣܐ ſervandum utique videtur. Recurrit enim eadem phraſis pag. 139. l. 5. textus Syriaci. Ki.

(56) Lege ܡܟܠܟܠ

(57) ܡܫܘܫܒܬܐ (Ita enim ſuppletis, quæ deſunt, literis, legendum eſſe videtur) ex rad. ܢܫܒ *flavit*, vertendum eſt *flatus*. Flatus ignis eſt incendium.

(58) pro ܐܣܛܪܛܓܐ Cod. B. ܪܒܐ *magiſter*, *dux*.

(59) ܡܚܕܪܐ *deſcenſus*, *declivitas* vox Chaldaica inter Syriacas lexici Caſtelliani non occurrit. Reſpici videtur ad ea, quæ Ioſephus Antiq. Iud. L. XVII. c. 13. (15) §. 1. de Archelao, quem cum Philippo Abulpharagius confudit, narrat ανοικοδομει δε και το εν Ιεριχουντι βασιλειον εκπρεπως των τε υδατων οποσα Νεαραν την κωμην ωφελει επιρρεοντα εξ ημισειας απεστρεψεν επαγωγην αυτω ποιουμενος τω πεδιω φοινιξιν υπ' αυτου πεφυτευμενω.

(60) pro ܡܕܝܢܚܝ lege ܡܕܢܚܝ

* ܟܝ in ܡܝ mutandum eſt.

(61) De hoc litterarum commercio Abgari cum Tiberio vid. doctiſſ. *Henke*, cum quo locum communicaveram, in progr. Helmſtad. 1784 *de Pontii Pilati actis in cauſa Domini noſtri ad imp. Tiberium miſſis probabilia* pag. XXIII.

(62) Computum iſtum attulit Aſſeman. in Biblioth. Orient. Tom. II. p. 314.

(63) vid. Hegeſipp. ap. Euſeb. hiſt. eccl. II. 23. quem locum excitavit cl. *Pott* in præfat. ad *epiſtol. cathol.* Vol. I. pag. 5 ſqq.

(64) Hæc

Digitized by Google

(64)* Pro ܘܠܫܒܘܥܬܐ ܫܒܬܐ ܕܝܢ ܐܡܪܝܢ in cod. B. legitur ܘܐܢܫ ܕܫܬܐ ܝܘܡܝܢ ܘܐܢܫ ܕܫܒܘܥܬܐ ܫܠܡܝܢ *horum aliquot per ſex dies, aliquot per integram ſeptimanam ieiunant.*

(65) Hæc aliis enucleanda relisquo. Mihi enim locus valde obſcurus eſt.

* Quare dictum eſt Paulo a Chiliarcha: An tu es ille Ægyptius &c. Hæc verba ex* Actor. cap. 21, 38. ſumta. Ki.

(66) Bar Bahlul in lex. Syro-Arab. MS. ſub voce ܟܐܦܐ hæc habet.

(66)* ܐܚܪ̈ܢܐ ܟܐܦܐ ܗܘܝܘ ܝܘܣܝܦܘܣ ܡܟܬܒܢܐ *alii: Cephas eſt Ioſephus ſcriptor.* Codex B præfert numerum 5577.

(66)** Nullus dubito, quin numerus ܗܦܛ apographi corrigendus ſit in ܗܦܥ ob numerum, qui præceſſerat.

* De magna autem tentatione (miſeria) quam perpeſſi ſunt, qui in urbe erant, — ſcripſit Ioſephus. Ki.

(67) ܢܣܝܘܢܐ non a rad. ܢܣܐ ſed ܢܣܣ derivandum eſt & explicandum ex Chald. נסיון ſignum. Paullo poſt legendum eſt ܡܣܬܪܗܛܐ pro ܡܪܗܛܐ

(68) Ante ܡܥܠܝܬܐ ſupplendum eſt vocabulum ſimilis ſignificationis cum ſequenti ܡܬܚܫܒܝܢ

(68*) ܦܠܐܪ vox corrupta, cui medela non ſuppetit.

* ܦܠܐܪ ܗܘ, Apollonii cognomentum, eſt e Græco petitum, a πελωρ nempe, ut ſit Græce Απολλωνιος ο πελωριος, Appollonius Thaumaturgus. Kir.

(69) Lege ܡܚܙܐ pro ܡܚܙܐ quod apographon præfert.



Digitized by Google

* Homines veris philoſophis virtute non cedunt. حوم صى quando de hominibus adhibetur, ſignificat: deteriorem eſſe aliquo. Ki.

(70) ܘܡܕܟܪܗܐ corrigendum in ܘܡܕܟܪܗܬܐ.

(71) ܦܐܪ̈ܐ niſi fallor, abbreviatum eſt. Quis enim ſit liber fructuum a Ptolemæo ſcriptus, ut Pocockius vertit, plane neſcio.

(71 a) Vix ſenſum ex loco, qui de Theone agit, elicuiſſem, niſi adiuviſſet mathematicus eruditiſſimus, Klugel, qui ſequentibus verbis ex *Riccioli almageſt. nov. Bononiæ* 1653 pag. 166 locum illuſtrare ſuaſit: *Quidam ante Albategnium ut ipſe refert, cap.* 52 *& ex eo Regiomontanus* l. 7. *epitomes Almag. propoſ.* 6. *dixere fixas moveri orientem verſus ad gradus usque* 8 *conficiendo gradum unum annis* 80 *aut* 84 *dein reverti verſus occidentem per totidem gradus.*

(72) Locum Aſſemanus in Bibl. Orient. T. II. p. 318. attulit.

* ܐܠܟܣܘܣܬܐ mihi ſunt gladiatorii ludi. ܐܠܟܣܛܐ aut ܐܠܟܣܘܣ *athleta* eſt, ideoque ſic verto: per quadraginta dies ludi gladiatorii erant. Uti in Romae natalibus curſu, certabant. K.

(73) ܡܕܝܪܗ in verſione omiſi.

(74) Tranſpoſitae videntur literae ܪ & ܬ ita ut legendum ſit ܩܬܪܘܣ

* ܩܬܪܘܣ ego ex graeco καθαρος, *purus* interpretor & verto: ſed obſtitit Novatus, qui nullam eſſe dandam lapſis veniam contendebat, ideoque antiſtes *purorum* vocatus eſt. Ki.

(75) ܗܣܐ obſcurum verbum, cuius ſignificatum contextus clare docet.

(76) ܣܡܚܘ pro ܣܡܚܘܬܐ confer cum حبيبة *negotium, res, conditio, ſtatus.*

(77) Re-

(77) Recenſum medicorum excerpſit Aſſeman. l. c. p. 315.

(78) Sequuntur in textu verba nonnulla corruptiſſima, atque idcirco in verſione omiſſa.

* ܘܠܐܡܣܝܒܪ in duas voces ܡܣܝܒܪ ܘܠܐ dividendum eſt, quo facto hic ſenſus exſiſtit: *Quia murus aquarum impetum ulterius ſuſtinere non poterat, labefactatus eſt & corruit.* K.

** multo melior ſenſus erit, ſi literam ܕ in ܪ mutas & legis ܦܣܩܘ ܡܣܢܝܗܘܢ. ܡܣܢܝܬܐ eſt *frenum.* Senſus eſt: *Equi, ruptis frenis, ob dolorem, inſidentes excuſſerunt.* Ki.

*** pro ܘܡܪܕܗ uti in MS. eſt, legendum ܡܪܕܗ̇. Frequens eſt in MS. hic error, ut pro ܗ masculino ܗ̇ femininum occurrat, & vice verſa. Ki.

**** ܦܕܢܐ ſignificat *aratrum* & ܐܦܕܢ de tractione aratri adhibetur itaque verto: ſe reducem pro ignominia, qua ſe affeciſſent, urbem aratro everſurum. Ki.

(79) Proprie: *mutaturum, abſterſurum eſſe.*

(80) Non ſunt verba Bar-Hebraei, ſed auctoris, quem Bar-Hebraeus retentis ſcr i to ris verbis ex more Orientalium & antiquiſſimorum & recentiorum exſcripſit, quique huius theologi aequalis fuit. Fortaſſe mendoſe ſcriptum eſt ܗܘܬ pro ܐܝܬܗ̇, *qua* (ſc. eccleſia) *ibi adhuc eſt.*

(80)* ܢܦܩܘܢ fut. in Peal a rad. ܢܦܩ in lingua chaldaica in Hiphil occurrente *eduxit, protulit, ut* נפק vid. Caſtell. col. 2973. Fortaſſe in cod. A extat ܢܦܫ *fortitus eſt, expandit, explicavit.* Ceſſante ira & re conſiderata, decretum promulgavit.

(81) Quanquam in apographo meo legatur ܘܫܢ tamen nullus dubito ob hiſtoricorum teſtimonia, quin verus annus ſit ܘܫܟ

* ܩܪܒܐ ܠܐ ܡܬܦܝܣܢܐ eſt bellum *infeſtiſſimum* idque in verſione interponendum. K.

**ܡܬܦܝܢܣܐ

** ܡܘܪܝ̈ܢܐ eſt *oblectamentum;* ܡܣܡܣ, idem eſſe, quod ܡܠܡܣ *Campus* ſuſpicor, ideoque ſic verto: equo vectus more ſuo in urbe regia cum in campum ad animum oblectandum exiiſſet, offendente equo cecidit. Ki.

(82) Verba quaedam omiſſa ſunt,| quorum ſenſus non liquet.

(83) Contuli ܐܩܘܛܒ cum أقطاب in lex. Caſtelli (deeſt enim in Goliano) col. 3320.

(84) Significationem erui ex صلل *ſonuit percuſſum ignitabulum nec emiſit ignem*

(85) Pro ܣܩܠܩܝ legendum eſt ܣܩܠܛܝ

(86) Confer Aſſemani biblioth. orient. P. I. p. 274. not. 2.

(87) In lex. Caſtell. col. 3557 Chald. מרזבני *duces, principes.*

(88) Videtur in ܠܗܘ extrema litera omiſſa eſſe, atque legendum ܠܗܘܢ

(89) Verba nonnulla, ſine dubio corrupta, in verſione omiſi.

(90) Quum الجعمي *foſſus, obrutus eſt*, huic loco parum conveniat: explicui vocem ex جمع *collegit, congregavit*, γ & y, ut fit in linguis orientalibus, permutatis. Servata ſignificatione *fodere* ita etiam verti poſſet: *in foſſa collocati* turri adverſa.

(91) ܡܡܠܡܘܢܐ vox corrupta; num ܡܡܠܘܟ *Mamlucus*?

(92) ܡܘܪ̈ܐ ܕܝ̈ܢܐ Κυριοι iudices.

(93) Legendum eſſe ܡܘܪܝܩܝܣ patet ex titulo vitae imperatoris ſequentis praemiſſo.

(94) Ne.

Digitized by Google

(94) Neſcio, quid ſibi velit ܐܠܡܘܣܐ, quod ipſum verbum monſtrum eſt.

(95) Syriace & latine iam editum eſt hoc fragmentum in annalib. literar. Helmſtadienſ. a. 1782. Voll. II. p. 289.

(96) ܒܘܒܘܢܝܬܘܣ, quamquam aliquid mendi ineſt, reſpondet græco βαβων, ut etiam verſio adiecta docet. ܢܘܡܐ ſuadente contextu idem ſignificat, quod quandoque ܡܘܡܬܐ *puſtula, vomica.* Ante ܠܡܟܠܬܐ, quod paulo poſt ſequitur, deeſt ܟܡܠ.

(97) Videtur eſſe græcum προςατεια.

(98) Rectius hunc dixeris Iuſtinum II. Sed quum Barhebræus antea Iuſtinum I. appellaverit Iuſtinianum: (v. not. 93.) Iuſtinianum, qui eum excepit, ſecundum facit, & nunc, iterum permutatis nominibus Iuſtini & Iuſtiniani de Iuſtiniano III agit.

(99) Pro ܢܟܠܗ legendum eſt ܢܠܗ

(100) Conf. notam 87. Quæ ſequuntur, paulo obſcura ſunt.

(101) ܕܡܘܐ corrigendum videtur in ܕܘܝ.

* Petierunt, ut recederent, quo ſeſe lavare poſſent. Sic verto, quia ܕܡܣܚܘܢ a ܣܚܝ deduco, quod verbum etiam *lavare* ſignificat. Ki.

(102) ܣܩܘܦܐ vox græca; reſpondere videtur σκοποι.

(103) ܐܣܒܣ niſi ſit Græcum σεβας *res ſacra*, vox corrupta eſt, quam cum Chald. זַבִּין *merx*, *quæ venditur* (v. Caſtell.) comparavi.

* Intellige ſive probe perpende; quid ego fuerim & quid tu fueris. Ki.



Digitized by Google

(104) Ad ܕܙܘܡܢܐ margo Codicis B annotavit ܠܫܡܘܠܐ i. e. بول *urina.*

(104 a) Lectio Codicis B ܘܐܣܥܒ adiuvat conieсturam ܘܐܣܥܒ ܥܠ. Conf. Dynaſt. VIII.

(105) Pro ܘܐܡܣܠ lege ܘܐܡܠܐ

* *Contemnendi* notionem, quam Caſtellus in ſuo Lexico attulit, a Michaele paullulum addubitatam, confirmat hic Chronici locus. Ki.

(106) ܕܡܘܪܘܗܝ explico ex وره *fatuus & demens fuit.*

* pro ܕܡܘܪܘܗܝ ego lego ܕܡܘܪܘܗܝ vertoque: *hiſce quatuor annis, quibus Iuſtinianus ægrotabat, regnum adminiſtravit.* Ki.

** Magnes dux quidam Syrus promiſit, ſe eum comprehenſurum, propterea quod ſuus ille amicus eſſet; ideoque in Syriam profectus ſcripſit Mondari, &c. Ki.

(107) Mutandum videtur ܩ̈ܕܡܐ in ܡܥܕܐ.

(108) ܐܣܦܬܪܘܗܝ ex lingua Chald. interpretatus ſum, in qua אספתרין *gladiatores*, v. Caſtell. col. 185.

* ܐܣܦܬܪܘܗܝ vitioſe ſcriptum eſſe coniicio pro ܐܣܦܩܠܛܘܪܘܗܝ. Admodum enim frequens ſpeculatorum mentio in regum atque principum famulitio. Ki.

(109) ܡܚܩ conf. cum محق *abolevit, delevit* it. *uſſit, exuſſit*, calor; conſtruitur cum accuſativo.

(110) Locum hunc excerpſit Aſſemani in biblioth. Orient. Tom. III. P. I. p. 410, qui chronologiæ regum Perſarum, quæ ibi legitur, inde a pag. 396 multos alios locos ex Bar - Hebræo deſumtos intexuit.

(111) Pro

Digitized by Google

(111) Pro ܐܥܪܣܬܐ legendum ܐܥܪܣܒܐ *inſidiae.*

* Equidem non memini in toto Bar - Hebr. Chronico in ullum incidere locum, ubi ܐܥܪܣܒܐ aliter quam per ب ſcriptum fuiſſet ideoque ego puto in Caſtelli Lexico vocem ܐܥܪܣܬܐ male editam eſſe. Ki.

(112) Legendum eſt ܟܐܡܒܕܘܢ pro ܟܪܒܕܘܢ.

(113) ܚܡܚܡܐ explicandum eſt ex عمق *ros matutinus & terram irrorans.*

(114) Partem huius narrationis latine inſerui Annal. literar. Helmſtad. 1782. Vol. II. p. 274 &c. Vide, quæ ad locum inde deſumtum doctiſſime annotavit amicus, quem ſuſpicere & amare nunquam deſinam neque unquam ſatis potero S. V. Velthuſen in programm. academico, d. 24 Dec. 1782 publicato, quo *populi Iudaici caritas commendatur Chriſtianis* pag. 50 &c.

(115) ܟܠܫܬܐ corrige ܟܢܠܫܬܐ.

* Qui acumine intellectus antiquos ſuperant, dum non aliis fundamentis, quam libris graecis, ſuae ſapientiae aedificia ſuperſtruxerunt, quae quoad dictionem egregia ſunt, & disquiſitiones adeo acutas (ediderunt,) ut nos iidem, a quibus per interpretes, qui omnes Syri erant, ſapientiam acceperant, nunc ſapientiam ab iis petere cogamur. Kir.

(116) Totum hoc penſum de haereſibus Muhammedanorum difficillimum eſt, quod intactum relinquere malo, quam falſam afferre medelam. Reddidi, ut potui, quanquam certus ſum, me non ubique ſenſum auctoris aſſecutum eſſe.

* Hic locus probare poteſt, Syrorum linguam, quae alias facillima omnium videtur, (quamdiu nempe hiſtorica leguntur) difficilem fieri & perplexam videri, ubi de dogmatibus ſermo eſt. Tum enim non ſecus ac Graeci & Ro-

Romani, verbis magis complicitis, difficiles periodos proferunt. Quod ſi hoc in loco bene teneatur & vocula una male in MS. ſcripta emendetur tum omnia lucida ſiunt & intelligibilia. ܡܕܟܟܠܐ corrigo in ܡܕܟܟܠܐ & ſine erroris metu ita verto: *Quod ad fidem Mohammedanam attinet, ſunt inter eos, qui Deum, (cuius bonitati laus ſit) dicant corporalem eſſe & corporaliter in throno eoque corporali etiam, cœlis & terra maiore, ſedere. Sunt tamen etiam, qui dicunt, non corporalem eſſe, viſibilem tamen carnis oculis et poſt reſurrectionem iuſtos ita eum viſuros eſſe. Secundum alios verbo æterno & in ſe ſubſiſtente loquitur & vitâ æternâ vivit. Alii perſonalitatem chriſtianorum reformidantes (tribuere ei non ſuſtinentes) quamvis fateantur, annos ei & tempora procedere, verbum tamen eius & vitam non inveniant (affirmare non audeant) dicere coguntur, loqui eum quidem, ſed non verbo, vivere, ſed non vitâ. Præter hos ſunt & alii, qui dicunt, Deum creaviſſe peccatorem, ut peccaret & in Gebenna flagraret, & creaviſſe iuſtum, ut iuſtificaretur & bene illi eſſet in Paradiſo, non autem licere interrogare, hoc cur ita fiat & hominibus non eſſe imperium in ſemet ipſos, Alii contra libertatem, uti Chriſtiani, ſtatuunt. Sed ne a propoſito longius aberremus, redeamus ad* &c. Kir.

** ܟܛܪܬ ego pro tertia perſ. praet. verbi ܟܛܪ *manſit, moratus eſt* accipio & verto: ſimilis haſtæ & per 30 dies conſpicua fuit. Kir.

(117) Incipit locus ſatis longus, quem iam protulerat Aſſemani in Bibl. Or. T. III. P. I. p. 421. ſqq.

(118) Quid ſit ܣܩܠܐ, aliis expediendum relinquo.

* Mihi ܣܩܠܐ pro ܣܩܘܒܠܐ, *adverſarius*, *inimicus*, legendum videtur. K.

(119) ܩܘܪܩܘܪܐ Arab. قرقور *navis longa ac magna.*

* Reſpondit: Utinam, o imparator, non dormiviſſes & ſomnium hoc non vidiſſes! Ki.

** ܡܣܡܣܛܘܪ

Digitized by Google

** ܩܘܩܢܛܘܪ ego pro latinorum *buccinatore* accipio & verto: niſi buccinatoris filius in regiam navem tranſiluiſſet & regem in aliam navem traduxiſſet. Ki.

(120) Numerus ܕܢܚ̄ ſine dubio mendoſus eſt, cui ſubſtitui temporum habita ratione ܕܣܚ̄

* ܚܠܡ ܐܡܐ ego has voces coniungo; quo modo adverbium fiunt ܚܠܡܐܡܐ *ſerviliter*, quae ſignificatio contextui egregie convenit. Ki.

(121)* Explicui ܕܐܩܥܐ ex ܐܩܥܐ *prorupit in voces*. Sed non liquet.

* *Senatores autem, utpote quorum oculi donis excæcati erant, Conſtantino favebant.* Ki.

* (122) ܣܘܣܝܢܐ correxi in ܘܫܝܢܐ *Hoſainum*, cum quo Iazido pugna fuit. Dubito tamen, totusque locus corruptus eſt, nec niſi inſpectis aliis libris ſanari poteſt.

(123) ܡܟܪܙܢܐ fortaſſe ſcribendum eſt ܡܟܪܡܝܐ & derivandum a ܪܟܙ *illaqueans, reti tenens, vafer.*

(124) ܩܩܘܢܐ. Lexica habent ܩܢܐ *contemtus* ſubſt.

* ego puncto: ܡܛܠ ܕܡܬܠܐ ܩܩܘܢܐ vertoque: *propter ſimilitudinem puerorum, qui timidi ſunt.* ܩܩܘܢܐ *puerulus* eſt occurritque etiam forma huius nominis feminina pag. huius chron. 540. l. 18. ܠܬܘܢܝܐ ܕܐܩܥܐ ܩܩܘܢܝܬܐ ܠܗ ܡܗܝܡܢܢ.

*Narratio, cui ne puellæ quidem fidem habeant.* Ki.

** ego lego: ܡܛܠ ܕܡܪܩܡܢܝ vertoque: *quia gingiva dentium continuo ſanguino-*

*guinolenta ſunt* (eamque ob cauſam ex ore ſanguinem fluxiſſe credibile eſt *muſcæ ad eius os convolabant.* Ki.

(125) ܡܕܡܕܡܐ *cruentus, ſanguinolentus, ſanguine aſperſus.* Ita Caſtell. col. 723. Adde *exitioſus* ob ܢܡܠܡ quod ibi vide col. 724.

(126) ܡܡܕܘܢܡܐ legendum videtur ܡܡܟܡܐ.

(127) ܐܘܓܐ inſerit vocem cel. Michaelis novae editioni lexici Caſtell.

(128) Num ܣܡܕܢܐ hic loci fortaſſe ſignificat *aromatarius mortuorum?*

* ܣܡܕܢܐ ſunt tabernae, in quibus omnis generis res venduntur. Qui uvas, olera & huius generis alia vendit, is ܣܡܕܢܐ eſt & locus eius, ubi vendit, ܣܡܕܢܐ. Kir.

(129) ܡܥܐܪܘܣ fortaſſe ſcribendum ܡܥܠܐܪܘܣ.

(130) Ad literam: *fratribus transmigrationis tuæ.*

(130*) ܡܩܘܪܣܛܐ explicandum ex Chald. קרטיתא *parum, fruſtulum.*

* *poſtquam hae perpeſſus erat, e cuſtodia dimiſſus eſt.* Ki.

** *qui autem ſubmerſi ſunt, eos extraxerunt* (a ܢܫܠ extraxit) *& dimiſerunt.* Ki.

*** deeſt in verſione interpretatio vocis ܡܣܠܟܐ. Sed haec quid ſignificet non liquet. Si eorum vocabulorum ſenſum, quae lexicon Caſtellianum habet, ſequi velles, ſignificaret *calceamenta* aut ſimile quid, ſed haec ſignificatio contextui non ſatis convenit. Kir.

(131) *F*,

(131) *Filius* ܒܪ ſupplevi ex titulo Chaliphae ſequentis, ubi iam ܒܪܗ delevi ex aliis hiſtoricis.

(132) Pro ܘܠܐ ܠܚܣܝܢ, quod operarum errori debetur, in apographo meo extat ܘܐܠܚܣܝܢ.

(133) Punctandum ܢܫ̈ܐ vid. Caſtelli Lexic. edit. I. D. Michaelis.

* ܦܬܘܪ ܚܝ̈ܐ, quia puncta Ribui impoſita ſunt, ego ſimpliciter vertam: *menſam vitae*, unde ſcilicet *vita ſpiritualis* petenda eſt. Recurrit haec appellatio pag. 138. l. 4. text. ſyr. Kir.

** ܠܡܦܣ̈ܠܬܐ mihi ſunt *opera ſculpta*, ideoque interpretor: *confregit etiam malleis opera ſculpta*. Kir.

(134) Corrigendum eſt ܐܬܦܩܣܘܢ.

(135) Alter codex veram praefert lectionem ܕܡܩܡܨܐ.

(136) ܠܕܘܪܐ corrigendum videtur in ܠܘܪܐ. Sequens ܡܟܣܬܐ explicandum videtur ex كعبة

* ܙܘܙܐ eſt Arabum درهم *dirhemum*. Kir.

(137) Senſus ſatis perſpicuus eſt. in voce tamen ܐܠܙܘܗܘ haereo. Num legendum eſt ܐܠܙܘܚ, an ܐܠܙܘܟ vel ܐܠܕܝܣ an aliud quid?

(138) Verba ܕܠܚܕܕܝܢ ܣܝܢ continet formulam deprecandi, pro qua Chald. חס ושלום

(139) ܠܢܘ̈ܟܝܐ Nil habeo ad explicandum verbum difficile. Num fortaſſe eſt nomen appellativum derivandum a نوكى *deſipuit, ſtultus fuit.*

* pro ܕܪܟܫܐ lego ܘܪܟܫܐ. ܪܟܫܐ eſt *equus*, ideoque vertendum eſt: *Arabes luxurioſi ad maiorem luxuriam prolapſi ſunt, equos & canes venaticos ſibi parantes.* Kir.

(140) Locus difficilis. ܡܣܦܪܝܢ, quod paulo poſt ſequitur, ex ܐܘܣܦܪܐ *exilio* & ܣܦܪ Aph. *relegavit,* quo ſenſu apud noſtrum occurrere memini, lumen fœneratur.

* ܡܪܒܥܐ puncto ܡܪ̈ܒܥܐ vertoque: *ſuper quarta contignatione.* Ki.

(141) ܘܠܐ ܐܬܗܒ corrige in ܘܐܠܐ ܬܗܒ.

(142) ܐܦܪܣܐ lege ܐܦܪ̈ܣܐ, niſi illo vocabulo lexica ditanda ſint, quod potius videtur. Br. — Vide notam III. Ki.

(143) ܡܬܗܓܝܢ videtur ex ܗܓܐ *meditatus eſt* explicandum eſſe, collato شجع *ſtrenuus fuit.*

(144) ܡܓܠܓܠܐ contuli cum ܡܘܓܠܐ, *pus.* Sed totus locus obſcurus eſt.

* ܡܓܠܓܠܐ ego deduco ex ܓܠܠ *volvit, convolvit,* & ſignificare puto *glebam.* Totum locum ita interpretor: Moslemius quidam, cuius domus eccleſiae vicina erat, ludificaturus ſacerdotem, glebis eum petiit ex luto compactis; & cum aliquando tempore ſacrificationis in media patella ſuper menſa vitae agnum diſſectum conſpexiſſet, deſcendit &c. Kir.

(145) ܕܡܣܒܐ

Digitized by Google

(145) ܡܩܫܐ coniectura ſenſum vocis definivi.

* ܡܩܫܐ vix dubium eſt, quin aut in ܡܩܫܐ mutandum ſit aut punctis Ribui notari debeat. Conf. notam 55. Klr.

(146) Sequitur locus exſcriptus ab Aſſemani in B. O. Tom. II. p. 315. Ante ܐܝܟ ܠܚܣܡܐ tolle literam ܐ. Pro ܕܚܣܡܐ apud Aſſemanum dedi ex MS. utroque ܘܚܣܡܐ.

(147) ܐܢܬܘܦܛܘܬܐ proprie *proconſulatus* ἀνϑυπατεία. Chaldaice enim אנטיפטא *proconſul* ἀνϑυπατος.

* ܐܢܬܘܦܛܘܬܐ mihi eſt græcum vocabulum ἀντιπάϑεια, ideoque interpretor: *quia adverſus fratem ſuum omnem antipathiam animo ſervavit.* Kir.

(148) ܡܥܛܡܘ contuli cum عظم i. q. Hebr. עצם *os*, *oſſis*.

* ܕܥܛܡܐ uti Chaldaicum עטמא, *latus*, ſignificat, ideoque vertendum: in latere Saturacium ſauciarunt. Ki.

(149) ܩܘܪܘ videtur legendum eſſe ܩܘܪܘܣ. Alter codex præfert ܩܘܪܘܣ. *Korus vel Cyrus* videtur eſſe urbs, quæ laudatur a Buſchingio, viro ſummo, in geograph. P. V. Sect. I. p. 301. edit. Hamb. 1781.

(150) Neſcio, num recte verterim. Cilicia aſpera temporibus ſequioribus nomen traxit Iſauriæ v. compendium meum geogr. antiq. german. exarat. p. 89.

* ܡܥܠܢܘܬܐ ܩܠܝ ſunt *anguſtiæ;* quæ ſignificatio optime convenit huic loco Ciliciæ, cuius anguſtiæ aut fauces maxime fama nobilitatæ ſunt. Vertere igitur placet ſic: Thabet conſtituit portas in faucibus Ciliciæ, &c. Kir.

(151) ܦܘܪܣܘ corrigo in ܣܘܪܣܘ.

(152) ܡܦܩܐ lege ܡܦܩܢܐ.

* اطيف caput eius lanceæ impoſitum & Bagdadi circumlatum per plateas eſt. Mihi eſt اطيف *circumductum*, *circumlatum eſt.* Kir.

(153) ܩܘܒܬܐ Chald. קובתא *urceus maior* al. *fovea*, *ciſterna* & קבוב *fornicatio*, *fornicis forma*,, *ſtructura.* ܩܘܒܐ, quod ſequitur haud multo poſt, fortaſſe nomen eſt plateæ Haranenſis.

(154) ܙܓܘܣܬܐ diminutivum τȣ ܙܓܐ *tintinabulum.*

(155) ܟܪܘܣܬܐ corrige in ܟܪܣܬܐ.

(156) ܕܝܪܐ legendum ſine dubio ܕܝܪܝܐ.

(157) *Michael.* Hoc nomen ſubſtituendum eſſe videtur nomini *Leo*, quod textus impreſſus præfert.

(158) ܐܬܬܙܝܥ Legendum coniicio ܐܬܬܙܝܥ a rad. ܙܘܥ.

(159) ܘܓܘܪܓܝܐ legendum eſt ܘܓܘܪܓܝܐ.

(160) ܕܡܣܣ forte ܣܡܣܣ qui reſpondet anno C. 833.

(161) Videtur auctor verbo ܦܪܚ paronomaſiam vocis ܦܪܬ *Euphratis* captare. ܦܘܪܬܐ forſan occurrunt in Buſching. l. c. p. 221.

(162) ܕܩܘܒܐ. Quum ܩܘܒܐ æque ac ܩܘܒܐ in lex Caſt. vertatur *ſpina* & ܐܪܥܐ ܕܩܘܒܐ ſub voce ܐܪܥܐ in eod. lex. reddatur *terra Tigritana*: hinc verſionem petendam eſſe credidi.

(163) Qui-

Digitized by Google

(163) Quid ſibi velit ܝܣܡܟܐ dicere non habeo. Sunt forſan animalia.

(164) ܟܪܡܝ corrigendum in ܟܪܡܒ.

(165) In margine additum ܠܬܠܡܚܪܝܐ ܗ̄ܘ *ille eſt Telmaharenſis*.

(166) ܠܒܫ forſ. ܐܠܒܫ.

(167) ܫܚܠܐ forte ܫܚܠܠܐ *diſſolutus*, *cavus*.

(168) ܠܡܫܘܚܬܐ fort. ܠܡܫܘܚܬܐ.

(169) ܐܦܘܪܓܘܣ ܣܡ legendum absque dubio ܣܡܐ ܦܘܪܓܘܣ. Vox ܦܘܪܓܘܣ quæ præceſſerat ex Græca lingua petita πυργος etiam in Arabica reperitur برج v. Gol.

(170) ܦܕܡܐ fort. ܦܕܘܡܐ rad. ܦܕܡ, eiusdem ſignificationis, ut videtur, cum ܦܕܡܐ *inunctio*, *collyrium*.

* *texit faciem ſuam velo.* ܦܕܡܐ enim *pallium*, *velum* eſt. Kir.

(171) ܠܗܘܡܝ legend. ܠܗ ܡܝ.

(172) Omiſi quædam verba, quorum ſenſus non liquet.

* *Quia rebelles ex habitationibus ſuis egreſſi erant viribus integris, Perſarum autem digiti a gelu ſtupefacti erant & defluebant.* Kir.

(173) ܐܬܦܪܣܗ deſting. ܗܘ ܐܬܦܪ.

(174) ܦܘܣܬܩܝܢ i. q. كسنج.

(175) ܩܘܪܝܢ. Ita ſcriptum eſt, legique poteſt *Kurinum* vel *Kudinum*.

* ܡܩܠܝܢ ego a ܩܠܐ deduco & pro part. Aph. accipio, quapropter interpretor: quia carbones ligni cedrini non tamdiu ignem retinent, quam carbones quercii. Kir.

(176) ܣܚܡܬܐ ܕܩܕܪܝܢ f. ܣܚܘܡܬܐ ܡܢ ܕܩܪܐ.

(177) ܡܢܘܪ ܢܘܪܝܢ explicandum ex Ar. نَأَرَ 2. pavidus fuit, fugit.

(178) ܠܐܬܒܗ ܘܡܬܚܡܠܗ redundare videntur.

(179) Sub ܡܥܘܬ ܗܪܐ menſurae genus neſcio quod latere videtur.

(180) ܐܬܢܣܚܘ fort. ܐܬܢܣܚܘ. An potius ܐܬܚܪܪܘ *liberati ſunt*? Br. — imo potius ܐܬܢܣܚܘ. Ki.

(181) ܐܡܟܠܣ forte ܐܡܟܠܣ. Iſte enim annus hiſtoriæ convenit.

(182) ܦܪܘܬܐ i. q. فروة *veſtis pellicea*, *cutis capitis*. ܫܡܘܪܝܐ quod in verſione omiſi, illuſtratur ex سمور *muſtela Scythica — ipſaque pellis eius animalis ac pellicea talis veſtis*, vel eſt nomen loci vertendumque *Samarrenſium*.

(183) v. omnino Buſching. l. c. p. 207.

(184) Locum de Honaino exſcripſit & vertit Aſſemani in Bibl. Or. T. 2. p. 271 in nota.

(185) ܘܫ?

(185) ܘܗܘ lege ܘܗܘ teſte Aſſemani. Eodem teſte paulo poſt ܡܚܣܝܢ pro ܡܚܣܝܢ.

(186) ܘܡܪܐ non valde differt ſenſu a ܘܡܪܟܒܐ *cunabulum*, *lectus*, quod ex Ferrario habet Caſtellus. Conferendum eſt etiam Chald. דקורין *vas*, *cadi*.

* in latere unius ex illis & quidem pueri, locus ictus a lancea facti apparebat & ſuper eorum urnis ſcriptura erat ſacerdotalis, quam nemo legere poterat. ܘܡܪܐ ſubſtantivum eſt a verbo ܘܡܪ *fixit*, *confodit*, derivatum. ܘܡܪܐ ܘܡܚܘ eſt vulnus. ܟܘܡܪܘܬܐ a ܟܘܡܪܐ *ſacerdos* deduco. Ki.

(187) Edidit hanc pericopam Aſſemani in B. O. T. II. p. 318. Pro ܦܪܘܣܗ p. 173. l. 1. codex uterque ܦܪܘܣܝ, vitioſe. Reſtituimus veram lectionem ex Vaticano, quo uſus eſt Aſſem.

(188) ܐܬܥܣܩ explic. ex عنف *incommodus*, *durus fuit* II. incommoditate moleſtia affecit.

(189) ܡܢ ܡܢ dele ſemel ܡܢ.

(190) ܡܢ ܚܠܐ ܡܢܐ in verſione omiſi. Videtur locus urbis deſignari.

(191) Extat hoc penſum tranſcriptum & converſum apud Aſſemani in B. O. T. II. p. 316. & in biblioth. Mediceo-Palatina, quam cognatus Io. Simon Stephanus Ephodius Aſſemani edidit.

* Hunc locum Aſſemanus Bibl. Orien. Tom. 2. p. 317 vertit, & probare poteſt, uti multa alia ab eo verſa, (quæ hic recenſere non convenit.) Aſſemani interpretationibus tuto nos ubique fidem habere non poſſe. Totum locum male intellexit ܡܢ ܨܥܘܪ ܚܠܐ non ſignificat *paullulum* ſed *ſuper minore quam* aut latinius; *ita, ut anguli minus quam duos rectos efficiant*. Argumentum libelli

belli, quem Abul Haſanus ſcripſerat, hoc habebat: *duas lineas rectas, ſi ſuper alia recta ita erigantur, ut anguli interni ad easdem partes minus quam duos rectos efficiant, protractas tandem concurrere.* Ergo idem, quod Euclides. Elem. lib. I. Propoſ. XXVIII. Lemm. tractavit. Kir.

(192) ܘܐܡܡܬܐ forte ܐܘܡܡܬܐ.

(193) ܡܗܡ contuli cum قطو quod habet Caſtelli col. 3321. 3322. *letitia, alacritas comedendi.* ܘܢܣܐ h. l. eſt fœmin.

(194) ܢܥܣܟ forte ܢܥܣܡ.

(195) ܘܡܫܬܘܚܐ forte ܘܡܣܐܚܐ. Significat enim ܣܐܚܐ *menſura* & ܣܚܡܬܐ *amphora, lagena.* Br. — ܣܐܚܐ ſaepe in Chr. B. H. occurrit & ſemper ſignificat *dolium.* Vid. etiam notam 43. Ki.

(196) ܡܥܡܣܐ forte ܡܥܣܐ.

(197) أنكسم ſine dubio legend. أحم.

(198) ܨܝܓܠܬܐ i. q. Ar. بَجَلَة *arbor exigua, s. praclara natura, pulcra forma, figura* vid. Caſt. col. 292.

(199) ܘܡܫܝܓܝܢ forte ܘܡܫܝܓܢ.

(200) ܘܠܐ. habet verbum appendix lexici Caſt. omiſſum in nova huins lexici editione.

(201) ܡܥܡܬܐ Arab. قبة *fornix, concameratum opus.* Chald. קבב *fornicem exſtruxit.*

(202) ܡܥܡܥܡܐ

Digitized by Google

(202) ܡܩܗܣܐ forte ܡܩܣܐ.

(203) ܘܠܘܐ ſenſum dedi, quem contextus poſtulare videbatur.

(204) ܡܣܒܐ forte ܡܣܒܐ.

(205) ܬܢܘܝ i. q. Arab. تنوي *res excepta.*

(206) *cum aqua* ſignificare videtur, (ſi lectio non corrupta eſt) regem Thuzuni imperium aliqua ex parte accepturum eſſe. Conf. Caſtell. ſub voce ܡܫܬܐ & Druſ. obſerv. ibi citata. Ki.

(207) ܢܥܡܬܐ in MS. eſt, ſed legendum utique eſt ܢܥܡܬܐ. Non raro in MS. ܢ duplex a librariis, uti iam in Nota 8.*** monui, in ܢ corruptum eſt. Kir.

(208) pro ܢܩܪ lego ܢܩܘܪ & ſignificationem hebr. קור tribuo. Kir.

(209) pro ܡܡܟܢܗ legendum ܡܟܢܗ ut pag. 194. l. 3. textus ſyr. legitur. Kir.

(210) ܥܙܩܬܐ *annulos*, interpretatus ſum, neque lexicorum fide, quæ hoc in vocabulo nos deſtituunt, neque aliorum locorum comparatione, quia non memini hanc vocem alibi legere, ſed merâ coniecturâ. Kir.

(211) ܨܘܪܡܚܐ hæc vox in duas ſeparanda eſt ܡܚܐ ܨܘܪ. Kir.

(212) ܐܫܠܡܗ nova ſignificatio in lexica nondum recepta, ad ſimilitudinem Arab. اسلم. Kir.

(214)

(214) ܡܫܠܚܝ ܣܐܢܐ de *diſcalceatis* intelligo. Nam quamvis ܫܠܚ ſæpiſſime de *gladio ſtricto* adhibeatur, de calceorum tamen detractione etiam uſurpatur. Quando de gladio ſtricto intelligitur, vox ܣܝܦܐ nunquam deeſt. Kir.

(215) *argenteorum* verti ſyriacum ܚܘܪ̈ܐ *alborum*. ܚܘܪܐ monetam eſſe, non dubium eſt, ſed vereor, ut verum ſit, quod Aſſemanus ſcripſit, valere eam ſexageſimam partem ſcuti Hiſpalenſis, vulgo Pezza Sivigliana da Otto. Kir.

(216) pro ܐܘܪܡܘܣ legendum eſt ܐܘܪܡܘܣ. Ki.

(217) pro ܡܟܣܢܝܢ ſcribendum eſt ܡܟܣܢܝܢ (conf. not. 207.) quod adiectivum idem eſt, quod Arab. مسكين. Aliis locis Bar - Hebræus pro eo ܡܣܟܢܐ ponit. Kir.

(218) Hic venerandus doctor eſt Avicenna. ܫܝܟܐ eſt Arabum شيخ & ܪܝܫܐ رئيس Sic enim Apulpharagius p. 349. Ki.

(219) nomen ܙܘܙܐ malui non vertere, quam male vertere. Quales enim numi ܙܘܙ̈ܐ fuerint, mihi nondum liquet, quod neque aliis adhuc liquere intelligo ex nota Michaelis in Caſtelliano lexico ad hanc vocem. Kir.

(221) pro ܣܡܟܘ legendum eſt ܣܡܟ ſing. num. Non raro librariorum oſcitantia perſ. ſing. num. plurale ܘ additur, uti pag. 181. l. 19. textus ſyr. ubi pro ܐܠܐܨܘ male ſcriptum eſt ܐܠܐܨܘ. Ki.

(222) legere ab initio placebat ܫܘܩܐ ܕܦܘܪܢܐ & vertere *vicum piſtorium*, ſed, ut alia loca taceam, ex pag. text. Syr. 300. l. 17. & 18 apparet, ܫܘܩܐ & ܦܘܪܢܐ ·loca eſſe. Ki.

(223) In

(223) In cœli aſteriſmis, quod Aſtrognoſia docet, nullum *ovis* ſignum eſt; quod eo minus locum habere poteſt, ſi ܡܠܘܫܐ, quod lexicographi volunt, nihil aliud quam *Zodiaci ſigna* ſignificat. In Zodiaco enim nullum *ovis* ſignum eſt. Ergo emendo ܥܩܪܒܐ *ſcorpius*, quae emendatio tum neque Aſtrognoſiae neque ſignificationi vocis ܡܠܘܫܐ repugnat. Kir.

(224) Hic locus mihi e difficillimis fuit. Verti voces ܕܡܘܬܐ ܐܝܕܐ ܕܙܓܐ *ſimulacrum manubrii nolæ*, ſed ingenue profiteor, me mihi ipſi non ſatisfacere. Itaque gratus agnoſcam, ſi quis quid aliud, idque melius, felici quadam cogitationis aut memoriae auxilio, ſubſtituerit. Kir.

(225) pro ܡܠܝܟܝܢ legendum eſſe credo ܡܠܝܟܝܢ, uti verti. Kir.

(226) ܡܩܗ, quod ſenſum non incommodum daret, quia *textrinam*, *textum*, denotat, emendo tamen ita, ut in duas haſce voces ܡ ܩܗ ſeparem, & cum præcedente ܩܗ coniungam; qua ratione ܩܗ ܩܡ ܩܗ ſignificat *ut eadem pala* pretium acciperent. ܡܟܝܠܬܐ in Arabico latius deſcribit Abulpharagius شبة المغرفة بساعد طويل.

(227) Senſus ſermonis huius feminæ ſatis apertus, ſed quid ܒܝܢܝܬܐ ſit, id, cum huic locum verterem, ignorabam. Quamvis & ܒܝܢ *inter* & ܒܢܐ *ædificavit*; offerrent derivationem, neutra tamen placebat. Poſtea feliciter in mentem incidit, ſi ܒܝܢܝܬܐ in ܟܝ̈ܢܝܬܐ *naturalis* mutetur, nihil obſcuritatis relinqui. Kr.

(228) conie̊cturando, non lexicorum auxilio, in quibus hæc vox deeſt, ܠܡܚܕܢܐ interpretatus ſum. Ki.]

(229) ſi quis vocem ܫܚܠܚܠܬܐ, quam Lexica non habent, non *diſſolutus*, *ſciſſus*, *apertus*, uti ego feci, vertere velit, is conferre poteſt ܫܠܐ, nomen ab



Digitized by Google

eadem radice formatum, quod inter alia etiam ſignificat *ſtolam*, *veſtem ſubtilem & tenuem*. Ki.

(230) Nominis ܩܦܘܪ ſignificationem arabica lingua ſubminiſtrat. قافور enim eſt *Spatha*, *florum palmæ involucrum*, *camphora*. Ki.

(231) ܡܫܩܬܐ quid ſint, ego ignoro, aliiſque relinquo explanandum. Memini quidem hanc vocem alio huius Chronici loco pag. 249. l. 11. text. ſyr. occurrere, in quo *ſanguis occiſorum in* ܡܫܩܬܐ *fluxiſſe* dicitur, ſed hoc mihi non ſufficit. Ki.

(232) pro ܡܡܕܟܬܐ legendum cenſeo ܡܡܪܕܬܐ. Kir.

(233) Melius interea didici, quid ſignificent verba ܠܗ ܡܥܩܐ ܐܢܫ, quæ me, cum illum locum verterem, multum vexarunt. Quia ܡܥܩܐ puncta Ribui habet, punctavi ܡ̈ܥܩܐ, *tribulus ferreus*, *moleſtia* &, non ſine erroris metu, verti: *in ſuam perniciem*. Nunc poſtquam ex Abulpharagii textu arab. p. 342. didici, رجل صبرف eſſe ܡܥܩܐ ܐܢܫ (quæ ſignificatio nondum in lexicis reperitur,) maiore cum fiducia interpretor et ſubſtituo: *homo callidus*. Ki.

(234) ܠܐܚܕܐ legendum cenſeo ܠܐܚܕܘܐ. Kir.

(235) Quod morbi genus vox ܣܘܪܕܬܐ indicet, neque ſyriaca neque arabica lexica definiunt. Forte pro ܣܘܪܕܬܐ legendum eſt ܣܘܪܕܬܐ. Kir.

(236) pro ܡܟܦܫܢ legendum erit ܡܟܦܫܢ. Ki.

(237) ܡܟܡܟܡܐ emendo ܟܡܟܡܐ. Kir.

(238) an pro ܕܟܬܟܬܐ ܠܟܣܝܐ ܡܠܟܘ ܡܟܣܝܐ legendum ſit: ܕܟܬܟܬܐ ܠܟܣܝܐ ܡܠܟܘ ܡܟܣܝܐ ܕܟܬܐ. Kir.

(239) pro

(239) pro ܡܫܟܟ legendum ܡܫܟܪ. Vide Heſekielis cap. 38, 4. 5. 6. Ki.

(240) Haec lucidiora fiunt, ſi Ariſtotelis difinitio *generis* ex libr. I. Top. cap. 5. afferatur, quippe quae hoc loco ſyriace expreſſa eſt: Γένος ἐςι τὸ κατα πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ ἔιδει ἐν τῷ τί ἐςι κατηγορέμενον. Ki.

(241) pro ܢܟܣܐ legendum eſt ܢܟܣ̈ܐ. Ki.

(242) ܟܪܦܣܐ utique *petroſelinum* eſſe videtur, quia non tantum ſyriaca lexica hanc ſignificationem huic voci tribuunt, ſed arabice etiam كرفس *apium* denotat. Kir.

(243) pro ܡܘܙܢܐ legendum eſt ܡܘܙܢ̈ܐ. Kir.

(244) Contextus poſtulat, ut poſt ܚܠܐ nomen *Maſudi*, a librario omiſſum, interponatur, uti in verſione feci. Kir.

(245) ܒܢܕܩ, quam vocem lexica ſyriaca non habent, lingua arabica illuſtrat. بندق eſt *nux avellana*, aut *forma quavis avellanae ſimilis*. Kir.

(246) ante ܡܟܢܫܐ verbum aliquod deeſt in MS. quod tamen quale ſit, non difficile eſt intellectu. Nempe *quaerere*, *parare*, *cogere*, aut ſimile aliquod. Ki.

(247) ܬܩܢܐ quid ſignificet, lexicis ſyriacis tacentibus, docet arabica lingua. تقن eſt *ſolers*, *rei peritus*. Kir.

(248) ܡܪܥܝܬܐ plerumque *gregem* & *paſcuum* ſignificat ideoque ܒܢܝ ܡܪܥܝܬܐ *homines pecuarii* poſſent videri; ſed ܡܪܥܝܬܐ etiam de quavis terra, ſive ea in regum aut epiſcoporum poteſtate ſit, adhibetur. Vide huius Chronici p. 251. l. 7. & pag. 405. l. 3.



(249) Vo-

(249) Vocem ܡܠܘܬܐ (ita enim, non, uti vitioſe typotheta dedit, ܡܠܘܬܐ ſcribendum eſt,) Aſſemanus in ſua biblioth. Tom. III. P. II. pag. 488. interpretatur *tiaram.* Sed uti Aſſemanus, quod alibi iam dixi, in aliis non paucis vocibus, maxime rarioribus, ſic etiam in hac erravit. Pag. huius Chronici 507. l. 19. hoc vocabulum recurrit, ubi contextus ſatis ſuperque docet, ܡܠܘܬܐ non *tiaram,* capitis ornamentum, ſignificare. *Saccum* aut *pannum craſſioris fili* aut *pellem* malim, ſed nec hoc ſatis rem declarat. Ki.

(250) ܦܘܪܓܠܐ ſi *pullos columbarum* interpretari velimus, obſtat nobis non tantum, deeſſe ſuper vocibus ܦܘܪܓܠܐ & ܐܣܩܘܪܐ puncta Ribui, ſed ipſa hæc vox ܐܣܩܘܪܐ, quæ tum ſenſum habere non videtur. Derivavi igitur a ܢܘܓܠܐ, *veruculum*, ſed fatendum eſt, hoc ipſum mihi parum placere. Kir.

(252) ܦܘܪܣܝܐ *perſicum* verti, ſed dubito ipſe, an hic verus vocabuli ſenſus ſit, imo coniicio, longe aliud quid & forte appellationem operis fabrefacti ſub eo latere. Qui veram ſignificationem eruere vult, eum moneo, ut locum alium, qui multum proderit, conſerat pag. 135, lin. ultima, ubi ܦܘܪܣܝ etiam de opere fabrefacto adhibetur. Kir.

(253) placuit ab initio ܡܡܢܚܐ pro participio alicuius verbi ܡܢܚ accipere, & huic verbo ex arabico منح ſenſum *donandi* tribuere, ſed cum iam videam, nullum huius verbi in lexicis ſyriacis comparere veſtigium, malo id a ܢܣܒ deducere, ſignificationem tamen *donati* aut *beneficiarii* ſervare. Placeret inprimis ſignificatio τx ܡܡܢܚܐ a Schindlero allata, in Caſtelliano tamen lexico tanquam incerta, uncinis incluſa, *miniſtri*, niſi ſequentia obſtarent: ܡܡܢܚܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܪܘܡܝܐ. Kir.

(254)

(254) poſt ܟܡܐ in MS. ſyriaco vocula aliqua deeſt, quam quia certo ex contextu ſupplere non poteram, generalius aliquod verbum *homines* ſubſtitui. K.

(255) pro ܠܟܡܣܘܗܝ legendum eſſe puto ܠܟܣܡܘܗܝ. Hoc lexica interpretantur *maxillas*, illud prorſus ignorant. Sed ne ſic quidem ſatis intelliguntur. Ad verbum eſſet: uncini in eius maxillis. An diſtenderunt forte os inditis uncinis, quo deformior eius eſſet adſpectus? Ego non diſcernam. Kir.

(256) uti nunc ſunt verba, quæ uxorem redditam ſpectare videntur, denotant: reddidiſti nobis uxorem, quæ liberos pariet. An pro ܡܠܝ legendum ܡܠܕܢ, *genetricem noſtram*? Kir.

(257) ܙܘܙܐ quid ſit, ignoro. Dubium non eſt, quin contineat aliquid, quo iſta ſtragula aut lintea accuratius deſcribuntur, ſed quid illud ſit, doceant nos alii. Kir.

(258) *Kaderi* nomen in Manuſcripto eſt, ſed *Kaiemi* ſubſtituendnm eſſe, contextus probat. Kir.

(260) ܡܘܣܐ quid ſit, lacuna prohibet definire. *Ki.*

(261) Non, uti in MS. ܐܫܡܥ ſed ܬܫܡܥ legendum eſt. *Kir.*

(262) Significationem vocabuli ܙܘܪܩܐ, quod lexica ſyriaca non habent, ex arabica lingua petii. زورق eſt *cymba*. *Kir.*

(263) Vereor, ne ܕܕܒܠܬܝ aliud quid, quam *ficum* denotet, quia præfixum ܕ etiam genitivi nota eſſe poteſt & eſſe videtur. ܕܒܠܬܐ plur. ܕܒܠܬܝܢ significat *maſſam caricarum; ficorum ſuccum* &, hanc ſignificationem in verſione ſecutus ſum. *Kir.*



(264)

(264) ܐܪܒܥܐ ܡܢܐ ܚܡܪܐ ܕܪܒܥܐ corrupta aliquantulum videntur; ſenſus tamen non corruptus, quem, quia nonnulli fortaſſe lectores in re aliquid obſcuritatis inveniant, illuſtrare placet. Trigonus ex mente Aſtrologorum fauſtus; tetragonus, maxime Martis & Saturni, infauſtiſſimus. Tetragonus adſpectus eſt, cum planetæ a ſe tribus Zodiaci ſignis diſtant. Cogita igitur, Saturnum eſſe in Sagittario, Martem in Gemellis; manifeſtum eſt, alterum alteri e diametro appoſitum eſſe. Interiacent medii Piſces, qui & a Sagittario & a Geminis tribus ſignis i. e. 90 gradibus diſtant. Ergo, ſi uterque ad Piſces referatur, duo ſunt Tetragoni. Kir.

(265) Chaldaicum קילור ſignificationem *placentæ* ſuppeditavit. Caſtellus interpretatur ܡܟܠܬܐ *cruſtum panis*, quod minus convenit. Kir.

(266) aut ܘܡܚܫܝܢ aut ܒܚܫܝܢ ܒܟܠ legendum eſt. *Kir.*

(267) ܦܘܣܘܣ conferre placet cum græca voce (πυρετος) καυσωδης. K.

(268) Non multum quidem intereſt, ſcire, quo cognomine Saëdus notatus ſit; illud tamen, quod in verſione poſui, a vero proxime abeſſe videtur, quia ܣܕܪܐ & *ſcholam* ſignificat. Aſſemanus, qui eius Tom. II. p. 334. & alibi meminit, quamvis aliorum cognomina interpretetur, hunc *Ioannem Sedrarum* nominat & ſic ܣܕܪܘܣ non vertit. Kir.

(269) Quia quid ܕܡܝ ܕܡܘܪܘ ſit, non liquet, non vertere, quam male vertere malui. Kir.

(270) ܡܩܪܝܬܐ quid ſit, diſcimus ex Abulpharagio arab. qui p. 370 l. 13. Turcheiarukum narrat laboraſſe بالسل والبواسير . ܡܩܪܝܬܐ igitur بواسير *haemorrhois* eſt. Ki.

(271)

(271) Pro ܡܠܟܘܬܐ legendum puto ܡܠܟܘܬܐ. Ki.

(272) ܢܟܝܢ *noxa*, *nocumentum*, legendum eſt, non ܢܟܝܢ. Ki.

(273) ܓܦܣܝܢ: Contuli Chaldaicum גופסים, γυψος, *Gypſus*, neque, uti opinor, ſine cauſa, quia in Abulpharagio atab. p. 382. جصاصون *gypſarii* memorantur. *Ki.*

(274) ܓܢܘܝܬܐ quid ſit, expediant alii. An, quod veriſimillimum, *Genuenſes*? Ki.

(275) ܨܢ̈ܕܘܩܐ. Confer arabicum صندوق, *arca*, *ciſta*. Ergo: *multas ciſtas fecerat.* Kir.

(276) ܦܩܝܗܐ, فقيه *legum rerumque divinarum peritus*, *presbyter Mohammedicae religionis.* Ki.

(277) ܡܫܥܠܐ neque ſyriaca, neque arabica lexica ſatis explicant. Ki.

(277*) Iſmaëlita ſaepe, uti etiam hoc loco, pro *ſicario* ponitur. Conf. verbum اشعل. Ki.

(278) Pro ܚܟܝܡܐ ܐܬܐܡܪ ſcribendum eſt ܘܚܟܝܡܐ ܐܬܐܡܪ. Ki.

(279) Hoc loco aliquid in textu deeſt. Nam quamvis ſcias, ܒܢܝܛܩܝܐ eſſe *Venetianos*, tamen in hoc parum auxilii eſt. Ki.

(280) ܐܘܪܫܠܡܘܗܝ in ܐܘܪܫܠܡܘܗܝ mutandum eſt. Ki.

(281) ܒܢܕܐ illuſtrat, arabica vox بند *vexillum magnum.* Ki.

(282)

(282) ܟܘܣܐ ex arabico كوس *tympanum* lucem accipit, de quo Caſtellus ſub voce كاس videatur; ܘܟܫܬܫܐ autem emendandum & ܘܟܫܬܫ legendum, a ܟܫܐ *pulſavit*, derivatum. *Ki.*

(283) ad interpretandum ܟܘܟܡܐ contuli arab. بقير, *induſium; veſtis ſtriata & manicis carens.* Ki.

(284) pro ܟܪܦܣܐ ſi eius ſcriptio ſervetur, nihil in lexicis auxilii eſt. An vocabulum a librariis forte corruptum & pro ܟܪܦܣܐ ſcribendum ܟܪܦܣܐ? Tum arab. كرفس *goſſypium* & كرباس, *carbaſus*, *ſindon*, quam ſignificationem in verſione ſecutus ſum, prodeſſet. ܟܡܝܡܐ *manicas* interpretatus ſum, Caſtellum ſecutus, qui hanc ſignificationem voci ܟܡܝܡܐ tribuit; & nunc, cum haec verba denuo tracto, ſubit animum, commode hunc locum conferri poſſe cum alio huius Chronici pag. 165. ubi l. 5. eadem vox, ſed ܟܡܝܡܐ ſcripta, occurrit. Adeundus etiam eſt Abulpharagius in textu arab. p. 262 ad hanc vocem omnino illuſtrandam. Ki.

(285) De Iſmaelitis vide notam 277*.

(286) Pro ܠܚܘܪܢ lege ܠܚܘܪܢ. *Ki.*

(287) ܟܘܟܡܐ. Retinui in verſione ipſum *piſcinae* nomen, quia, cuius uſus piſcina fuiſſet, non conſtabat. *Ki.*

(288) Pro ܘܐܠܚܡ lege ܘܐܠܚܡ. *Ki.*

(289) Vtrum ܐܡܝܪܐ Emirae nomen ſit, an participium verbi ܐܡܪ, ego non diſcernam. Omiſi, ne, ſi participium ſit, male verterem. *Ki.*

(290)

Digitized by Google

(290) In MS. revera legitur ܡܠܒܒܒܗ, ſed coniicio, emendandum eſſe ܡܠܒܗ Ki.

(291) ܩܘܕܪܐ, quamuis lexica non habeant, etiam *annuli* genus eſſe videtur. *Ki.*

(292) in vertendis ܡܥܡܪܬܐ et ܡܕܝܢܟ magis, quid contextus ſuaderet, quam lexicorum fidem, quae hisce in vocibus nos deſtituunt, ſecutus ſum. Ki.

(293) ܕܐܙܠ ܥܡܝ ܠܠܝܩܘܣ, an recte interpretatus ſim: *qui in fluvium L. influit*, dubius ſum Nam cum ܐܠ etiam *iuxta* ſignificet, ſenſus eſſe poſſet: *qui iuxta fluvium* حاذي *procedit.* Ki.

(294) Ad vocem ܦܘܣܩܐ, quam Caſtellus *decreta* interpretatur, ſubiit animum, annon etiam *excommunicationis* ſignificatio tribui vocabulo huic poſſit, ad illam tamen magis inclino. Ki.

(295) Pro ܘܐܬܕܟܪܘܢ contextus poſtulat ܘܐܬܕܟܪܘ. Ki.

(296) Pro *quinquaginta* lege *quingentas*. In textu enim ſyriaco eſt ܚܡܫܡܐܐ. Deinde intellige: *veſtes*, quod apparet ex contextu et magis etiam ex arab. pag. 400. *Ki.*

(297) Pro ܘܠܐ legendum eſt ܘܠܠܐ *ſin minus*. Ki.

(298) verbum سري a re narrata alienum muto in سمح. Ki.

 (299)

(299) ܕܦܘܠܛ ܠܐܢܫ. Hac voces, quae mala literarum coniunctione deformatae ſunt, reſtituendae ſic: ܕܦܘܠܛܢܐ ܐܢܫ Ki.

(300) ܣܪܘܦܬܗ, ſive ܣܪܘܦܬܐ punctes, quo modo teſte Caſtello *partem pectoris ſupremam* ſignificat, ſive ܣܪܘܦܬܐ, quod *iugulationem* denotat, *fauces*, ob contextum et rei naturam interpretandum eſt. Ki.

(301) ܣܡܥܐ fortaſſe ܣܡܥܐ.

(302) ܠܗ fort. ܠܗ.

(303) ܠܗ f. ܠܗ.

(304) ad ܐܣܘܬܐ margo MS. نفق Apud Golium نفقة *expenſa*, *quidquid erogatur*.

(305) ܠܟܡ f. ܠܟܡ.

(306) ܕܢܙ ܡܡܢܘܬܐ f. ܡܡܢܘܬܐ.

(306) ܠܡܬܦܨܚܢܘܬܗ conf. Arab. منفرج *diffidens*, *laetus*, *ſolutus cura vel moerore* v. Gol. 1776.

(307) ܐܘܨܐ Cod. Hunt. 52 eandem quidem lectionem in textu habet, ſed impoſitum ܡܕܐ.

(308) Verba quaedam omiſſa videntur.

(309) ܡܡܠܟ f. ܡܡܠܟ.

(310)

(310) ܢܥܝܪܘ f. ܢܥܝܪܝ.

(311) ܐܬܪܘܡ f. ܚܕܪܘܡ.

(312) ܠܥܡܝܪ f. ܠܥܠܝܪ.

(313) Omiſi in verſione ܕܝܢܪܐ *denarius*, quae ſignificatio ſenſum exhibet plane incommodum. Nam vox Germanica *Diener* eſt, uti alibi inſunt voces Italicae et Gallicae e. g. *Maeſtro*, *freres* ect.

(314) ܡܚܝܐ f. ܡܚܝܐ

(315) ܣܠܝܡܢ Arab. حاجب *ianitor et conclavis regii cuſtos ac praefectus.*

(316) Sequitur excerptum de rebus geſtis Richardi Angliae regis, quod Oxonii edidi 1780 4.

(317) ܦܠܟܡܐ ad explicandum ܩܠܒܐ additum videtur, et ſignificationem petere ex ܦܘܠܟܡܐ *panis placenta.*

(318) ܕܥܝܪܢ f. ܕܥܠܝܪܢ.

(319) ܬܐܠܡܘܢ Vox conflata ex fut. et praet. Lege ܬܐܠܘܢ.

*) Pro ܬܐܠܡܘܢ ego lego ܠܐ ܬܠܡܘܢ vertoque: *ne adducatis*, Kir,

(320) ܡܥܡܝܢ f. ܡܥܡܝܢ.

(321) ܠܬܪܐ f. ܐܬܪܐ vel ܐܬܪܐ.

(322) ܒܘܣܡܐ num ܒܘܣܡܐ? quod Caſt. neſcioqua auctoritate *foelm*, h. l. improprie pro *proſpero rerum ſtatu*, *felicitate*, ſumendum vertit, an Gr. βȣλη?

*) Pro ܒܘܣܐ ego lego ܒܘܣܡܐ. *conſolatio*, *recreatio*. *Ki*

(323) Excerpta quaedam ex hoc et ſequentibus capitibus dedit Aſſemani in Bibl. Or. T. III. p. 470 ſeqq.

(324 ܡܫܬܘܕܝܐ ex cod. Vat. quem exſcripſit Aſſem. l. c. emendandum eſt ܡܫܬܘܕܥܢܐ.

(325) ܐܘܟܝ nisi nomen propr. ſit, conferendum cum داخ *ſubiugavit*.

(326) ܐܬܦܠܓܐ f. ܐܦܠܓܐ.

(327) Poſt ܐܬܟܬܫܘ omiſſum videtur ܐܬܟܬܫܘ.

(328) ܘܡܫܡܫܢܐ f. ܘܡܫܡܫܢܐ.

(329) ܠܡܫܘܕܪܝܢ f. ܠܡܫܘܕܪܝܢ.

(330) Locus corruptus videtur.

(331) ܕܡܘܫܐ f. ܡܢܫܐ ܕܡܘܫܐ.

(332) ܠܙܟܘܗ f. ܠܙܟܘܬܗ.

(333) ܒܠܚܘܕ ܐܢܘܢ f. ܕܝܠܗ ܒܐܢܘܢ.

(334) ܘܪܫܡܗ f. ܘܪܫܡܗ.

(335

Digitized by Google

(335) محراب in templo locus, ubi Antiſtes conſiſtit, et reſpiciens Meccam verſus populo praeit ſacra precationis.

(336) ܣܡܝܪ̈ܬܐ f. ܣܡܝܪܘܬܐ.

(337) ܕܠܟܘܢ f. ܕܠܟܘܢ.

*) Omiſſa quaedam videntur non niſi ex codd. reſtituenda.

(338) ܢܣܘܟܐ f. ܣܘܟܐ.

(339) ܘܫܪܝܗ ܕܡܪܐ f. ܕܡܪ ܐܫܪܝܗ.

(340) ܘܐܟܢܫܐ f. ܘܐܟܢܫܘܢ.

(341) ܕܐܢܫܝܬܐ f. ܕܐܢܫܘܬܐ.

(342) ܪܘܟܒܐ f. ܪܘܟܒ̈ܐ

(343) Locus difficilis, ob vocabulum ignotum ܐܬܘܡܬܐ in loco huius gemello pag. 130. init. textus ſyriaci, ubi pariter cum portis coniungitur, occurrens. Contuli cum ثومة *capitellum ferreum vel argenteum* in capulo gladii vid. Gol. col. 456.

(343) ܡܪܗ f. ܡܪܗ.

344) ܘܡܪܝ ܕܟܬܒܐ f. ܕܡܪܝ ܘܐܟܬܒܗ.

(345) ܡܡܪܝܬܐ f. ܡܡܪܝܬܐ.



Digitized by Google

(345) ܩܦܠܐ f. ܩܛܠܐ.

(347) ܠܩܦܠܐ f. ܠܩܛܠܐ.

(348) ܠܡܠܘܟܝ ܡܢܐ f. ܠܡܠܘ ܟܝܡܢܐ

(349) ܟܪܘܣܐ f. ܟܪܘܣܐ.

(350) ܐܠܦܓܘܡܐ f. ܐܠܦܓܘܡܐ. Recte hoc nomen infra p. 509. ſcribitur.

(351) ܡܫܡܫܢܐ ܐܣܝܐ f. ܡܫܡܫܢܐ ܐܣܝܐ.

(352) ܓܙܐ f. ܓܙܐ.

(353) ܒܓܘܕܘܣܐ verbum obſcurum. Caſtell. in lex. col. 1516. Arabibus אבן; פילכא eſt Perſa et Barbarus.

(354) ܐܣܛܪܢܐ f. ܐܣܛܪܢܐ.

(355) ܡܪܡܝܢܐ f. ܡܪܐܝܢܐ.

(356) ܘܫܡܪܗ f. ܘܫܡܪܗ.

(357) videtur omiſſ. ܟܠܗ.

(358) ܗܘ ܠܟܠ f. ܠܟܠܗܘܢ vel ܠܟܠܢ.

(359) Lacuna eſt in cod. utroque.

(360) ܠܟܠ dele.

Digitized by Google

(361) ܣܘܡܘܣܐܛܘܪܐ f. ܣܘܡܣ ܐܛܘܪܐ.

(362) ܡܣܘܢܣܢܬܐ f. ܡܣܘܢܣܝܢܬܐ.

(363) ܢܣܣܣ f. ܢܣܣܝܢ.

(364) ܟܪܡܟܪ f. ܟܪܡܟܪܝ.

*) ܠܐ ܗܘ ego coniungo, quo facto, cum ܗܘܠܐ graecorum ὕλη ſignificet verti poteſt: *alimentum ignis facta ſunt.* Kir.

(365) ܠܥܒܕܐ ܟܠܗ f. ܠܥܒܕܐܟܠܗ.

(366) Quid ſibi velit ܨܡܕܐ neſcio.

(367) ܠܟܣܡܣܘ f. ܠܟܣܡܣܝܘ.

(468) ܐܡܢܐ del.

(369) de hac moneta v. Aſſem. biblioth. Or. T. II. p. 377.

(370) Hic verba excidiſſe, fortaſſe multa, ſenſus prodit. Adeundi ſunt codices MSS.

(371) Turbatus eſſe videtur ordo hiſtoriarum in codice; qui formulis typographicis deſcriptus eſt, et praeferendus ille, quem ſequitur codex Hunt. 1. In iſto enim, quae leguntur a pag. 525 lin. 2. text. impr. ܒܗܘܢܐ ܗܘܐ uſque ad p. 527. l. 7. ܘܡܣܟܢܐ incluſ. inſeruntur pag. 523. lin. 10. poſt ܠܟܠܢܫ. Qua quidem tranſpoſitione verba in fine ſectionis p. 527 locum ſuum, quem in impreſſo textu amiſerunt, recuperabunt.

*) ܢܩܣܬܐ

*) ܡܩܘܣܡܐ ego diuido vertoque: *mediis ex aquis.* *Kir.*

(372) Locus corruptus.

(373) ܢܚܡܝ. Rectius cod. Hunt 1. ܢܚܡܝ.

(374) ܡܝܪܘܗܝ f. ܡܝܪܗ

*) In ܬܘܪܐ ܕܒܫܢ Bar - Hebr. reſpicit nota illa in Pſalmis: *tauri Baſan.* *Kir.*

(375) ܐܟܠܐ f. ܐܟܪܐ.

(376) ܐܟܪܐ ܗܘܐ f. ܐܟܪܐ ܗܘܐ.

*) *agricola fuiſſe dicebatur patris Aſchraphi.* *Kir.*

(377) ܐܙܒܢ Aſſem. qui hunc locum exſcripſit in B. O. T. III. P. 510. in codice ſuo legit ܐܙܒܢܬܐ.

(378) ܡܣܡܣܐ Aſſem. l. c. ܡܣܡܣܐ.

(379) ܡܟܬܒܢܐ f. ܡܟܬܒܢܐ ut paulo ante.

(380) Pro ܕܗܒܐ ܘܡܣܡܣܐ ܘܣܡܟܐ, Hunt. 1. ܡܣܟܐ ܕܕܗܒܐ ܘܕܣܐܡܐ *rebus ex auro et argento conflatis.*

(381) ܘܦܪܘܢܐ videtur eſſe nomen proprium, rectius ſcribendum ܦܪܘܢܐ, uti paulo poſt legitur, vel ܦܪܘܢܐ uti legitur p. 545, in Exemplari. Arabico *Berwana.*

(382)

(382) ܙܐܠ f. ܙܐܠܒ. ut antea p. 546. lin. 7.

*) an vertendum: *Catholicum et epiſcopos?* quia ܡܣܥܘܐ et *epiſcopum* denotat. *Kir.*

(383) ܬܟܘܐ f. ܬܟܘ̈ܐ.

(385) ܐܣܝܪܐ f. ܐܣܝܪܬܐ vel ܐܣܝܪܐ.

(386) ܐܨܛܒܘ f. ܐܨܛܒܘ.

*) mihi videtur: *ut viaticum expetamus.* *Kir.*

(387) ܩܘܡܘܣܝܐ f. ܩܘܡܘܣܩܠܐ.

(388) ܘܐܬ[illegible]ܪܪ f. ܘܐܬܩܛܠܪ vel ܘܐܬܩܛܪܪ.

(389) vid. Michaelis *τον πανυ* ad lexic. Caſtelli Syr. a ſe editum p. 284.

(390) ܘܡܠܟ Cod. Hunt. ܘܡܠܟ.

(391) ܘܢܚܡܪ f. ܘܢܚܡ.

(392) ܡܠܟܗ f. ܡܠܟܐ.

(393) ܡܢ ܐܘܪܐ f. ܡܢ ܐܘܪܐ.

(394) Pro verbis ܪܘܡܩܐ — ܒܢܕܘܩܕܐܪ ܟܕ ܫܡܥ margo Hunt. 52.
ܒܢܕܘܩܕܐܪ ܟܕ ܕܝܢ ܫܡܥ ܕܡܠܟ ܡܠܟܐ ܐܒܐܓܐ ܥܡܗ ܠܡܩܪܒܘ ܗܘ ܢܦܩ ܡܢ ܪܘܡܩܐ
ܡܢ ܟܠ ܗܘ *Bundoctar quum audiret regem regum Abakam cum eo bellum geſtu-
rum eſſe, repente ex Rumaca exiit.*

L

(395) ܘܡܣܒܢ f. ܡܣܒܢ.

(396) ܥܠܝܢܐ f. ܥܠܝܬܐ.

(397) ܠܓܡܥܘܗܝ quid ſit, neſcio.

*) ego pro ܠܓܡܥܘܗܝ lego ܠܓܘ ܡܥܘܗܝ *in media viſcera.* Kir.

(398) ܣܥܪܐ f. ܣܥܪܬܐ.

(399) ܡܢܝܢܐ f. ܡܢܝܐ & ܡܢܝܐ coniunge cum ܕܐܬܐ quæ conſtructio exemplis confirmari poteſt.

(400) ܕܪ̈ܘܣܬܐ f. ܕܪ̈ܘܣܬܐ.

(401) Senſum lin. 2. p. 565 me non aſſequi ingenue fateor.

* verba ܕܡ̈ܫܡܫܢܘܬܐ ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ ex Daniel. 9, 27 ſumta ſunt, & inde ſatis lucis accipiunt. Kir.

(402) ܠܟܘܪܣܘܢ f. ܠܟܘܪܣܘܢ vide paulo poſt.

(403) ܐܘܪܝܢ Corrige ex cod. Vatic. quo uſus eſt Aſſem. l. c. p. 115 ܐܘܪܝܢ

(404) ܐܣܡܟܬܐ f. ܕܣܡܟܬܐ.

(405) In margine codicis adſcriptum ܫܠܡ ܟܪܘܢܝܩܘܢ ܥܪܒܝܐ *Hactenus chronicon Arabicum.*

(406) ܐܬܬܟܝܠܘ codex Hunt. 1. ܐܬܟܝܠܘ.



Digitized by Google

(407) ܘܦܪܘ Cod. cit. ܘܦܪܘܙ.

(408) ܘܢܟܣܘ f. ܘܢܦܣܘ.

(*) ego malim legere: ܘܢܟܣܘ *iugularunt* *Kir.*

(409) ܡܩܒܠ f. ܡܒܪܬ.

(410) ܡܚܝܢܐ f. ܚܬܢܐ vel ܐܚܝܢܐ *cognatus* vel ܡܚܬܢܐ *affinis* ſignificat.

(411) ܡܬܒܛܠܝܢ f. ܡܬܒܛܠܝܢ.

(412) Omiſi nonnulla textus Syriaci, quia nimis corrupta ſunt.

(*) mihi hæc verba ſana videntur & ita vertenda: *Et praeter vnum ex portae cuſtodibus a ponte ad eius latera corruente extra portam proiectum nemo alius ſeruatus eſt. Kir.*

(413) ܠܡܩܘܡ f. ܠܡܩܘܡܘܢ.

(414) ܐܠܨܘܢ f. ܐܠܨܥܢ vel rectius ܐܠܨܢܥ.

(415) ܕܢܦܘܢ f. ܕܢܦܘܢ.

(416) ܠܗܝܟ ܠܟܠܗ ut ſupra p. 588. l. 9. ܡܢ ܠܚܘܕܐ.

(417) ܟܢܫܐ f. ܟܢܫܐ, ſed totus locus valde obſcurus eſt.

(*) *En! quam admirabiliter ſe gerat natura! Nonnunquam in re quadam errorem admittit et nullius etiam frugis hominem promouet, proſpero ſucceſſu gaudere ſinit et ad altiores gradus euehit: paullo tamen poſt eo magis totam rem ad nihilum redigit &, quaſi eandem ipſam naturam facti poeniteat, rem alte ſublatam praecipitat, Kir.*

(418)

(418) ܕܐܣܪܐ f. ܕܐܣܚܒܐ.

(419) ܠܡܬܡܣ f. ܠܡܡܣ.

(420) ܡܠܬܝܢ f. ܡܬܠܝܢ.

(421) ܐܘܢܝܗ explicandum videtur ex Chald. אונא *pellis, membrana.*

(*) *Deinde novas comminiſci coepit monetas ſpecies & cum aurum & argentum non ſufficeret, hiſce ſpretis edixit, &c.* Kir.

(422) ܘܬܡܠܟܗܘܢ f. ܘܐܬܡܠܟܗܘܢ.

(423) ܕܪܡܩܠܢ f. ܕܪܡܩܠܢ.

(424) ܕܕܠܚܝܢ f. ܕܕܠܚܝܢ.

(425) ܕܢܠܐ cod. alius meliorem lectionem præfert ܕܢܢܠܐ.

(426) ܕܗܘܢܫܡܥܢܐ codex al. ܕܗܘܢܫܡܥܢܐ

(427) ܒܙܢܩܘܢܐ cod. vatic. quo uſus eſt Aſſem. in B. O. T. III. P. II. p. 120. ܒܙܢܩܘܢܐ. Idem pro ܕܗܘܢܫܡܥܢܐ nomine, quod paulo ante occurrit, ܕܗܘܢܫܡܥܢܐ

(428) Poſt ܠܒܝܬܐ deſunt quædam ex Cod. Vatic. quo uſus eſt Aſſem. l. c. p. 124 ſupplenda: ܒܗܕܐ ܐܡܪܐ ܗܘ ܥܠܝ ܕܡܬܡܥܡܕ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܡܕܝܢ ܕܡܠܟܐ ܡܫܝܚܝܐ

# Gregorii Bar - Hebraei Chronicon.

Implorato auxilio Patris, Filii et Spiritus ſancti incipimus deſcribere Chronicon compoſitum a Mar Gregorio, Primate Orientis & Occidentis, (1) qui et Abulpharagius medicus, ex urbe Melitena (2) oriundus, cognomento Barhebræus. (3) Antequam opus aggrediar, o Deus adiuva imbecillitatem meam. Benedictus eſto, tu o domine & creator univerſi, initium & finis, tu es primus & poſtremus; tibi notum eſt omne negotium, tibi debetur omnis laus, atque filio, verbo, robori ſapientiæ tuæ, & ſpiritui ſancto, vitæ eſſentiæ tuæ, olim, nunc & in æternum. * Quia autem animalia rationalia (homines) ad cognoſcendam rem, quam laudent, & bonitatem, quam inveniant, creata ſunt; &



Digitized by Google

quia cognitione, & priori, quæ cogitationibus potiſſimum (4) theoreticis conſtat, & altera, quæ rumoribus potiſſimum practicis nititur, (ad conſervandam) memoriam rerum geſtarum per omnes generationes, boni æque ac mali utuntur: utilitas haud parva in eos omnes redundabit, qui bonum ſedulo acquirunt, & malum odio proſequuntur, ſi quidem (homines) incitantur, ad explorandum præſtantiam traditionum (5) & ad projiciendum abſurditates fabularum. Verum quum ab octoginta annis hæc res a nemine perpenſa ſit, & hiſtoriam enarrare noſtratium nullus ſuſtinuerit, ſcilicet a tempore, quo beatus ſenex Mar Michael, patriarcha, chronicon maius (6) tribus partibus concinnauit, & collectionem ex ſcriptis antiquis, Euſebii, inquam, Cæſareenſis, Socratis ſcholaſtici, Zachariæ rhetoris, Iohannis Aſiæ, Dionyſii Telmaharenſis opere ſuo comprehendit (7): probabile mihi fuit, magnam nos iacturam facturos eſſe, (8) ſi res multæ civiles & eccleſiaſticæ, quæ in prioribus voluminibus memoriæ proditæ ſunt, his temporibus oblivioni traderentur neque invenirentur, quando poſt diuturnum tempus quærerentur. Quapropter quum aliquando archivum Marganæ urbis provinciæ Adorbiganæ adirem, ex voluminibus multis ſyriacis, ſaracenicis, & perſicis, quæ ibi ſervantur, narrationes memoratu dignas hoc meo parvo opere collegi. Imperium civile inde a patriarchis, quorum primus eſt Adam, deduxi. Illinc ad iudices Hebræorum, tum ad reges, ad Chaldæos, ad Medos, ad Perſas, ad Græcos ethnicos, ad Romanos, ad Græcos Chriſtianos, ac Arabes, ad Hunnos hodiernos iuſto ordine proceſſi; quos quidem omnes prima parte chronographiæ abſolvi. In rebus eccleſiaſticis ab Aaro-

Aarone, qui ſummorum ſacerdotum primus erat, incepi, atque ad illos, qui hodie præſunt, partem alteram, quæ eccleſiaſtica eſt, deduxi. Hanc vero duobus tractatibus abſolvi, quorum primus de ſummo ſacerdotio occidentali Antiochenorum agit, alter de orientali noſtratium.

# Pars prima Chronographiae.

## Series prima a Patriarchis ordiens.

### DYNASTIA I.

*Adam*, primus homo, rex eorum, qui in terra erant, ſecundum mentem ſcripturæ divinæ die Veneris, ſexto Niſan menſis primi anni primi, qui orbi huic a die primo ſeptimanæ primæ menſis Niſan orto competit, creatus eſt. Anianus monachus poſtquam adduxerat teſtimonia ex libro Henoch, aſſerit Adamum ſeptuaginta annis poſt exitum ejus ex paradiſo concubuiſſe cum Eva, quæ Kainum peperit, & poſt 70 annos Abelem. Elapſis 53 annis Kain occidit Abelem, quem Adam & Eva 100 annos luxerunt. Deinde Adam iterum cum Eva coiit, quæ Sethum genuit. Secundum Methodium, finitis 30 annis, poſtquam e paradiſo egreſſi erant, genuit Kainem, una cum Climia ſorore eius, elapſis denuo 30 annis genuit Abelem cum Lebuda ſorore eius. Quum Adam natus eſſet annos 130, Abel occiſus eſt. Anno ætatis 230 Adam genuit Sethum. Anni, quos Adam vixit, fuerunt 930. *Poſt Adamum Sethus filius eius.* Tempore Sethi, quando filii eius beatam vitam paradiſi recordati ſunt, in mon- Pag. 4.

 tem

tem Hermon ſeceſſerunt, *inque deſertis vitam innocentem & ſanctam egerunt, a matrimoniis abſtinentes; unde vocati ſunt *Eiri* (vigiles) & *Bani Elohim* (filii Dei). Sethus anno ætatis 205 genuit Enoſchum. Summa annorum, quos vixit Sethus, 912. *Poſt Sethum Enoſchus filius ejus.* Videtur, quum, etſi matrimonio deditus eſſet, illud, quod Deo probaretur, non negligeret, nomen diuinum magis invocaſſe illis, qui vitam cœlebem elegerunt, & in montes ſeceſſerunt, ſed pactis ſuis non ſteterunt. Enoſch natus annos 190 genuit Kainanem. Tota vita ejus fuit annorum 905. *Kainan filius Enoſchi.* Natus annos 170 genuit Mahlaleelum. Omnes anni vitæ eius 810. *Mahlaleel filius Kainanis.* Anno ætatis 165 genuit Iaredum, omnesque anni vitæ eius 895. *Iared filius Mahlaleelis.* Anno ætatis 162 genuit Enochum; omnesque anni vitæ eius 962. Anno quadrageſimo Iaredi vel anno milleſimo orbis terrarum deſcenderunt filii Dei circiter 200, ex monte Hermonis, quia de reditu in paradiſum deſperarunt; quumque coniugium appeterent, ſpreverunt eos cognati eorum, filii Sethi & Enoſchi, qui recuſarunt illis, quaſi pactum transgreſſi eſſent, filias ſuas in connubium dare. Quare abierunt ad filios Kaini, ductisque uxoribus gigantes ce-
**Pag. 5.** lebres procrearunt, qui cædibus & rapinis famam conſecuti ſunt. Conſtituerunt ſibi regem primum, cuius nomen erat Samiaſus. Quum contendere inciperent cum fratribus ſuis, poſteris Sethi: etiam iſti cogebantur regem eligere. Primus appellabatur Alurus, ſecundus Alpharus, tertius Almilon, quartus Ammanon, quintus Maglarus, ſextus Deonus, paſtores, ſeptimus Odornabus, octavus Amaphſiſus, nonus Othirtis, decimus Xiſothrus, ſub cuius

ius tempore diluvium erat. Omnia hæc nomina Chaldæa vel Syriaca ſunt ſecundum traditionem ſcriptorum antiquorum, quia multi ſcriptorum græcorum, prouti chaldaice ſonant, ita ea lingua efferunt. Etiam nomen Noah (ܢܘܚ) quæ vox Syriaca eſt & ex ܢܘܚ (quiete) derivatur, Noachus (ܢܘܐܟܘܣ) appellatur. At non antiqui modo, ſed etiam hodierni ſcriptores, voces mutare conſueverunt, dum nomen Iacob (ܝܥܩܘܒ) quod ex ܥܩܒܐ (veſtigio) derivatur, Iacobus (ܐܝܩܘܒܘܣ) & Barzoma (ܒܪܨܘܡܐ) Barſamus (ܒܪܣܘܡܘܣ) pronunciatur. Huiuſcemodi exempla multa ſunt. *Enoch filius Iared.* Natus annos 165 genuit Mathuſchalah, & poſtquam Deo placuerat annos 300, translatus fuit, quo Deus voluit, in paradiſum, ut nonnulli aiunt, ubi Adamus vixit, antequam mandatum transgreſſus erat. Hic Enoch primus omnium hominum publicavit libros & ſcripta. Antiquiores græci contendunt, Enochum eſſe Hermetem Triſmegiſtum, qui homines artem urbes ædificandi docuit, & leges mirabiles tulit. Huius temporibus 180 urbes conditæ ſunt, quarum minima fuit Edeſſa. Ille invenit ſcientiam ſphæræ & curſum planetarum hominibusque præcepit, ut Deum colerent, ieiunarent, precarentur, darent eleemoſynas, vota et decimas, et reiecit cibos illicitos et ebrietatem atque ordinavit feſta ſecundum ortum ſolis in toto cœlo, et ſecundum novilunium, et quotiescunque planeta in do- Pag. 6.
mum eius aſcenderet. Præcepit etiam, ut ſacrificia offerrent ex aromatibus, victimis, vino, et quarumcunque frugum primitiis. Sunt qui dicant, ab Agathodæmone accepiſſe eum hanc doctrinam & Agothodæmona eſſe Sethum, filium Adami, qui Henochum ætate multum ſuperavit. Autumant alii, Aſclepiaden, regem ſapientiſſimum,

mum, fuiſſe diſcipulum Hermetis vel Henochi. Quum Henochum ad ſe arceſſeret Deus: magno moerore affectus eſt Aſclepiades, quod terrarum orbis incolæque eius benedictione & ſapientia eius carerent. Conflavit igitur ſibi ſimulacrum valde mirabile, quod eum in cœlum aſcendentem referret. Hanc imaginem Hermetis poſuit in templo, ubi precabatur, Deumque venerabatur. Quando autem illuc aſcenderat: ſedebat coram illo, uti, dum adhuc in vivis erat, facere ſolebat, et ab eo benedictionem accipiebat. Fertur hæc fuiſſe cauſa cultus ſimulacrorum in mundo. Græci vero poſt multas generationes opinati ſunt, ſimulacrum hoc eſſe Aſcepliadis, quod illa de cauſa maximi fecerunt et per quod iurarunt ante Chriſtianiſmi ortum. Hipocrates enim dicebat: adjuro vos, diſcipuli mei, per creatorem mortis et vitæ, & per patrem meum veſtrumque, atque Aſclepiadem. Dicit etiam, denominationem eius ex pulcritudine, lumine & ſanatione etymologice compoſitam eſſe. Quapropter opus eſt omni medico, ut ei innocentia, verecundia et ſanctitate ſimilis evadat. Galenus ait, non reſpuendam eſſe medelam, quæ ægrotis fiat, quando templum Aſclepiadis ingreſſi ſint. Hippocrates narrat, baculum, cui innitebatur, althæam fuiſſe; cuius rei hanc rationem affert Galenus, quod moderationem eius eximiam innuat, ſi quidem althæa temperatio eſt calidi et frigidi. *Mathu-*

Pag. 7. *ſchalah filius Enochi.* Anno ætatis 160 genuit Lamechum. Tota eius vita eſt annorum 962. *Lamechus fil. Mathuſ.* Anno ætatis 188 genuit Noachum. Tota eius vita eſt annorum 773. Hic ante patrem ſuum mortuus eſt. *Noachus filius Lamechi.* Anno ætatis 500 genuit Semum. Tota eius vita fuit annorum 950. Anno ætatis 600 fuit diluvium die 27 menſis Aiyar, quando pluvia

Digitized by Google

via irruente, per quadraginta dies, ſuper aquis creſcentibus navis ferebatur, quam Noachus fecerat, quamque ex praecepto divino intraverat ille cum uxore ſua, tribusque filiis et eorum uxoribus. Aquæ ſuperarunt altos montes ad quindecim cubitos. Poſtea quievit furor. Die 27 (menſis) Aiyar vertente anno egreſſi ſunt ex nave, eamque reliquerunt Apameæ, quæ eſt metropolis Piſidiæ. Secundum Ioſephum colliguntur ab Adamo ad diluvium anni 2242. Poſt hæc Noachus terram tribus filiis diviſit. Limites Semi fuerunt Perſia & Bactriana uſque ad Indum; poſterique eius Aſſyrii, Chaldæi, Lydii, Syri, Hebræi et Perſæ. Limites Chami ſunt a Rhinocura uſque ad Gadiram (Gades). Poſteri eius ſunt Indi, Mitzræi, Ægyptii, Hethæi, Iebuſæi, Hevæi, Amoræi, Gergeſæi, Arvadæi. Limites Iapheti a Media ad Gadiram ex latere ſeptentrionali, poſterique eius Macedones, Armeni, Medi, Græci, Romani, Iberi. (Hiſpani) *Semus fil. Noachi.* Anno ætatis 101 genuit Arphachſadum. Tota eius vita fuit annorum 200. *Arphachſadus fil. Semi.* Anno ætatis 130 genuit Kainanum. Omnis vita eius annorum 465. *Kainanus fil. Arphachſadi.* Anno ætatis 130 genuit Schelachum; univerſaque vita eius fuit annorum 430. Pag. 8.
HuncKainanum eiusque annos non computavit Euſebius in ſerie annorum, neque textus Hebraicus, noſterque Syriacus. Lucas autem eius meminit in evangelio. Rumor eſt, eum inveniſſe aſtrologiam. Poſteri eum tanquam Deum coluerunt, eique ſignum poſuerunt, ex quo tempore cultus imaginum occœpit. Ille condidit urbem Charan (حران) ſecundum nomen filii ſui Haran (ܚܪܢ) *Schelachus fil. Kainani.* Anno ætatis 130 genuit Eberum. Tota eius vita fuit annorum 462. *Eberus fil. Schelachi.* Anno ætatis 133 genuit

Digitized by Google

nuit Pelegum. Tota eius vita fuit annorum 343. Dicitur, ab eo Hebræos nomen duxiſſe. *Pelegus fil. Eberi.* Anno ætatis 130 genuit Reuhum. Vixit annos 343. Quum annum ageret centeſimum primum: regnavit rex primus in Ægypto Phanophiſus annos 68, et quum natus eſſet annos 140: diuiſa eſt terra altera vice inter filios Noachi: Filiis Semi hæc poſſidenda ceſſit media pars terræ habitatæ usque ad finem Orientalem, Palæſtina, Arabia, Phœnicia, Syria, Meſopotamia, Hyrcania, Aſſyria, regio Sinear, Babylonia, Kerdo (Kurdiſtan) tota Perſia, Indiæ pars ſeptentrionalis, Bactriana. Filiis Chami regio auſtralis ab oriente occidentem verſus, India interior et auſtralis, Cuſchæa, Saba, Ægyptus, Libya, Thebais, Africa, & contra borealem plagam, Cilicia, Pamphylia, Piſidia, Myſia, Phrygia, Lycia, Lydia, et ex inſulis Cyprus, * Bios, (fortaſſe Cios) Sicilia, et viginti aliæ. Filiis Iapheti regio ſeptentrionalis ab oriente uſque ad occidentem, regio Alanorum, Turcarum, Media,
Pag. 9. Armenia, Cappadocia, Galatia, Aſia, Myſia, Thracia, Alda (10), regiones Græcorum, Romanorum, Sarmatarum, Slavorum, Bulgarorum, Gallorum, Hiſpanorum uſque ad Gariræos. Mortuo Pelego quum viderent filii Iochanis fratris eius, ſibi non eſſe datam poſſeſſionem, conſtituerunt ſibi tres duces Schebam, Aſirum et Havilam, locaque occuparunt. Enakitæ (11) cœperunt ædificare caſtella ad rebellandum, quo ſe reciperent tuti ab armis filiorum Iochanis, qui primi armis inſtructi ſunt. Filii Canaanis, qui erat filius Chami, a Noacho procreati, quando cognoverunt præſtantiam Palæſtinæ et Libani, in ea parte conſederunt, neque ad hæreditatem ſuam abierunt, quæ ſita erat contra plagam occidentalem maris Ægyptiaci. *Reubus fil. Pelegi.* Anno ætatis 133 genuit Serugum. Vixit vero annos 339.

Anno

Digitized by Google

Anno 70 Reuhi cœpit ædificari turris in regione Sinear, et Nimrodus filius Cuſchi aluit venatione ſua ædificatores. Completis 40 annis Deus immiſit ventum, quo turris deſtructa, et Nimrodus mortuus eſt, qui poſt diluvium Babylone regnavit, cuiusque corona regia opere textorio fuit, ut ſcripſit Aſaphus. Hic Nimrodus condidit tres urbes Arach, Achar & Cheliam, vel Edeſſam, Niſibin & Seleuciam. Lingua (incolarum harum urbium) in 72 linguas diviſa eſt. Regio Sinear appellata eſt Babel vel Babylonia. Sanctus Baſilius & Mar Ephræmus arbitrantur linguam primam ante diviſionem linguarum Syriacam fuiſſe, uti ipſa vox Babylonica (confuſionis) teſtatur. At S. Iacobus & Iohannes Medinenſis putant, linguam hebraicam eſſe primævam, quæ apud Eberum conſervata eſt, qui iuſtus erat, neque in ædificationem turris conſentiebat. Secundum alios vero ab Abrahamo, qui flumina tranſiit, et prætergreſſus * domum diviſionum a gentiliſmo patris ſui ad cultum divinum tranſiit appellata eſt. Pag. 10. *Serugus fil. Reuhi.* Anno ætatis 170 (12) genuit Nachorum. Vixit annos 330. Eius temporibus publicata fuit moneta conflata ex Ophiro (auro vel argento), hominesque fecerunt idola diabolis, adiuti a dæmonibus. Poſt Nimrodum regnavit alius rex Babylone Cambirus annos 85 tempore Serugi, bellumque geſſit cum populo, qui vocatur Celtæ. Vicit eos montanisque eorum regionibus incluſit. Cambiro ſucceſſit tertius rex Chaldæorum Samirus per 72 annos, qui bella geſſit cum Græcis & Cananæis eosque vicit. Condidit etiam urbes Parthis et Chaldæis, et primus invenit menſuras & pondera. Eius temporibus innotuit Sericum et ars tingendi. In fabulis affertur, tres illi oculos et bina cornua fuiſſe. Hoc tempore ſur-



Digitized by Google

rexit princeps ſecundus Ægypti, Apiphanus, annos 46, qui pri-
mus naves ſtruxit, marique invectus eſt. Huic ſucceſſit tertius
princeps Atanuphus, qui quoniam Cuſchæos prælio vicit, nomine
inſignitus eſt, quod vertitur Cuſchæus. Ille occidit Sabam, qua
mortua regnavit filia eius annos 40. Ab iſto inde tempore mu-
lieres cœperunt Cuſchæis imperare. Atanuphum (13) ſequutus
eſt rex quartus Ægypti Pharao Barſenus annos 35, ex quo nomen
Pharaonis initium cœpit. *Nachor fil. Serugi.* Anno ætatis
79 genuit Terachum. Vixit annos 201. Hoc tempore Beſaru-
nus Parthus, occiſo Samiro, quocum dimicaverat, cornua eius
ſuſtulit, coronæque ſuæ intulit. Arad Cananæus affirmat, anno
25 Nachoris conflictum Iobi iuſti fuiſſe, viri divitis ex familia Io-
ctanis, qui bis ſeptem vicibus ſolus cum Satana luctatus eſt, vicit-
que; Aſaphus vero, poſt 60 annos certamen fuiſſe. Alii dicunt,
Pag. 11. eum fuiſſe Iochabum filium Serachi ex familia Eſavi. Hoc tem-
pore regnavit in Ægypto rex quintus Pharao Charemon per annos
4, eodemque tempore Armunis Cananæus duas urbes a ſe condi-
tas nominibus filiorum ſuorum Sodomæ & Gomorrhæ inſignivit.
Zoara pariter a ſe condita a matre filiorum, Zoara, nomen nacta eſt.
Sextus rex Ægypti Pharao Apintus regnavit annos 32, miſſisque
legatis ad Ciſronum regem Parthorum accerſivit ſcripta & ſcien-
tiam Chaldæorum in Ægyptum. Urbem, quam iuxta fluvium Ni-
lum ſtruxit, Babylona vel Babel nuncupavit. Aſaphus ait, tem-
poribus Therachi Ægyptios aſtronomiam didiciſſe, & ſimulacrum
aureum idolo Kinoſo ſtruxiſſe. *Terachus filius Nachoris.* Anno
ætatis 70 genuit Abrahamum. Vixit annos 275. Anno 205 (14)
Terachi rex quintus Babelis Arphaſad regnavit annos 18. Tum
ceſſa-

ceſſavit regnum Babylonicum per ſeptem annos, donec Belus Aſſyrius a Chaldæis defecit, iisque et cum Medis prœliavit, atque eos vicit; quo facto imperavit Aſſyriæ & Babyloniæ totique Aſiæ, excepta India annos 62. Anno quinto Therachi regnavit rex ſeptimus in Ægypto, Pharao Urunchus, annos 33, quem ſequutus eſt octavus Pharao Semunus per annos 20, & deinde nonus Pharao Armenis, ann. 27. Viginti annis, antequam Abrahamus natus eſt, Damaſcus a Marupho condita eſt; ſed teſte Ioſepho, ab Utz, filio Arami: *Abrahamus filius Terachi.* Anno ætatis 100 genuit Iſaacum. Vixit annos 175. Natus annos 15 petiit a Deo, ut deſtrueret corvos, qui devaſtabant regionem Chaldæorum et ſemina eorum devorabant. Hoc tempore mortuus eſt Belus, cui ſucceſſit rex ſecundus Aſſyriæ, Ninus filius eius, ann. 52. Hic condidit Niniven, poſtea conditæ ſunt Rechaboth, Raſen & Calne, id eſt, Arbela, Reſchaina & Seleucia. Hieroſolyma etiam condita ſunt a Melchiſedeco Cananæo. Abrahamus incendit templum idolorum in Utz Chaldæorum, ingreſſusque Haran frater eius ad extinguendum ignem ibi combuſtus eſt. Qua de cauſa Abrahamus aufugit, anno ætatis 60, una cum Teracho patre ſuo et Nachore fratre eius, qui igne periit, Charranem. Ibi commoratus annos 14 iterum migravit Charrane, relicto patre ſuo, pervenitque in regionem Canaan. Anno ætatis ſuæ 71 bellum ortum eſt Cedarlomeri, annoque 85 vel primo promiſſionis ingreſſus eſt Ægyptum, genuitque Iſmaelem ex Hagare. Vixit Iſmael annos 137. Annus vero quadrageſimus promiſſionis eſt circiter annus 3300 ab Adamo. Eodem tempore regnavit Semiramis, uxor Nini, ſuper Aſſyriis annos 46, quæ aggeres

Pag. 12.



Digitized by Google

congeſſit propter diluvium (metuens, ne rediret). In Ægypto regnavit rex decimus Pharondus Thebanus annos 43, cui ſucceſſit undecimus Pharao Phanus. Hic rapuit Abrahamo uxorem eius Saram, quam poſtea reſtituit, oblato ſimul auro, argento, opibusque, quibus eum ex Ægypto demiſit. Tum regnavit in Ægypto rex duodecimus Pharao Iſcus annos 21, deinde rex decimus tertius Pharao Suchunus annos 44, poſtea rex decimus quartus Pharao Tarkus annos 44. Semiramin in Aſſyria excepit rex quartus Semarus annos 38, cuius temporibus ortus eſt primus rex Cretenſium Karis, qui Cretam condidit. *Iſaacus fil. Abrahami.* Anno ætatis 60 genuit Iacobum. Vixit annos 180. Quum annum ageret decimum quintum, a patre ſacrificium offerebatur, et quum natus eſſet annos 38, mortua eſt Sara mater eius, quæ 127 annos vixit. Elapſo uno anno uxorem duxit Rebeccam, quæ quum gravida facta eſſet ex marito nato annos 60, Melchiſedecum adiit, ut Deum de utero ſuo interrogaret, qui ei

Pag. 13. reſpondit, binos populos in inteſtinis eius reperiri, populumque populo inſidiaturum eſſe; ſcilicet Eſavum, qui & Edom appellatur, unde Idumæi, et Iacobum, unde Iſraelitæ. Abimelech valde benignus fuit in familiam Iſaaci, & ann. 100 Abrahami bellum geſſit. Regem Geraris (15) illum vocat ſcriptura a nomine urbis denominatum, & regem Philiſtæorum, quia multis populis imperavit. Tempore Iſaaci vixit quintus rex Aſſyriæ Aris annos 30, et rex decimus quintus Ægyptiorum Satis, annos 19. Iſte fuit primus quatuor regum, qui paſtores vocantur. *Iacobus fil. Iſaaci.* Anno ætatis 82 genuit Levi. Vixit annos 147. Quum annum ageret ſeptuageſimum ſecundum; benedictione impertita Iſaa-

Iſaacus eum Charanem dimiſit. Anno decimo Levi aſcendit Iacobus ad Iſaacum patrem ſuum. Quum natus eſſet Levi tres annos, Ioſephus natus eſt, qui, poſtquam Levi vixerat 20 annos, venditus eſt anno ætatis ſuæ 17. Ille autem ſerviit annos 10, in carcere degebat tres annos, & ante Pharaonem triginta. Dominatus eſt in Ægyptum annos 80; et mortuus eſt anno ætatis 100. Mortuo Iſaaco filii Eſavi, conductis Moabitis, Ammonitis, et Aramæis bellum intulerunt Iacobo eiusque filiis Hebrone. Sed prævaluit Iacobus Eſavumque telo petitum occidit. Fracti ſunt igitur filii Eſavi a filiis Iacobi, fugeruntque eorum adiutores. Quum autem Iacobus ageret annum 130, Ægyptum deſcendit anno triceſimo famis. *Levi filius Iacobi.* Anno ætatis 47 genuit Kehatum. Vixit annos 137. Eius tempore fuit diluvium, quod (16) etiam tempore Ogygis incidit, quum Belus in Aſſyria regnavit. Condita eſt Maphus (Memphis) in Ægypto. * Inſtrumentorum muſicorum genus (17) Steſichorus in mundum induxit, quia inter mulieres educatio eius fuit (educatus eſt) Menes rex in voluptate animæ ſuæ (voluptati indulgens) ludos * circenſes publicavit. In Ægypto regnavit quartus paſtorum Apapus annos 14, Pag. 14. idem ille, qui ſomnia ſomniavit, & Ioſephum regno præfecit ſecundum ſcripta Chaldæorum. Probabile eſt, quod propter fratres Ioſephi hi reges paſtorum reges appellati ſint. *Kehatus fil. Levi.* Anno vitæ ſuæ 60 genuit Amramum. Vixit annos 133. *Amramus fil. Kebati.* Anno vitæ 75 genuit Moſen. Anno 300 promiſſionis. Vixit annos 137. Huius tempore regnavit in Ægypto Maphrus annos 12, tum Tumuthus annos 18, tum Amunphatis annos 43. Hic cœpit ſuffocare liberos Hebræorum in Nilo.

*Moſes fil. Amrami.* Dominus Iſraelis conſtitutus eſt anno ætatis ſuæ 80, populumque duxit per deſertum annos quadraginta. Quando hic natus erat: in fluvium iniiciebatur, ſed filia Pharaonis Amunphatiſi, nomine Tremothiſa i. e. tremula (18) quam Hebræi Damris vocant, uxor Canpheræ regis Memphitici eum invenit, ex aquis extraxit, & filii loco educavit. Quum decem annos natus eſſet, Iannes & Iambres inſtituerunt eum ſapientia, uti Artemonius indicat: quod quidem in Pentateucho non reperitur ſcriptum, ſed ab Apoſtolo Paulo memoratur. Anno 22 cœpit Amunphatis opprimere hebræos, ut lateres diſponerent, & Hermopolin conderent. Idem vicit Cuſchæos, atque Reuſam filiam Suri regis eorum inter mulieres ſuas recepit. Alii hanc victoriam Moſi tribuunt, qui eandem Reuſam aſſumſiſſet. Hac de cauſa Canpheram ei invidiſſe, conſiliumque cepiſſe eum occidendi, facultatem vero defuiſſe, donec moreretur Damris uxor eius. Tum Canuthim miſſum eſſe ad eum occidendum, quem tamen Moſes ſuperavit & interfecit. Moſen vero in Arabiam ad Reguelem
Pag. 15. Midianitam aufugiſſe. Natus annos 40 uxorem duxit Zipporam filiam Jethronis, filii Reguelis Midianitæ, filii Dedanis, filii Ioſchanis, filii Abrahami ex Ketura uxore ejus. Commentatores dicunt, Iethronem eſſe Reguelem. Hoc tempore fuit diluvium tertium in Theſſalia diebus Deucalionis, et incendium magnum in Cuſch diebus Pharatonis, bellumque grave Chaldæorum cum Phœnicibus. Eunumius invenit Semiam (19) & Menander comœdiam, Chæron & Aſclepiades medicinam. Moſes natus annos 80 i. e. anno 430 promiſſionis a Deo iuſſus fuit Hebræos ex Ægypto educere. Quum vero Hebræi per mare, quod areſactum erat, tran-

tranſirent: Pharao Pheſunus, qui Amunphatiſo ſucceſſit, una cum toto eius exercitu, mari Suph ſubmerſus eſt. Ægyptii vero, qui non cum Pharaone exierunt, quando interitum eorum, qui egreſſi erant, perſpexerunt, * ſervos ſuos quisque honorifice habebant, et colebant, quemadmodum ea de cauſa, quod ſervi ab exitu prohibiti erant, (20) internecio contigerat. Hoc anno bellum geſſit cum Amalek, montemque aſcendit menſe tertio, atque legem et conſtitutiones accepit in gratiam Iſraelis. A tempore, quo Deus dixit ad Abrahamum; probe noſcas, ſemen tuum adventitium et peregrinum fore in terra, quæ non eorum eſt, numerantur anni 430 ſervitutis, uti ſcriptum eſt in libro Exodi & Paulus memorat, quanquam in libro Geneſ. anni 400 tantum adducuntur. Ab Adamo uſque ad mortem Moſis (elapſi ſunt) anni 3851, uti Aniamus, monachus, calculos ſubducit, ſecundum LXX 3882, ſecundum Syriacum & Hebraicum textum 2500. Fuit enim (Moſes) in Ægypto annos 40, in Midiane 40, in deſerto 40. Hinc incipit ſeries altera, quæ a patriarchis ad iudices deducitur.

## DYNASTIA II.

Pag. 16.

*Ioſua fil. Nun diſcipulus Moſis* duxit populum, ſecundum Euſebium & Andronicum annos 20, ſecundum Anianum annos 25. Anno ætatis 83 accepit ſceptrum & principatum a Moſe magno, populumque ad terram promiſſionis deduxit, et ſeptem populos Cananæorum deſtruxit. Anno decimo principatus ſui diviſit populo terram poſſidendam & mortuus eſt anno ætatis 110. *Poſt Ioſuam filium Nun ſeniores* populum rexerunt, ſed numerum annorum eorum ſcriptura non indicavit. Ait Africanus, gubernaſſe annos

Digitized by Google

annos 30; Anianus, Pinehaſum Zeloten, filium Elieſeris, ſacerdotem, populum gubernaſſe annos 24. Cuſchan ad ſummum imperii faſtigium in populos evectus eſt a populo, & occiſus fuit ab Othniele. *Othniel* iudicavit populum per 40 annos. Temporibus Othnielis conditæ ſunt urbes in Bithynia, Malos, Paphus, Thaſus, Keliſta, Maronda. *Eglon Moabita* per annos 18 tyrannida exercuit in populum, et interfectus eſt ab Ehud filio Geræ. *Ehud filius Geræ* iudicavit populum annos 62. Qui autem annos 80 ei aſcribunt, annos 18 Eglonis iis comprehendunt. Tempore Ehudi iudicium Athenienſe, quod Areopagus vocatur, conſtitutum fuit. Lacedæmon fundata eſt. Haleb condita eſt a Balchus rege Aſſyriæ. *Schamgar fil. Anath* fuit iudex annos 18. Hic
Pag. 17. occidit Philiſtæorum ſexaginta ſtimulo bovis. *Iabin rex Chazoris* annos viginti: Duci exercitus huius Iabini, qui Siſſera appellabatur, 90 erant currus ferrati. Caput eius a Debora prophetiſſa contuſum eſt, ut periret. *Debora et Barak* annos 40. Celebrarunt laudem liberationis divinæ. *Midianitæ* tyrannos egerunt annos 70 adverſus populum, uſque dum Gideon eos debellaret. *Gideon* populum iudicavit annos 40. Gideoni nati ſunt liberi 70. Eodem tempore regnavit in Thebaide Apulon, qui cantu citharæ ſaxa commovit, videlicet corda dura & crudelia. *Abimelech fil. Cideonis* qui ex concubina natus eſt. Poſtquam ſeptuaginta fratres ſuos interfecerat: gubernavit populum. *Thola filius Phoæ* annos viginti. Anno (principatus eius) 20 urbs Tarſus a Perſeo filio Danæ condita eſt. Condita etiam fuit Carchedon. Dirutum fuit Ilium, quod ex aliorum ſententia temporibus Simſonis disiectum eſt. *Iair Gileadita* iudi-

iudicavit populum annis 22. *Ammonitæ* annos 18 dominium uſurparunt, et Hebræos valde oppreſſerunt, donec a Iephta vincerentur. *Iephta* annos ſex. Qui dicunt, annis 24 iudicem fuiſſe, 18 annos Ammonitarum cum illis coniungunt. Quum Hebræi ab Ammonitis multum opprimerentur: iverunt Gileaditæ ad Iephtam antea a ſe expulſum, et arceſſiverunt eum, ut dux eorum evaderet, qui quum prœlio commiſſo viciſſet, filiam ſuam ſacrificium obtulit ex voto minus laudabili. *Ibzan* annos 7. Quidam ſcriptorum ne nominis quidem huius mentionem fecerunt. *Elon Sebulonita* annos 10. Iohannes Medinenſis ſeptem dicit. Pag. 18.
Hic in verſione LXX non recenſetur. *Abdon* annos 8. Anno ſeptimo huius Abdonis ſurrexit primus rex Francorum. Anianus, annos tres, alii, octo. *Philiſtæi* annis 40 dure imperarunt populo. Hos non memoravit Euſebius, Anianus vero 40 poſuit, Andronicus tantum 20. *Simſon* Nazaræus ex tribu Dan iudicavit populum annis 20. Anno eius tertio cum Philiſtæis certare incepit, et anno eius quinto contigit hiſtoria Ruthæ, Moabitidos. *Poſt Simſonem Seniores* gubernarunt populum annos 40 uti ſcripſit Africanus, quia pax erat & quies, nec neceſſe erat cuipiam, ut dux exercitus oriretur. Andronicus vero 10 annos habet, & apud LXX ſcriptum eſt 20. Alii ſcribunt 12. *Elæus* ſacerdos populum iudicavit annos 20, ſecundum LXX, ſed ſecundum textum Hebraicum 40. Anno 18 gubernationis eius natus eſt Samuel propheta. Anno 20 Elæi oblatum eſt votum Elæo. *Samuel propheta* populum iudicavit annos 20. Vixit annos 77. His viginti annis poſt mortem Elæi fuit arca Domini in ædibus Abinadabi: Anno 20 gubernationis Samuelis poſtulaverunt Iſraelitæ regem.



Digitized by Google

Hic incipit. Series tertia, quæ a iudicibus ad reges Hebræorum deducitur.

## DYNASTIA III.

Pag. 19. *Saul rex primus* regnavit in Iſraelitas annos 40 ſecundum Euſebium, ſed ſecundum Anianum 20. Anno tertio Saulis vicit Amalekitas. Anno regni ſui 31 fuit feſtum in tuguriis prophetarum prope Ramam (21), atque etiam Saul vaticinatus eſt inter prophetas. Anno 35 Saulis mortuus eſt Samuel; & quinque annis poſt Saul & Jonathan, filius eius, in prœlio occiſi ſunt. *David* filius Iſæi regnavit annos 40, ſeptem Chebrone, & 33 Hieroſolymis. Vixit annos 70. Iſte condidit Zionem. Anno regni ſui decimo ducta eſt arca in tentorium, quod ei fixit. Natus enim eſt David anno 10 regni Saulis, & a Samuele unctus eſt anno eius 20, quum ipſe annum 13 ageret. Anno 30 Saulis Goliathum interfecit, & anno 39 regni Davidis diſtribuit familias Levitarum, & conſtituit ex illis laudatores 188, (22) quos in 24 diviſiones diſtribuit, ſingulosque duodenos conſtituit, ut laudarent. Bella geſſit David cum populis, qui circa eum erant, omnesque vicit. Anno 28 regni Davidis condita eſt Epheſus, et Samus. Hoc tempore fuit Empedocles philoſophus magnus, qui fuit una quinque columnarum ſapientiæ, ſcilicet ille & Pythagoras, Socrates, Plato & Ariſtoteles. Illius extat liber, qui confutat ſententiam, vitam novam poſt mortem animæ rationali concedi et ſimilis eſt cogitationibus Salomonis in libro Koheleth. Ille primus ſtatuit, in eſſen-

Pag. 20. tia divina non eſſe pluralitatem nominum. Etiamſi (Deus) dicitur eſſe ſapiens, bonus & potens: tamen non ſunt in eo intellectus

Digitized by Google

ctus diverſi, in quibus hæ ſint denominationes (ſpecies) ſed (Deus) unus eſt, ſimplex & proprius, qui non admittit diviſionem neque in intellectu neque in operibus. *Salomo filius eius* ſucceſſit anno vitæ 12; regnavitque annos 40. Vixit annos 52. Anno quarto regni ſui inchoavit ædificationem templi, quam abſolvit intra ſeptem annos in monte Amoræorum, qui eſt Hieroſolymis, in area Aranis Iebuſæi. Longitudo eius 60 cubitorum. Anno 34 regni ſui relicto Deo Iſraelis condidit aram in monte ante Hieroſolyma Chomoſcho (idolo) Moabitarum & Molocho Ammonitarum eamque intra 13 annos abſolvit. Longitudo eius fuit cubitorum 100, latitudo 50, altitudo 30. Struxit ei clauſuram auream, mare æneum, bovesque. Initio regni eius Tyri regnavit Hiromus Hiram, qui octo myriadas hominum Salomoni miſit, ut in ædificando templo eum adiuvarent. Secundum nonnullos Homerus et Heſiodus hoc tempore floruerunt. Salomo evertit Antiochiam, & condidit 7 urbes, Palmyram, quæ & Tadmor vocatur, Millo, Hazor, Megiddo, Gazoram, Beth Horan inferiorem, Baaloth. Ab exitu ex Ægypto usque ad templum conditum (elapſi ſunt) anni 634 vel ſecundum alia exemplaria (23) 610, ut in libro Regum (1 Reg. VI. 1.) 480 extant, quem numerum etiam Paulus affert, dicendo: dedit iis iudices usque ad Samuelem (Act. XIII. 21.) Ab Adamo usque ad templum conditum 4178. *Rehabeamus fil. Salomonis* regnavit Hieroſolymis in Iudæam annos 17. Initio regni ipſius regnavit Jerobeam ſuper Iſraele Tirzæ annos 22, fecitque binos vitulos aureos, alterum Dane, alterum Bethele, dicitque: Ecce Deos Pag. 21. tuos o Iſrael, qui te eduxerunt ex terra Ægypti. Venit deinde Schemaia propheta ex Iuda, obiurgavitque eum propter peccata,

 quæ

quæ perpetravit, & ad quæ Iſraelem ſeduxit. Vaticinatus igitur eſt dicitque, ara, ara, audi verbum Domini. Ecce filius naſcetur familiæ Davidis, nomine Ioſias, qui ſuper te ſacrificabit ſacerdotesſacellorum, et oſſa humana ſuper te comburet. Qua propter Ierobeam extendit manum ſuam, ut eum occideret, ſed obriguit manus; quæ precibus prophetæ, a rege rogati, ſanata eſt. Epiphanius dicit, Iojadam ex Samaria eſſe nomen huius prophetæ. Idem ille eſt quem leo interfecit, quia obtemperavit Abitoni prophetæ ſeni; cuius mendaciis confiſus cibum comedit, præceptumque (divinum) transgreſſus eſt. Idem veſte in 12 partes diſciſſa, Ierobeamo decem harum partium dedit. Anno quinto Rehabeami Scheſakus rex Ægypti aggreſſus eſt Hieroſolyma dolo Ierobeami, abſtulitque ſcuta aurea, quæ Salomo fecerat. Subſtituit vero iis Rehabeamus ænea. *Abia fil. Rehabeami* regnavit annos tres. Collegit Ierobiam contra eum 80000 homines, et coacti ſunt Iudæi 40000. Duxit Abia uxores 14, genuitque filios 24, filias 16, et prophetarum munere functi ſunt Achia & Schemaia. *Aſa fil. Abiæ* annos 41. Anno (regni ſui) 10 Serahus rex Cuſchæus, accitis Lybaſi copiis 100000 & 600, (000) Cuſchæis & Libyis, Iudæam hoſtiliter invaſit; quas copias Aſa aggreſſus cædit in Gerar, & vicit. Anno 15 combuſſit idola. Etiam matrem ex regno eiecit, quia feſtum Aſtaroth celebraverat, huiusque ſimulacrum combuſſit. Removit cinædos e terra. Anno
Pag. 22. 29 Aſæ regnavit in Iſraele Ela annos duos, tum Simri, interfecto Ela, filio Baeſæ, domino ſuo, regnavit dies ſeptem. Tunc Iſræl diviſus eſt, aliis cum Tibni, aliis cum Omri facientibus. Prævaluit Omri. Mortuus eſt Tibni. Quum Simri videret, populum ſub-

ſubiectum iri poteſtati Omri, combuſſit palatium et ſemet ipſum. Omri, poſtquam Tirzæ regnaverat ſex annos, emit montem Samariæ a Semero domino ſuo, ibique urbem ædificavit, nomine Samariam, quæ poſtea Sebaſte appellata eſt. Eſt eadem cum Nabluſa. Omri vero regnavit annos 12. *Ioſaphatus fil. Aſæ* annos 25. Anno regni ſui ſecundo in Iſraele regnare (cœpit) Achabus, filius Omri (rex per) annos 23. Hic duxit uxorem Iſabelem, filiam Ithabelis, regis Tyri & Sidonis, condiditque Ierichuntem, cui execratus erat Ioſua fil. Nun. (VI. 26) Abiramo primogenito ſuo fundamenta iecit, & Segubo natu minimo, portas poſuit. Hoc tempore prophetæ floruerunt Elias, Obadias, Abihud, Uſael & Micha filius Imſchi, prophetæ vero mendaces Zedekias, Elieſer aliique 14. Zedekias propheta mendax fecit cornua ferrea, eaque capiti ſuo impoſuit, & Achabo dixit: his Aramæos contundes eosque conficies. Anno 29 Ioſaphati in Iſraelitas regnavit Achazias filius Achabi annum unum, & poſt eum Ioramus frater eius annos 12. *Ioramus filius Ioſaphati* annos 8. Hic ſibi matrimonii vinculo iunxit Athaliam ſororem Achabi. Occidit omnes fratres ſuos, filios Ioſaphati. Percuſſus igitur eſt flagello iuſtitiæ & omnia eius inteſtina eiecta ſunt, denique mortuus eſt. *Achazias fil. Iorami* annum unum; iſtoque anno miſit Eliſa propheta (aliquem ex prophetarum diſcipulis) qui Jehuum filium Nimſchi in Iſraelitas ungeret. Regnavit hic annos 28, & occidit filios 70 Achabi. Poſtquam autem Eliſa unxerat Iehuum filium Nimſchi, hic occidit Ioramum, filium Achabi & Achaziam regem Iudæ & Iſabelem Sidoniam, uxorem Achabi. *Athalia mater Achaziæ* annos ſeptem. Poſtquam filius eius Achazias interfectus eſt, omnem ſtirpem regiam dele-

Pag. 23.

delevit & nemo ereptus eſt præter Ioaſum filium Achaziæ, quem Ioſchaba, ſoror Achaziæ, occultavit. Hæc fuit uxor Iojadæ pontificis maximi. Iojada, congregato Iuda, interfecit Athaliam, ſuffecitque Ioaſum filium, natum annos 7. Tum miſerunt Iudæi (legatos) ad templum Baalis & Mattanen ſacerdotem combuſſerunt. *Ioaſus filius Athaliæ* annos 40. Anno Ioaſi 25 regnum in Iſraelitas capeſſivit Ioachazus filius Iehui (regnavitque) annos 17. Anno 36 Ioaſi mortuus eſt Eliſa propheta, poſtea Ioaſus a ſervis ſuis interfectus eſt. *Amazias fil. Ioaſi* annos 29. Hic vicit Idumæos & Lomirum (24) eorumque Deos Hieroſolyma adduxit, & eos coluit. Anno decimo Amaziæ in populum Iſraeliticum regnavit Ioaſus annos 16. Iſte bellum intulit Benhadado regi Syriæ, urbesque eripuit, quæ Haſael ceperat. Cædit tribus vicibus Idumæos ſecundum effatum Domini ad Eliſam. Tunc vaticinati ſunt Hoſeas, Amos, Nahum & Ionathan (25). Anno 18 Amaziæ regnavit in populum Iſraeliticum Ierobeamus annos 40, pugnavitque Amazias rex Iudæ cum Ioaſo rege Iſraelis. Iſraelitæ Iudæam invadentes occiderunt Iudæorum 300(000) viros & Amazias haſta percuſſus diem ſupremum obiit. Secundum alios ſervi eius confoderunt eum, quum Lachiſam fugeret. Iſraelitæ Hieroſolymaaggreſſi diruerunt 400 cubitos muri huius urbis, rapuerunt aurum
Pag. 24. argentum & omnia vaſa, quæ inventa ſunt in templo divino et palatio regio, atque Samariam redierunt. *Azarias fil. Amaziæ* annos 52. Idem vocatur Uzias. Anno 24 regni ſui eo audaciæ proceſſit, ut templum divinum intraret ad ſuffiendum. Quum autem ab Aſaria ſacerdote prohiberetur, & redire nollet: Subito lepra affectus eſt; ex quo Iotham filius eius populum adminiſtravit.

Digitized by Google

vit. Uſque ad hæc tempora vaticinatus eſt Ieſaias propheta annos 24. Quum vero audaciam regis videret, eamque non reprehenderet: ablata eſt ei prophetia annos 28, uſque dum Uzias obiret. Poſtea munere prophetico denuo functus eſt annos 61. Anno 29 Uziæ in Iſraelem regnavit Zacharias menſes ſex. Generationes quatuor Iehui hic deſinunt. In Zachariæ regnum ſucceſſit Schallumus menſem unum, Schallumum excepit Menahemus annos decem. Hic cepit Tapſacum, quam, quoniam (cives) portas non aperuerant, diruit, & gravidas mulieres diſcidit. Anno 34 Uziæ Phul rex Babyloniæ (26) aggreſſus eſt Samariam, & acceptis a Menachemo, rege Iſraelis, mille talentis argenti revertit. Anno 40 Uziæ in Iſraelem regnavit Pekachus annos 10. Anno 48 Uziæ invaſit Tiglathpileſer rex Aſſyriæ & vaſtavit Iudæam atque terram Iſraelis, magnaque populi pars in captivitatem abducta eſt. Uzias ille deſtruxit murum Gathæ & Thuſæ & Dimnathæ. Pugnavit etiam cum Arabibus, qui Pataræ habitant. Porphyrius ait, hoc tempore claruiſſe Homerum & Heſiodum. *Iotham fil. Uziæ* annos 16. Hic condidit magnam partem muri Hieroſolymitani. Ammonitas ſuperavit & ad tributum ſolvendum adegit. *Achaſus fil. Iothami* annos 16 ſimiliter (regnavit). Hic coluit Deos peregrinos fecitque quod malum erat. Pekachus vero rex Iſraelis arceſſivit Rezinum regem Syriæ, invaſit Iudæam, & occidit 120000 viros. Achaſus rex Hieroſolymitanus miſit (legatos) ad Tiglathpileſerum, regem Aſſyriæ. Venit igitur, et Rezino occiſo Damaſcum oppugnavit, atque captivis abductis Aramæis (27) multum argenti ab iis accepit, et in patriam rediit. Anno ſecundo Achazi rebellavit Hoſeas contra Pekachum, eoque occiſo, in Iſraelem Pag. 25. reg-

Digitized by Google

regnavit annos 9. Anno octavo Achaſi aſcendit Salmanaſſar, rex
Aſſyriæ, contra Iſraelem, cui ſe ſubmiſit Hoſeas et tributum ſolvit;
poſtea defecit ab eo, petiitque ab Adramalecho Cuſchæo, qui in
Ægypto commorabatur, ut ad ſibi opitulandum adveniret. Quod
quum audiret Salmanaſſar, iterum Samariam profectus eſt, quam
tribus annis obſidione cinctam cepit, abductis Iſraelitis Babylonem.
Hæc captivitas decem tribuum prima eſt. Ab Adamo usque ad
hunc annum, qui eſt annus undecimus Achaſi, (anni) 4730. A-
chaſus removit mare æneum ex bubus æneis (ei ſubiectis) quos ſtru-
xerat Salomon. Hoc tempore Rhodus habitata eſt inſula, quæ
annos 1405 (28) manſit, donec ab Arabibus vaſtaretur. In Si-
cilia condita eſt Selinus urbs & Scale, (29) in Ponto Trapezus, in
Bithynia Cyzicum, in Italia Colonia et Lucania. Anno ſeptimo
Achazi regnavit Romulus, & condidit in Italia Romam magnam &
pulcherrimam, in qua habitavit. Reges enim Italiæ, qui hucusque La-
tini nuncupati erant, ab illo inde tempore Romani vel Franci ap-
pellati ſunt. *Hiskias fil. Achaſi* annos 29. Quando terra Sa-
mariæ totumquæ imperium Iſraelitarum in manus Aſſyriorum per-
venerat: Hiskias ſolus remanſit, qui Hieroſolymis regnavit. An-
no octavo Hiskiæ miſit Salmanaſſar Aſſyrius homines, qui colerent
terram Judæorum. (30) Quia autem Deus leones iis immiſit: Sal-
manaſſar præcepit, ut obſervarent iudicium Dei terræ, illisque ſa-
cerdotem quendam nomine Azariam miſit, qui eos legem Moſis
doceret. Scripſit etiam in eorum uſum Pentateuchum hebraice;
ig. 26. unde Samaritani ſolum Pentateuchum receperunt. Fertur ille
Aſarias etiam literis Aramæis vel Syriacis Pentateuchum deſcrip-
ſiſſe, atque hæc eſt editio ſimplex, quæ reperitur in manibus Syro-
rum.

Digitized by Google

rorum. Anno ſexto Hiskiæ Aſſyriis imperavit Sancheribus, qui Hieroſolyma oppugnavit, & precibus Hiskiæ victus eſt, vitæ Hiskiæ additis annis quindecim. Angelus enim Domini in caſtris Sancheribi occidit 185000 viros. Audivit etiam Sancherib, Tirhakam regem Cuſchæorum egreſſum eſſe, ut cum eo prœlium committeret; quare ſtatim Niniven revertit, ubi filii eius eum occiderunt. Hiskias fecit piſcinam, et foſſam circa urbem Hieroſolima, et aquam in canales induxit. Quum vero legatis regis Babylonici omnes theſauros domus ſuæ oſtenderet: iraſcebatur Dominus, eique nunciatum eſt: Quodcunque viderunt in ædibus tuis (Babylonem transferetur) imo filii tui erunt aulici vel eunuchi in palatio regio Babylone. Reſpondit vero Hiskias: Egregius eſt ſermo Hiskiæ, dummodo pax ſit in diebus meis. Eius tempore Tobias pius e captivis Iſraelitis quum Ninive habitaret, ab Angelo Raphaele ſuſtentatus eſt, cœcitasque oculorum eius felle piſcis ſanata eſt, quod ei angelus dederat. Hoc tempore Syracuſæ, Catana, Leontium, Maglara (f. Megara) Marathonia & Baroniſus (31) in Sicilia conditæ ſunt. Sancheribus ædificavit Tharſum in Cilicia. *Manaſſes fil. Hiskiæ* annos 55. Anno regni ſui 13 occidit Ieſaiam prophetam, ſerra diſſectum; quapropter eum Deus reiecit, tradiditque in manus Aſſyriorum. Verum captivus abductus, catenis duris vinctus turrique (32) ænea Ninive incluſus quum anguſtia valde opprimeretur, ad Deum maiorum ſuorum converſus eſt, veramque pœnitentiam egit. * Iuſtis igitur precibus ad Deum effuſis; reſpondit ei Deus. Liberatus Hieroſolyma revertit. Simulacrum, quod fecerat quatuor faciebus præditum, e templo eiecit, illudque purgavit, & idola deſtruxit. Ædificavit murum meridio- Pag. 27.



nalem

nalem Hieroſolymorum, & reformavit Iudæam. In Ponto conditæ ſunt urbes Metaa, Iſtrus, Acanthus, Acardia, Stagira (33), in Cilicia Salinus. Anno 21 Manaſſis condita eſt urbs Chalcena (Chalcedon.) Tum Thales Mileſius primus phyſicus vel philoſophiæ naturalis peritus floruit, & Scythæ uſque ad Paleſtinam terra potiti ſunt. Anno 36 Manaſſis Aſſyriis imperavit Sancheribus minor, qui finito anno Manaſſem dimiſit. Anno 40 Manaſſis, in Romanos regnavit Thacles (Tullus) annos 33, qui (cognominatus eſt) Hoſtilius. Hic primus uſus eſt chlamyde regia, ſceptroque regali. Fundamenta Byzantii iecit Byzus, quam urbem 97 annis poſt Conſtantinus renovavit, auxit, & Conſtantinopolin appellavit. *Ammon filius Manaſſis*, annos 12, ſed ſecundum textum hebraicum & Anianum 2. Hic Ammon coluit Deos peregrinos i. e. mendaces populorum, et idolis ſacrificavit. Percuſſus a ſervis ſuis gladio moritur. *Ioſias fil. Ammonis* annos 31. Utebatur filiis quatuor, Iochania, Iojakimo, Jehoachazo & Zedekia. Iochanias genuit Danielem prophetam, Jojakimus Hananem, Azariam & Miſchaelem. Zephanias filius Cuſchi Schimeonis munere prophetico functus eſt. Anno 13 Joſiæ Ieremias cœpit vaticinari, & anno 18 Hulda prophetiſſa. Eodem tempore refecit templum divinum, juſſitque Hilkiæ ſacerdoti ſummo, opificibus argentum ex gaza templi
Pag. 28. divini ſolvere. Quum vero reficerent: inventus eſt liber legis, quem quum Ioſias perlegeret, edoctusque eſſet præcepta divina, zelo commotus, veſtes laceravit, conſiliumque cepit, univerſam legem obſervandi. Sublatis igitur idolis Ammonis patris ſui templum purgavit, fregit columnas, evertit altaria, occidit omnes ſacrificulos oſſaque eorum ſuper aris Baalis combuſſit; quo implerentur

tur verba prophetarum, qui ex Juda ad Jerobeamum venerunt. Anno 31 Ioſiæ regnavit in Ægypto Necho, qui (vocatur in verſione Syriaca Pharao) claudus. Ille verſus flumen Euphratem Mabugum profectus eſt, ut cum rege Aſſyriorum pugnaret. Quum Ioſias vero eum aggrederetur: interfectus eſt ibi a Necho Joſias, quem ſervi abduxerunt & Hieroſolymis ſepelierunt. *Ioachaſus filius Ioſiæ* menſes tres. Hunc Pharao claudus in reditu captivum abduxit, atque in eius locum ſuffecit Jojakimum filium Ioſiæ, fratrem Joachaſi. *Iojakimus frater Ioachaſi* annos 11; cognomine Eljakimus. Hunc in locum fratris Pharao claudus ea lege ſuffecit, ut Pharaoni quotannis centum talenta auri ſolveret. Anno tertio Eljakimi in Aſſyria regnavit Nebucadnezar Chaldæus, filius Nabopolaſſaris, annos 44. Hic Hieroſolyma aggreſſus, abductis captivis et vaſibus templi, tributoque exacto ab Eljakimo, abiit. Inter captivos Babylonem deſcenderunt Daniel eiusque ſocii. Hæc fuit prima captivorum turma Babylonem deducta. Pharao claudus, everſa Mabugo & occiſo Ioſia, altera vice revertit & iuxta Euphratem caſtra metatus eſt, ubi Nebucadnezar eum interfecit. Anno 8 Jojakimi, 5 Nebucadnezaris, hic iterum Hieroſolyma petiit, ſed tributo a Jojakimo ſoluto rediit. Anno 8 Nebucadnezaris mortuus eſt Jojakimus. *Iojachinus filius Iojakimi* idem, qui in Evangelio Matthæi Iochanias vocatur, etiam nomine patris ſui Jojakimus. Regnavit menſes tres. Mente ſua a Deo alienus erat. Nebucadnezar tertium bello illato, eum, matrem eius, & magnates captivos Babylonem deportavit; ubi rex captivus vixit annos 37. Conſtituit autem pro eo Zedekiam patruum eius, filium Ioſiæ. *Zedekias, patruus Iojachini,* annos 11. Anno quarto Zedekiæ in Pag. 29.



Digitized by Google

dos regnavit Aſtyages annos 38. Anno 19 regni Nebucadnezaris, qui eſt undecimus Zedekiæ, Nebucadnezar quarto Iudæam invaſit. Nebuſaradon dux exercitus eius combuſſit templum & urbem, atque Zedekiam captivum abductum excæcavit. Omnes Iudæi deportati ſunt, præter egenos. Occidit itaque regnum Iudææ, quod poſt deſtructionem regni Iſraelitici duravit annos 155. Ieremias poſtquam templum incenſum eſſe cognoverat, abſcondidit in ſpelunca tabernaculum teſtimonii & arcam (fœderis), nemo vero locum novit. Clemens numerat a combuſto (templo) annos ſeptuaginta captivitatis usque ad annum ſecundum Darii Hyſtaſpis, conſentienticus Haggæo & Zacharia prophetis, qui dicunt: Domine, quousque non miſereris Hieroſolymorum urbiumque Iudææ, quibus his ſeptuaginta annis ſuccenſuiſti? In eadem ſunt ſententia Euſebius & Andronicus. Alii autem (numerant) ab anno tertio Eljakimi usque ad annum 19 Cyri; Daniel propheta ab anno 13 Ioſiæ vel ab initio vaticinii Ieremiæ, Africanus ab initio Zedekiæ. Elapſi ſunt anni regum 23 usque ad incendium 525, & ab Adamo 4516. Hic incipit Series quarta a regibus Hebræorum ad reges Chaldæorum deducta.

Pag. 30.

## DYNASTIA IV.

*Nebucadnezar* annos 24, poſtquam templum incenderat. Tum deſiit regnum Judæorum. Antea vero alios 19 annos regnaverat, ita ut omnes anni regni ipſius 43 fuerint. Combuſto templo Nebucadnezar quinto expeditionem fecit, & Tyro bellum intulit, quæ ponte lapideo in mari ſtructo terræ iungebatur. Tyrii igitur expavefacti, bonis in mare proiectis, navibus aufugerunt, Hiramum circum-

cumdederunt, occideruntque. Floruit Tyrus annos 500, quamdiu ſtetit regnum Iudaicum. Ægyptus exercitui Nebucadnezaris concedebatur loco mercedis pro ponte, quem iuxta Tyrum in mari fecerat. Nebucadnezar reverſus Babylonem ſtruxit hortos κρεμαςȣς i. e. penſiles, quod quidem opus unum eſt ex ſeptem miraculis. Anno 13. captivitatis fecit imaginem auream, cubitorum 60 longam, quæ per Hananiam celebris evaſit. Tum beſtia fuit ſecundum prophetiam Danielis et cum feris germen in paſcuis comedit. Hoc tempore ludi gymnaſtici, vel qui exutis veſtibus Athenis inſtituebantur, floreſcere cœperunt. Tempore eiusdem Nebucadnezaris famam conſecutus eſt Hipparchus philoſophus mathematicus, qui magis omnibus philoſophis ante eum viventibus, curam impendit obſervando & expiſcando curſui ſphæræ. (34) Ex eius ſcriptis multum luminis et ſcientiæ accepit Ptolemæus Claudius auctor libri Mageſti, qui Syntaxis vocatur. Multorum librorum Hipparchi unus tantum hodie ſupereſt de arcanis aſtrorum, ex quibus cognoſcitur inſtauratio (35) regnorum diverſorum in mundo. Pag. 31.
*Evilmerodach filius Nebucadnezaris* annos tres, poſtquam pater mortuus eſt, non poſtquam deliravit. Regno capeſſito dimiſit Iojakimum, qui etiam Iojachinus, vel Iochanias vocatur filius Iojakimi ſive Eljakimi, ex carcere, et honore proſequutus eſt. In convivio ei accubuit anno 37 captivitatis i. e. 26 templi combuſti. *Beltſchazer frater Evilmerodachi*, annos 2, & ſecundum Chaldæos, quinque. Anno eius primo vidit Daniel viſionem quatuor beſtiarum, quæ indicant quatuor regna. Beltſchazer anno regni ſecundo inſtituit cœnam magnam proceribus ſuis, et cum mille (convivis) large vinum bibit, ſed non, uti illi. Quum vero eo audaciæ procede-

cederet, ut ex vaſibus miniſterii, quæ avus eius ſervaverat, potaret: exiit vola manus, & inſcripſit muro decretum eius iudiciale. Eadem nocte aggreſſus Darius Medus eum occidit. Hic incipit Series quinta a regibus Chaldæorum usque ad reges Medorum deducta.

## Dynastia V.

*Darius Medus*, qui & Nabonnedus, annum unum, poſtquam Beltſchazarum interfecerat. Regnaverat enim tunc annos 16. Hoc anno Danielem ſuper omnibus eius proceribus exaltavit, ex quorum invidia factum eſt, ut primum in foveam leonum proiiceretur. Poſtquam illinc liberatus erat, hi perierunt. Hic incipit Series ſexta a regibus Medorum ad reges Perſarum deducta.

## Dynastia VI.

Pag. 32.

*Cyrus, Perſa*, annos 31, ſecundum alios 39, ſecundum alios 33. Quum hic occideret Darium Medum, abolevit regnum Chaldæorum, Aſſyriorum & Medorum, atque conſtituit regnum Perſarum. Habitavit Babylone, & Danieli adminiſtrationem regni commiſit. Daniel igitur zelo affectus fregit idolum Beli, Dei Babyloniorum, qui fuit rex primus Chaldæorum, pater Nini, qui Niniven condidit. Occidit etiam Daniel draconem; odio igitur habitus a Babyloniis, & coniectus eſt in foveam leonum, ubi erant ſeptem leones hac altera vice, quum propheta Habacuc ex Iudæa mitteretur ad cibum ei afferendum. Sed liberatus eſt a leonibus perieruntque, qui odio eum habueruut. Daniel, computo facto annorum captivitatis, arbitratus eſt ſeptuaginta annos (captivitatis) qui populo ſecundum ver-

Digitized by Google

verbum domini a Ieremia traditum decreti erant, tandem impletos eſſe, ieiunavit, & precatus eſt dies 21 reditum populi efflagitans. Tum ei contigit viſio formidabilis iuxta Tigrim hominis byſſo veſtiti, qui ei dixit: Ecce 21 dies elapſi ſunt, ex quo pugnavi contra dominum Perſarum ad dimittendum populum (Dan. X, 1-13.) Hoc anno primo regni ſui dimiſit 5000 (captivos) licet non univerſum populum, quia ſeptuaginta anni nondum exacti erant, ſub auſpiciis Sorobabelis & Ioſuæ filii Ioſadak, quibus præcepit ut templum Hieroſolymis ædificarent ſecundum vaticinium Ieſaiæ. Impedita autem fuit ædificatio a populis vicinis annos 46, uti ſcripſit Iohannes Evangeliſta, usque ad ſextum annum Darii Hyſtaſpis. *Cambyſes filius Cyri* annos octo, quem Hebræi Nebucadnezarem nuncupatum eſſe volunt. Hoc tempore innotuit Iudith, quæ occidit Holophernem Magugum ſive Turcam. Anno ſexto (regni) ipſius Tyrus funditus deleta eſt. *Fratres bini Magi* menſes 14, qui annis Cambyſis comprehenduntur. *Darius fil. Hyſtaſpis* annos 36. Anno eius ſecundo expleti ſunt ſeptuaginta anni captivitatis ſecundum Clementem, Euſebium, Andronicum, et teſtimonia prophetarum Haggæi, & Zachariæ. Anno eius ſexto perfectum eſt templum in menſe Ijar, altum 60 cubitorum, latum viginti. Colliguntur anni a condito templo primo Salomonis usque ad hunc annum, quo ſtructura altera finita eſt, 508. Hoc tempore Pythagoras philoſophus mortuus eſt, anno ætatis 95, & Demócritus atque Diogenes philoſophi, Anaxagoras phyſicus, Pindarus, Simonides, cantores, Hippocrates medicus, Protagoras & Iſocrates ſophiſtæ, Ariſtophanes & * Aphcales (Æſchylus) principes Comœdiæ floruerunt. Palmam ceteris præripuit Hippocrates, princeps & do-

Pag. 33.

Digitized by Google

doctor medicorum. Ad hodiernum uſque diem habitabat ille in
urbe Emeſſa, et frequenter Damaſcum adiens in hortos ſe recipie-
bat, ubi adhuc locus celebratur, cognomine porticus Hippocratis.
Fuit vir divinus, qui morbos gratis ſanavit. Fertur, Ardſchirum,
regem Perſiæ, qui ægrotabat, legatos ad eum miſiſſe, qui adventum
eius, ut regem ſanaret, efflagitarent, addito promiſſo, ſe dimidium
regni ei donaturum eſſe. Renuit vero quoniam prœmium ei pro-
miſſum fuit. Extant eius libri ſequentes, liber aphoriſmorum,
Pag. 34. liber prænotionum, liber zythi (de aqua hordei) liber chemicorum,
liber numulariorum, liber de aqua & aëre, liber de natura huma-
na, liber de vulneribus capitis, liber de teſtamento. *Ahaſ-
verus filius Darii* annos 21. Anno eius ſecundo Ægyptum in po-
teſtatem redegit, & anno undecimo Athenas, quas incendit. Tum
temporis Haman Amalekita Iudæos interimere ſtuduit, qui captivi
relicti erant. Eſther et Mardachæus ſaccis amiciebantur (& pro
Iudæis intercedebant). Vertit igitur Deus malum conſilium Ha-
manis in eius caput. Sunt qui dicant, ſi illo tempore res hæc geſta
eſſet, Eſram illam ſilentio non prætermiſſurum eſſe, ſiquidem de
rebus omnibus huius temporis ſcripſerit. *Artabanus filius
Ahasveri*, menſes ſeptem, qui accenſentur annis Ahaſveri. *Ar-
joch* i. e. *Artexerxes longimanus* annos 41. Anno eius ſeptimo iuſſit
Eſram ſcribam Hieroſolyma aſcendere, et præcipue urbem ædifi-
care, poſtquam templum conditum erat. Eſræ ſcribæ apparuit vi-
ſio divina, ita ut memoriter prophetas deſcriberet, quorum ſcripta
in captivitate combuſta erant. Anno eius 20 miſſus eſt Nehemias
pincerna, ut Hieroſolyma reſtitueret. Hic gente Hebræus eunu-
chus fuit & pocillator Artaxerxis, atque a rege & regina impetra-
vit,

vit, ut proficiſceretur. Quum vero Iudæi Hieroſolymitani igne
ſancto deſtituerentur, ſi quidem in puteum coniectus erat, quando
captivi abducti erant: iuſſit Nehemias eum e luto putei eductum
lignis ſacrificii imponere. Arſit poſtea ignis annos 146. Nehe-
hemias manſit Hieroſolymis annos duodecim. Ab hoc tempore
Artaxerxis numerat Africanus hebdomades 70, a Daniele memo-
ratas, quæ efficiunt annos 490, & finiuntur anno 366 Græcorum
ſive anno ſecundo Neronis, cuius diebus Hieroſolyma expugnata
ſunt. Ad hoc uſque tempus ex libris prophetarum & Ezræ com- Pag. 35.
putus annorum a ſcriptoribus ducitur, at quoad tempora poſterio-
ra ex libris Maccabæorum, Ioſephi & Africani. Anno tertio hu-
ius Artaxerxis natus eſt Socrates philoſophus, & veneno ſublatus,
quum ætate iam provectus eſſet. *Artaxerxes* II menſes duo.
*Sogdianus* menſes ſeptem, qui ſicuti priores duo annis Longimani
includuntur. *Darius Nothus* annos 19. Anno eius 15 Æ-
gyptii defecerunt a Perſis, regemque ſibi proprium conſtituerunt
elapſis annis 124, (quibus ſub imperio Perſarum fuerunt.) Ne-
hemias pincerna, penitus refecto muro Hieroſolymorum, Baby-
lonem revertit. Plato hæreſin trium principiorum non creatorum
evulgavit. Deum, hylen, & formam; docuit etiam migrationem
animarum a corporibus in corpora, non excluſis inſectis & repti-
libus. Viam etiam monſtravit, qua uxores plurium maritorum
communes eſſe poſſent. Doctrinæ eius adhæſit Epicurus. Ari-
ſtoteles natus annos 17 percepit philoſophiam a Platone. *Ar-
taxerxes rector* annos 40. Anno eius 15 Africanus dictator Ro-
manus Carthaginem evertit, & regionem ſecundum nomen eius
Africam vocavit. Hunc Artaxerxem Hebræi appellant Ahaſverum.



Digitized by Google

Qua propter Iohannes credit in eius tempora hiſtoriam Eſtheris incidere. In verſione vero των ο Artaxerxes appellatur. *Artaxerxes Ochus* annos 27. Valida manu Ægyptum invaſit, eiusque incolas Perſis ſubiecit, rege Ægypti, cuius nomen erat Nectanebus, in Æthiopiam fugiente. In viſione ei revelatum eſt, multas copias eum aggredi. Fertur fuiſſe pater illegitimus Alexandri.
Pag. 36. Ochus Iudæos ſubegit, tributarios fecit, atque ad litora maris Caſpii in regionem Hyrcaniam migrare iuſſit. Hoc tempore in Macedonia regnavit Philippus, pater Alexandri, annos 27. Anno 13 Ochi, Perſæ, & octavo Philippi natus eſt Alexander in Hellade, cuius mater fuit Olympias. *Perſes filius Ochi* annos 4. Hoc tempore floruerunt Socrates, Plato, Ariſtoteles, philoſophi. Plato mortuus eſt anno ætatis 82. Eum excepit Speuſippus, patrui ipſius filius, non Ariſtoteles, * etiamſi diſcipulus eius fuit. Nihilominus ſectam eius non deſeruit, inprimis, in doctrina transmigrationis animarum fervidè eum ſectatus eſt. Hoc tempore Manaſſes frater Iaddi, pontificis maximi Iudæorum, condidit templum magnum in monte Garizim, quod templi Hieroſolymitani ſimile fuit. Alexander filius Philippi regis ab Ariſtotele inſtituebatur. Socrates enim et Plato a Pythagora magiſtro philoſophiam acceperunt. Mortuo Socrate, Plato famam nactus eſt; Theon Alexandrinus triginata tres libros enumeravit, a Platone conſcriptos, inter quos ſunt liber politices, de legibus, Phædon, et Timæus. Proſapia eius paterna & materna illuſtris (36) eſt; ex patre enim originem ducit a * Poſidonio, ex matre a Solone, qui Athenienſibus leges tulit. Alii dicunt Platonem, quum adhuc iuvenis eſſet, in poëtica excelluiſſe, poſtea Socratis auditorem (37) quum videret, hanc artem

Digitized by Google

artem a Socrate reiici, carmina a ſe confecta combuſſiſſe. Adhæſit igitur Socrati, cuius diſcipulus fuit, annos 50. Didicit autem ab eo philoſophiam Pythagoræam. Mortuus reliquit multos hortos, duos ſervos, * veſtem unam, (38) calicem & inaurem, quam iuvenis auri ſuæ appenderat in ſignum nobilitatis generis ſui. Ceteras opes ad deſponſandas filias fratris ſui reliquit, et inter amicos ſuos diſtribuit. Sepulcro eius inſcriptum erat: *Hic ſitus eſt vir divinus, qui omnes homines ſuperavit ſapientia, modeſtia & morum integritate. Quapropter quicunque ſapientiam laudat, illum laudat, quia ei multum ſapientiæ inerat.* Alteri lateri ſepulcri inſcriptum erat: *Heus terra, etiamſi corpus Platonis tegas, ad animam ipſius appropinquare non potes, quia immortalis eſt.* Ariſtoteles (39) fuit filius Nicomachi, medici, oriundi Stagira, urbe in regione Macedoniæ. Genus eius paternum & maternum ad Aſclepiadem aſſurgit. Natus annos 20 Platonem auſcultavit, & quum aliquo tempore cum reliquis diſcipulis non adeſſet: Plato iis, qui aderant, dixit, * intellectum non veniſſe, quaſi ceteri philoſophi veritati quam audirent, ſurdas aures obverterent (40) Ariſtoteli reges magnum honorem habuerunt, eiusque conſilio Alexander in gubernando regno ſuo uſus eſt, qui quum bellum regibus orbis terrarum inferret: Ariſtoteles, in otio conſtitutus, cœpit componere libros logicos, phyſicos, theologicos & ethicos. Pulcher ſtatura erat, torvo vultu intuens, exiguis oculis & ore præditus, latus pectore, barba prolixa, * naſo (41) oculis ſplendentibus, feſtinanter ambulans, quando ſolus, tarde, quando cum aliis incedebat. A lectione librorum olim per integrum annum * abſtinuit omnemque * ſermonem (auditoribus) prohibuit, ad vim ſermonis eius attendentibus (43); Interrogatus non ſtatim reſpon-

Pag. 37. Pag. 38.

ſpondit, ſed poſt aliquod tempus. Amavit cantica. Quando quisquam cum eo diſputavit, non victoriæ ſtudioſus fuit, ſed veritatis. Si erraverit, confeſſus eſt, et quotiescunque veritas a parte ſocii ſtabat, probavit. Temperans erat in veſtitu, cibo, potu, venere & exercitiis. Obiit natus annos 68, relictis filio, filia, uxore, ſervis, ſervabus, opibusque multis. Doctrinam eius propagavit Theophraſtus frater ipſius. Quum mori vellet, teſtamentum confecit egregium, quomodo res familiarum et diſcipulorum ſuorum adminiſtrari vellet. De Socrate fama perhibet, pauperem obiiſſe, laboris amantiſſimum fuiſſe, & voluptates tanto odio habuiſſe, ut in dolio (43) non in ædibus habitaret. Quum eum quidam interrogaret, quid dolio fracto faceret, reſpondit: etſi dolium frangeretur, locum, ubi dolium eſſet, non frangi. Dixit, exteriorem corporis pulcritudinem deſignare interiorem pulcritudinem animæ. Quum Athenienſes viderent, adoleſcentes pulcros ab eo eligi, quos erudiret: putaverunt, (45) pueros ab eo diligi. (pæderaſtiæ eum ſuſpexerunt); quumque regem de laſcivia eius reprehenderet & contunderet: filii eius Anytus & Melitus ab eo inſtructi accuſarunt Socratem Sodomiæ, itaque veneno ſublatus eſt. De eo teſtimonium perhibet ſanctus Gregorius theologus in volumine ſecundo: Amor, quo Socrates in pulcritudinem ferebatur, pudorem mihi ſuffundit. Ego enim dico, me pueros amare, etſi vix laude digni ſint. *Darius filius Arſacis*, annos ſex. Anno regni ipſius 24 (45) Alexander regnavit in Græcia natus annos 20. Staturæ eius longitudo erat trium ulnarum. Omnes reges, qui ante eum erant, longe
Pag. 39. ſuperavit, multas regiones in poteſtatem redegit, reges 35 occidit, & imperavit in exercitum 130000 hominum. Sexto regno Darii & Alexan-

Alexandri hi bini reges prœlium commiſerunt ad Iſſum in Cilicia. Alexander victor exceſſit. Darius interfectus eſt. Deſtructum igitur eſt imperium Perſarum. Hic incipit Series ſeptima a regibus Perſarum ad reges Græcorum ethnicorum deducta.

## DYNASTIA VII.

*Alexander*, annos ſex. Dario interfecto completa eſt prophetia Danielis de hirco caprino, qui arietem aggreſſus eſt & occidit. Alexander deſtructo regno Babyloniorum & Perſarum cepit Babylonem, Euripum, * Hyrcaniam, & Mardos, (45 *) ſubiegit. Occupavit univerſam Aſiam maiorem. . Tranſiit etiam fluvium Indum, Indiaque & Saba potitus eſt. Duxit uxorem Roxanen filiam Darii, & ſororem Roxanes, quæ cum ea erat, captivam fecit. Condidit urbes tredecim. Fecit portas ferreas longas cubitorum 12, latas 8, ne Hunni exirent. Iudæos ſubiugavit & Deo ſacrificavit. (45 **) Poſtquam Samaritani Andromachum ſacrificulum, quem iis reliquerat, interfecerant: ex Ægypto redux eos eiecit, & in locum Samaritanorum Macedonibus ibi ſedem fixit. Babylonem reverſus veneno interfectus eſt a quodam procerum ſuorum, exactis annis 12 & uno menſe regni ſui. Tum, fracto cornu maximo, exorta ſunt in eius locum quatuor cornua, videlicet ſervi ipſius, qui poſt eum regnarunt. Colliguntur ab Adamo usque ad mortem Alexandri ſecundum Anianum monachum anni 5969. Tempore Alexandri vixit Andromachus medicus, qui antidotis Mithridatis addidit carnem viperarum, unde utilitas oritur contra morſus viperarum. Pag. 40. *Ptolemæus ſervus eius*, annos 40. Fuit filius Lagi i. e. leporis. (46) Ille Alexandrum excepit Alexandriæ, corpus eius abduxit,

ibique ſepelivit. Anno, quo imperium capeſſivit, cepit doloſe Hieroſolyma, & Iudæos captivos abduxit, et in Ægyptum migrare iuſſit tempore Oniæ ſacerdotis ſummi: Denominati ſunt ab ipſo reges Ptolomæi. Regnavit in Macedones Philippus Aridæus, et in Syria Antiochus, cuius in regno ſocius fuit Seleucus Nicator i. e. victor. In Cilicia, Aſia, Caria, Helleſponto, Thracia, Paphlagonia, & *Ophiri, vel uti quædam exemplaria (47) præferunt, in Euripo ſeptem alii reges exorti ſunt, ita ut omnes reges ſint numero decem. Completum igitur eſt vaticinium Danielis de beſtia decem cornubus prædita. Anno decimo tertio Ptolemæi, elapſis annis 12 poſt mortem Alexandri obiit Antiochus, & regnavit in Syriam univerſam, Aſiam maiorem, Babyloniam usque ad Indum Seleucus ſolus annos 21. Hinc incipit æra Græcorum, quam nos Syri ſequimur, etſi etiam Alexandrea vocatur. Ille condidit Antiochiam, Seleuciam, Laodiceam, Apamæam, Edeſſam, Beroeam, Phellum, & Germaniciam, quæ eadem eſt cum Maraſch. (48) Ab Adamo ad Seleucum ſecundum Euſebium elapſi ſunt anni 4889, ſecundum Andronicum, 5083, ſecundum Georgium presbyterum Regtenſem 5085, ſecundum Africanum, 5083, ſecundum Theophilum Edeſſenum 5197, ſecundum Iacobum Edeſſenum 5149, ſecundum Georgium epiſcopum Arabum 4929, ſecundum Anianum 5180 & menſes 10. Huic etiam Vetus teſtamentum ex verſione των o concinit. At ſcriptura, qua hodie
Pag. 41. utuntur Græci, cum computo Theophili Edeſſeni conſentit. Addito igitur annis perfectis 5197 Seleuci, & menſibus perfectis, anni imperfecti, cuius initium eſt Teſchri prior, menſe uno, colligimus annos ſolares perfectos ab Adamo & menſes ex anno imperfecto, cuius initium eſt menſis Elul, quum, quem hodie agimus, dies ſit de-

eimus

cimus menſis Elul anni 1587. (C. 1276.) Addamus igitur 5197 ad 1586; quo facto ſumma erit 6783, & quando menſibus undecim adiicitur unus, habebimus menſes 12. Hunc igitur annum ſi addiderimus annis perfectis, ſumma erit annorum 6784, aſſerimusque diem decimum Elulis ex anno hoc imperfecto referri ad annum 6785. *Philadelphus* i. e. amans fratrem ſuum, annos 38. Anno eius quinto regnavit Antiochus Soter in Syria poſt obitum Seleuci. Anno eius ſexto libertatem donavit Iudæis captivis, qui in Ægypto erant, donisque miſſis ad Eleazarum pontificem maximum, libros ſacros et interpretes petiit. Ille igitur eos tranſcriptos literis aureis miſit una cum ſapientibus 72, ex qualibet tribu ſenos, qui utriusque linguæ, græcæ & hebraicæ periti erant. Rex vero eos in inſula Pharo collocavit, ubi 36 ædes, ſcilicet binis una, in eorum uſum ſtructæ erant. Admoniti, ne aliquid mutarent, verterunt libros ſacros intra dies 72, ſcilicet ſingula interpretum paria totam ſcripturam. Fuerunt igitur editiones 36, quæ quum inter ſe conferrentur, tanta earum conſenſio inventa eſt, ut ab uno eodemque homine profectas eſſe dixeris. Inferri eas iuſſit rex in bibliothecam Alexandrinam. Anno eius 24 ſucceſſit Antiocho Soteri in Syria Antiochus, qui appellatus eſt Deus, annos 15. Anno eius 34 de- Pag. 42.
fecerunt Parthi vel Armeni a Macedonibus vel Græcis, regemque ſibi conſtituerunt nomine Arſacem, ex quo appellati ſunt Arſacidæ. Hoc tempore Romani ex Gallis et Celtis fere 40000 occiderunt. Rhodus & omnes regiones vicinæ terræ motu tremefactæ ſunt, quo etiam Coloſſus magnus cecidit. Iterum oppugnarunt Syracuſas, everterunt Capuam, & Siciliam, multasque urbes Iberiæ in poteſtatem reduxerunt. *Ptolemæus Evergetes* i. e. artifex (49) annos 26.

Hoc

Digitized by Google

Hoc anno regnavit in Syria Seleucus Callinicus annos 20, qui condidit Callinicum, quæ & Racça eſt, (50) et Cercuſium. Hunc excepit Seleucus Cronus annos tres, dein regnavit Antiochus M. annos 36. Quum Onias Pontifex maximus tributum pendi ſolitum regi Ægypti ſolvere recuſaret: rex ſuccenſuit, & ad Iudæos delendos ſe accinxit. Tum Ioſephus ſapiens & præpotens a Iudæis ad eum miſſus eſt, qui benigne exceptus pacavit iram eius, atque ab Evergete imperium accepit, ex quo tempore præfectus Iudææ ſalutatus eſt in omnibus urbibus. *Ptolemæus Philopator* i. e. diligens patrem ſuum, annos 17. Hic oppreſſit Iudæos. Sub finem imperii ſui vicit eum Antiochus M. rex Syriæ, qui etiam Ægyptum ſubegit, & in Iudæam redux eam in poteſtatem redegit. Tunc acciderunt, quæ in hiſtoria ſacra Maccabæorum (narrantur). *Ptolemæus Epiphanes* i. e. illuſtris, annos 21, vel uti legitur in nonnullis exemplaribus, 24. Hic miſit Scopam ducem exercitus ſui, qui Iudæam & Syriam cepit. Aggreſſus igitur eum Antiochus M. copias Ægyptiorum vicit, illiſque omnes urbes abſtulit. Iudæi igitur læ-
ıg. 43. tabundi Antiocho ſubiiciuntur qui donis eos honoravit. Vias, tranſitusque per eas lapidibus ſtravit (51) & pontibus lapideis amnes iunxit. Anno eius undecimo Antiochus (52) M. victus eſt a Romanis e regione, montis * Sipyli (53) Conſtitutum eſt, ut ſingulis annis Romanis penderet mille talenta auri, filio eius Antiocho Epiphane obſide dato. Ab illo tempore regnum Græcorum Romanis ſubiectum eſt, eaque de cauſa Græci cum iis adunati ſunt. Antiochus igitur finito bello, quod cum Ptolemæo Epiphane geſſerat, & fœdere cum eo ſancito, Cleopatram filiam Ptolemæi Epiphanis uxoribus ſuis adiunxit, cui ſocer Syriam, Phœniciam et Samariam

dotis

Digitized by Google

dotis loco dedit. Anno 17 Ptolemæi Epiphanis Antiochus M. profectus eſt Elymaida urbem regni (54) Perſarum, ubi obiit, uti Daniel prædixerat intra breve tempus eum fractum iri non in ira neque in prœlio (Dan. XI, 20.) In Syria regnavit Seleucus, cuius tempore Heliodorus miniſter eius verberibus a Deo ipſi inflictis caſtigatus fuit, quia Iudæos crudeliter oppreſſerat. Anno 21 Ptolemæi Epiphanis in Syria regnavit Antiochus Epiphanes filius Antiochi M. qui obſes Romæ degit annos undecim. Simulac regno potitus eſt, infenſo contra Ptolemæum animo Ægyptum invaſit. A Romanis vero cohibitus in Iudæam rediit. Quum Hieroſolyma veniret, templum divinum ſpoliavit, ibique imaginem Iovis erexit, et Eliazarum ſacerdotem ad ſacrificandum coegit, qui quum renueret, tormentis affectus & mortuus eſt. Deinde adducta eſt Schamuni uxor Schalumi cum ſeptem filiis ad Antiochum. Natu maior, lingua, & extremitate omnium membrorum exciſa, in ſartaginem coniectus eſt, alteri cutis capitis detracta, & tertio ſimiliter lingua abſciſſa eſt, atque ita reliquis quatuor & tandem matri illorum factum eſt. Pag. 44. Poſtquam Hieroſolymis coronam (martyrii) adepti ſunt: corpora eorum Antiochiam delata fuerunt. *Ptolemæus Philometor* i. e. diligens matrem ſuam, annos 35. Anno eius 16 obiit Antiochus Epiphanes in regione Perſarum ex dolore amaro, quem plaga divina attulerat. Antiochus Eupator regnavit annos 2, qui mala adverſus Iudæos multiplicavit. Hoc tempore Mattathias fil. Iohannis, fil. Simeonis, ſacerdos ex filiis Ionadabi commorabatur in Moraim (Modin) habebat quinque filios Iohannem Gadad, Simeonem Tharſi, Iudam Maccabæum, Eliazarum Horan, & Ionathanem Naphuſum. Quum hi viderent Iudæum quendam ſacrificantem, zelo affecti eum

interfecerunt, atque proceres, qui ad ſacrificia offerenda compulſi erant. Deſtructa igitur ara aufugerunt fratres una cum zelotis legis aliis in montana; quod quum audiiſſet Antiochus Eupator, exercitum 100000 hominum Hieroſolyma miſit. Pugna exorta Eliazarus Horan vidit elephantem magnum, et arbitratus regem illi inſidere, ſubtus ei acceſſit, ventremque eius gladio confodit. Elephas vero efflavit animam, & ſuper eum cecidit, ut moreretur. Ceſſante prœlio quum cadavera humanda congregarentur, inveniebatur homo inter veſtimenta. Auri, quo idola conflata erant, miſit Iudas 3000 talenta (55) ſacerdotibus Hieroſolymitanis, ut oblationes pro iis, qui mortui erant, offerrent, eosque propter expectandam reſurrectionem expiarent. Hoc tempore Deo templum novum conditum eſt inter gentes ab Onia Heliopoli in Ægypto, cultusque ibi inſtitutus eſt ſecundum conſuetudinem Iudæorum. Anno 18
Pag. 45. Ptolemæi Philometoris regnavit in Syria Demetrius Soter, qui fuit filius Seleuci, annos 12. Roma enim adveniens regnum paternum occupavit, occiſo Antiocho Eupatore & Lyſia, eius miniſtro. Anno 20 Ptolemæi Philometoris exortus eſt dux primus Iudæorum Iudas Maccabæus; ex quo tempore ſummum ſacerdotium ſummusque principatus in unum hominem conferebatur. Præfuit rebus annos tres, ducem exercitus Antiochi ex Iudæa expulit, templum purgavit, tandem a duce exercitus Demetrii in prœlio occiſus eſt. In eius locum ſucceſſit Ionathan frater ipſius annos 19, ſimiliter ſummus ſacerdos & στρατηγος, qui etiam in prœlio occubuit. Anno 29 Ptol. Philometoris in Syria regnavit Alexander annos decem; occiſo Demetrio etiam Ægyptum invaſit, eamque in poteſtatem redegit, quocum Philometor, locata ei Cleopatra filia ſua, recon-

Digitized by Google

reconciliatus eſt. Hippolytus ait, hac re completum eſſe, quod
dixit Daniel, filiam regis meridionalis in matrimonium datum iri
regi ſeptentrionali. Theodoretus dicit, in Cleopatra filia Ptolemæi
Epiphanis, quæ Antiocho M. nupſit, vaticinium completum (56)
eſſe; quod veriſimile eſt. *Ptolemæus Evergetes* II qui eſt fi-
lius Abubi, annos 29. Anno ipſius quinto in Syria regnavit poſt
Alexandrum Demetrius II annos tres. Anno eius 14 Ionathanem
excepit Simon, ſummus ſacerdos & *ςρατηγος*, annos octo. Hic
miſit clypeum aureum Romam, Romanique fœdera amicitiæ cum
eo in tabula ænea publicarunt. Miſit etiam Iohannem filium ad-
verſus Cendebæum ducem exercitus Antiochi Demetrii, qui ab eo
ſuperatus eſt, fuſis omnibus eius copiis. Tunc Iudæi a tributo li- Pag. 46.
berati ſunt. Hoc anno deſinit liber alter Maccabæorum. Anno
octavo Ptolemæi filii Abubi abdicavit Demetrius, in cuius locum
Syriæ imperavit Antiochus Sidetes, qui Hieroſolyma aggreſſus eſt.
Servi in Sicilia rebellarunt, qui quidem incluſi in quadam huius
inſulæ urbe, ne fame interirent, alii alios comederunt. In inſula
Æoli incendium magnum ortum eſt. Dux exercitus Demetrii, qui
Ierichunte erat, anno Ptolemæi 15 Simonem, ſummum ſacerdotem
occidit, in cuius locum ſuffectus eſt Iohannes, cognominatus Hyr-
canus, quia adverſus regem Hyrcaniæ collectis copiis dimicavit,
annos 26. Anno 17 Ptolemæi Demetrius in regnum rediit atque
in Syria regnavit adhuc annos 4. Eum excepit Antiochus Grypus
rex Syriæ annos 12, qui Hieroſolyma obſidione cinxit, et valde
oppreſſit. Qua quidem obſidione coactus Hyrcanus, aperuit ſe-
pulcrum Davidis, & illinc ſumſit 3000 talenta auri, quæ ibi a re-
motis inde temporibus ſervata erant. Antiochus acceptis 300 ta-

lentis huius pecuniæ, abiit. Hoc tempore Hyrcanus depopulatus eſt Samariam. *Ptolemæus Soter*, qui etiam Phyſcon appellatur, annos 17. Anno eius quarto regnavit in Syria Antiochus Cyzicenus annos 18.. Anno undecimo Soteris mortuus eſt Iohannes Hyrcanus, & ſucceſſit Ariſtobulus filius Ionathanis annum unum; Hic diademate caput circumligavit. Frater ipſius Antigonus, inſidiis ſtructis, eum interemit, qui tamen ipſe ab alio fratre Iochanan, i. e. Iohannes, cuius nomen etiam Alexander fuit, occiſus eſt. Regnavit iſte annos 27, populumque dure habuit. Eius tem-
Pag. 47. pore Ptolemæus Soter a Cleopatra matre eius regno abdicatus in inſulam Cyprum aufugit. *Ptolemæus Alexander*, frater Phyſconis, annos 10. Anno eius quarto Cyzicenum regem Syriæ vivum combuſſit, & in Syria regnavit annum unum. Succeſſit deinde in Syria Philippus annos 2. Etiam iſte a populo amotus eſt, quia in comburendo Cyziceno adiutor fuerat. Quapropter populus imperio Romanorum ſubiectus eſt. Anno ſexto huius Ptolemæi Alexandri regnum Græcorum in Syria & Aſia funditus deletum eſt, & Antiochia in poteſtatem Romanorum venit anno 220 Græcorum. *Soter frater Alexandri*, redux regnavit annos octo. Hic ex Cypro reverſus, ubi a matre profugus vixerat, fratrem oppugnavit, expulit, eiusque locum tenuit. Regnavit Soter, qui appellatur Phyſcon, Alexandriæ et in univerſa Ægypto. *Ptolemæus Dionyſius* filius Ptolemæi Soteris, qui altera vice regnavit, annos 30. Anno eius quinto mortuus eſt Iohannes Alexander. Succeſſit eius uxor Alexandra, quæ etiam appellatur Selene, annos novem. Hæc quanquam leges obſervavit, atque in eos animadvertit, qui illas negligerent: tamen perturbatæ ſunt res Iudæorum, quia

Digitized by Google

quia, Hyrcano filio eius ſummo ſacerdote conſtituto, alius filius Ariſtobulus ſuccenſuit. Pugna inter illos commiſſa, tandem pacato tumultu Hyrcanus confirmatus eſt ſummus ſacerdos, & Ariſtobulus rex, quem non multo poſt Pompeius imperator Romanorum captivum & in vincula coniectum Romam abduxit, fratre Hyrcano in eius locum ſuffecto. Regnavit vero hic annos 34, et reſtituit muros Hieroſolymitanos a Pompeio deiectos. Pag. 48. Pompeius Iudæos tributarios fecit et Armenia maiori, Iberia & Aſſyria potitus eſt, multumque prævaluit atque imperator (αυτοκρατωρ) ſalutatus eſt. Anno quo mortuus eſt Ptolemæus Dionyſius (rex) Ægypti, exorti ſunt Romæ tres conſules (υπατοι) quorum nomina ſunt Caius Iulius, Marcus Antoninus. *Cleopatra, filia Ptolemæi Dionyſii* annos 22. Anno eius tertio Romani Caium Iulium unum trium conſulum, & regem conſtitutum, Cæſarem (ܩܣܪ) nuncuparunt, quia ex utero (ܩܣܝܪ) matris inter pariendum mortuæ ſciſſis eius viſceribus, extractus eſt. Ægyptum profectus regnum Cleopatræ confirmavit. Anno, quo regnavit, menſis Quintilius appellatus eſt Iulius. Poſtquam Iulius Romæ regnaverat annos 4, mortuus eſt, cumque conſecutus eſt Auguſtus Cæſar annos 57. Anno eius ſexto Hyrcanus, ſummus ſacerdos, a Perſis in captivitatem abductus eſt. Quapropter Herodes Antipater filius Herodis ſacrificuli templi idololatrici Apollini dicati iuxta murum Aſcalonis, Romam profectus eſt, indeque regnum in Iudæos ſortitus eſt. Regnavit annos 37. Hyrcanum ex captivitate reverſum, eiusque filium Ionathanem Herodes interfecit anno Auguſti 11; quo completum eſt vaticinium, non defecturum eſſe ſceptrum a Iuda, donec veniat, cius eſt illud regnum. Tempore huius Herodis natus eſt redemtor noſter, finitæ-

que ſunt hebdomades ſeptem una cum hebdomadibus 62 Danielis, quæ conficiunt annos 483, conſolidandos ab anno ſexto Darii Hyſtaſpis. Herodes, quum Roma redux a Iudæis non exciperetur, iratus fuit, vicit, binos Hieroſolymorum muros diruit, multosque occidit. Tum ſacerdotio ſummo ad ſe tracto eius curam, uno excepto anno, non dimiſit. Poſtquam Hyrcanum occiderat, Babylone
Pag. 49. arceſſivit virum, nomine Hananael, eumque etſi non ex familia ſacerdotali genitus erat, ſummum ſacerdotem conſtituit annum unum. Dimiſſo eo, Ariſtobulum filium Hyrcani, qui erat frater uxoris, quam Herodes duxerat, conſtituit (ſummum ſacerdotem). Haud multo poſt occidit eum atque Mariam eius ſororem, quam in matrimonium ſibi iunxerat, matremque eorum, & univerſim omnes, qui ex genere ſummorum ſacerdotum erant. Reſtituit igitur Hananeelem. Anno 13 Auguſti rebellavit contra eum Antonius, præfectus exercitus, qui Cleopatram reginam Ægypti amavit. At Auguſtus eum aggreſſus vicit, & ſuadente ſenatu cum Antonio reconciliatus eſt. Cleopatra petiit ab Antonio imperium in Iudæos & Arabes, quod illi conceſſum eſt. Qua de cauſa Auguſtus iratus iterum Antonio bellum intulit, eumque vicit ſubiecta ſibi Ægypto cepit binos filios Cleopatræ, qui appellabantur ſol & luna, eosque interfecit. Tum Cleopatra & Antonius ſemet ipſi occiderunt. Hic incipit Series octava a regibus Græcorum ethnicorum usque ad reges Romanorum deducta, poſtquam regnum Ptolemæorum vel Græcorum etiam in Ægypto defierat, & univerſa Ægyptus & Syria in poteſtatem Romanorum redacta erat.

DYNA-

Digitized by Google

## DYNASTIA VIII.

*Auguſtus Cæſar.* Hic quando Ægypto imperavit, Sebaſtus appellatus eſt. Etiam (menſis) ſextilis nuncupatus eſt Auguſtus. Anno 18 miſit Tiberium imperatorem in Armeniam, quam occupavit. Herodes condidit Samariam, et in honorem Sebaſti Sebaſtiam vocavit. Reſtituit etiam turrem Stratonis eamque Cæſaream appellavit. In Galilæa ædificavit Gabalam. Anno 43 Auguſti, & Herodis 33, qui fuit Græcorum 309. die 25 Canuni prioris noctu vigilia tertia natus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, filius Dei, ex virgine Maria, filia Davidis ſecundum carnem. Incepit annus hic die ſecundo hebdomadis. Hoc anno miſſus eſt Cyrenius præſes (ηγεμων) a ſenatu (συγκλητος) Romanorum, ut cenſum ageret populi Iudaici, quia Iudas Galilæus rebellaverat. Multi enim Iudæorum contendebant, nefas eſſe, ut tributum ſolverent, ſibique dominos mortales arceſſerent. Elapſis triginta annis die quarto feria ſexta (menſis) Canuni poſterioris (Ieſus) baptizatus eſt in Iordane a Iohanne Poſtquam Dominus noſter biennium vixerat: Ioſephus & Maria, Nazaretha profecti ſunt Hieroſolyma, indeque Bethlehemum venerunt. Advenerunt Magi illumque ibi adorarunt. Eadem nocte in Ægyptum migrarunt, ubi biennium commorati ſunt, donec Herodes obiit, quo mortuo reverterunt. Nata autem erat ſancta hæc virgo tempore, quo pareret, annos 13, obiitque anno ætatis 51. Longinus philoſophus Romanus de adventu Magorum Cæſari ſcripſit, Perſas ex Oriente in territorio regni eius adventaſſe, et puero, qui in Iudæa natus fuerit, dona obtuliſſe; quisnam autem, vel cuius filius ſit, nondum compertum eſſe.

Pag. 50.

Digitized by Google

eſſe. Reſpondit Auguſtus, Herodem Satrapam ibi relictum ipſi narraturum eſſe, quis ſit. Annum nativitatis Domini noſtri, quem nos in annum Græcorum 309 incipiente die ſecundo hebdomadis cadere invenimus, alii ſcriptores in alium transferunt. Herodes, occiſis infantibus Bethlehemi et confinium a Deo percuſſus & doloribus affectus eſt binos annos. Quo mortuo anno ætatis 70, Auguſtus ſuffecit Archelaum filium eius, qui regnavit annos 9. qui
Pag. 51. quum inique ageret, in exilium miſſus eſt Viennam in Gallia. Tum Auguſtus conſtituit quatuor principes (appellatos) Tetrarchas, ſcilicet Herodem, Antipatrum & Philippum, qui tres fuerunt fratres Archelai, atque quartum Lyſaniam alienigenam. Hoc anno mortuus eſt Auguſtus. *Tiberius Cæſar*, annos 23. Anno eius 14 Philippus præſes ad Iudæos miſſus eſt, eorumque procurator (*επιτροπος*) (58) evaſit. Poſita Cæſaris imagine in templo Iudæos perturbavit, magisqve eos irritavit, quum gazam ſacerdotalem in ductum aquarum erogaret. (59). Fuit cauſa ſecundæ ſeditionis ab iis motæ. Anno 19 Tiberii miſit Abgarus, rex Edeſſenus, legatum, cuius nomen erat Iohannes tabellarius, qui imaginem domini noſtri Ieſu in tabula depictam ad Abgarum perferret. Miſit etiam epiſtolam ad dominum noſtrum per eundem Hananum (Iohannem) huius argumenti: Audivi miracula a te promanare, et morbos absque medicamentis a te ſanari; quapropter vel Deus es, qui ex cœlo deſcendit, vel filius Dei. Hoc igitur ſcripto a te peto, ut moleſtiam non recuſes, ſed ad me accedas, doloresque, quibus afficior, ſanes. Audivi etiam Iudæos tibi invidere, contra te rebellare (60) teque lædere velle. Eſt mihi urbs parva et amœna, quæ duobus ſufficit. Dominus noſter reſpondit ipſi: Beatus eſt, qui in me

credit

Digitized by Google

credit, etiam ſi me non videt. Quod autem ad adventum meum abs te expetitum attinet, æquum eſt, ut illud exſequar, cuius cauſa miſſus ſum: quo facto aſcendam ad eum, qui me miſit. Statim tamen tibi mitto unum diſcipulorum meorum, qui morbum tuum ſanet, & valetudinem tuam eorumque, qui tecum ſunt, reſtituat. Anno 19 Tiberii redemtor noſter paſſus, mortuus et ſepultus eſt, deinde reſurrexit & cœlum aſcendit. Feſto pentecoſtes valde commoti ſunt ſacerdotes Iudæorum, qui audiverunt vocem ex intimo templo clamantem: migremus hinc. Abgarus Edeſſenus ſcripſit ad Tiberium ſuper eo, quod Iudæi contra Chriſtum fecerunt. Reſpondit vero Tiberius: Pilatum hac de cauſa ignominioſe dimiſi & a Iudæis vindictam ſumam. (61) Herodes tetrarcha, qui etiam Antipater cognominatus fuit, filius Herodis, infanticidæ, interfecit Iohannem atque in matrimonium duxit Herodiam uxorem fratris ſui, vivente adhuc marito. In exſilium relegatus cum uxore ſua Viennae interfectus eſt; & ipſe & illa. Summa annorum ab Adamo usque ad annum, quo paſſus eſt redemtor noſter 5539 & prima feria hebdomadis annus hic incepit. At ſecundum Hippolytum & Ioannem & Mar Iacobum 5550, ſecundum Euſebium 5232, ſecundum Syros 4156, ſecundum Africanum 5532, ſecundum alios 5320, ſecundum traditionem multorum 5509, ſecundum Andronicum anno Græcorum 342. (62) *Caius Cæſar* annos quatuor. Agrippa, cognomine Herodes, filius Ariſtobuli, filii Herodis, infanticidæ, ex Maria filia Hyrcani ſacerdotis ſummi, quando diebus Tiberii Romam profectus eſt, ad accuſandum Herodem tetrarcham, qui Antipas appellatur, ibi apprehenſus eſt. Vinculis autem conſtrictus precabatur, ut Caius regnaret. Hic igitur reg-

Pag. 52.



no

Digitized by Google

no potitus dedit ei principatum Philippi & Lyſaniæ. Quapropter Herodias (marito ſuo) Herodi Antipæ exprobavit, quod, quia Cæſarem non adierat, principatu exciderat, nam ſi eum Agrippa inferioris conditionis homo obtinuiſſet, quanto magis ex tetrarchia (illuc provectus eſſet.) Quum igitur Romam proficiſceretur, ad capeſſendum regnum, Caius iratus eum una cum uxore in exilium abegit, ubi mortuus eſt. Anno primo, quo regnavit Agrippa, occidit Iacobum, non illum, qui frater domini noſtri erat, ſed filium
Pag. 53. Zebedæi, a Paulo memoratum, qui ligno fullonis, (63) non gladio Agrippæ martyrium ſubiit. Hoc tempore miſſus eſt Felix praeſes Ægypti, qui Iudæos vexavit annos ſeptem. Legati igitur miſſi ſunt ad Caium, ut eum placarent, nempe Ioſephus ſapiens, & Philo philoſophus Hebræus Alexandrinus. Anno quarto Caii Petronius præſes Syriæ iuſſus collocavit imaginem Cæſaris in templo et Synagoga Iudæorum. Completum igitur eſt effatum Danielis de ſigno abominationis ſtante in loco ſancto. Agrippa, exactis tribus regni ſui annis, venit Cæſaream, ediditque ſpectacula ob vitam Cæſaris (ſervatam) Altero autem die ſpectaculorum veſte indutus ex argento contexta proceſſit in theatrum primo diluculo; primisque ſolis radiis argentum ferientibus, mirum in modum reſplenduit. Idcirco adulatores eum Deum ſalutabant, quos quum non obiurgaſſet, plaga percuſſus eſt, & quinque poſt diebus exſpiravit. *Claudius Cæſar,* annos 14. Sub eius tempore tumultus fuit Hieroſolymis feſto paſchatos; quumque populus ex templo egreſſurus ſe truderet, 30000 Iudæi ſemet ipſos comprimentes mortui ſunt. Fuit fames magna in univerſo terrarum orbe, ita ut compleretur vaticinium Agabi in Act. Apoſtol. Diſcipuli Antiocheni, quantum in facul-

facultate eorum poſitum erat, porrexerunt, miſeruntque ad pauperes Hiéroſolymitanos. Philo ſapiens occurrit apoſtolo Petro, quum Romæ prædicaret. Idem ille ſcripſit de iis qui inſtituti erant fide Chriſtiana, eos opibus curaque mundi ſemet exuere, eorum nullum ante ſolis occaſum aliquid guſtare, ſtatuere, cultum ſapientiæ ſimilem eſſe luci, & operationes corporis tenebris, horum alios binis diebus edere, alios vero ſex immo ſeptem. (64) Hoc tempore vir Ægyptius, propheta mendax, in Iudæam venit, & 30000 homines ſeduxit, qui eum ſequerentur; quos quidem deſerto incluſos in montem oliveti abduxit, Hieroſolyma occupaturos. Superveniente Felice, bellum ortum eſt. Ægyptius aufugit, & exercitus eius interiit. Quare dicitur a Paulo * Chiliarcha: Num tu non fuiſti Ægyptius ille &c. (65) *Nero Cæſar* annos 14. Hic miſit Feſtum, dimiſſo Felice. Primus concitavit perſecutionem contra Chriſtianos, qua Petrus & Paulus Romæ martyrii corona ornati ſunt. Anno 13 Neronis rebellarunt Iudæi, miſitque Nero Veſpaſianum & Titum filium ſuum. Primo die (menſis) Heziran huius anni Titus cepit urbem Iotapatam, quia audivit, ibi eſſe Ioſephum ſcriptorem filium Mattathiæ, ſacerdotem, qui exercitui Iudaico præerat. Captus autem Veſpaſiano prædixit Neronem moriturum illumque ſucceſſurum eſſe; idcirco eum non interfecit. Hic vero Ioſephus non eſt Cephas, uti ſunt, qui putent, quia Cephas etiam Ioſephus appellatur. (66) Poſtea Romani obſederunt Hieroſolyma. Urgente Veſpaſiano oppugnationem huius urbis nuncius advenit de morte Neronis, de Othone, qui per tres menſes tyrannus exortus ſemet ipſum interfecit, & Vitellio, qui per octo menſes tyrannum egit, a Romanis in media urbe iugulato. Tum exer-

Pag. 54.

exercitus Romanus, qui cum Veſpaſiano erat, cum imperatorem proclamavit. Veſpaſianus igitur obſidione Hieroſolymorum Tito filio ſuo commiſſa, Alexandriam profectus eſt, qua capta mari Romam contendit. *Veſpaſianus Cæſar* annos decem. Hic capitolium condidit & cyclum Alexandriæ conſtituit, longum 125 pedum. Titus filius eius, die 14 Niſanis anni (Græcorum) 382 caſtra metatus iuxta Hieroſolyma, octavo Elulis cepit urbem, & fun-
Pag. 55. ditus delevit anno ſecundo Veſpaſiani. Templum combuſtum eſt die 10 Ab, antequam urbs capta erat, eodem die, quo olim exarſit diebus Zedekiæ. Ab Adamo ad conſummatam hanc everſionem (elapſi ſunt) anni 543, (66*) ſecundum alios 5203, a condito templo usque ad deſtructum 1905, ab anno paſſionis 40; ſecundum alios ab Adamo 5585, anno (Græcorum) 383, (66**) elapſis 33 annis poſt paſſionem. Secundum Ioſephum die 12 Niſanis erat paſcha, & vigens adhuc dies 15 in annum 381 Græcorum cadit. Quod ad numerum populi, qui illo anno periit, attinet, Ioſephus ait, feſto paſchatis oblatas eſſe 250000 oves, & ad ſingulas oves decem homines mundos conveniſſe, immundos autem, leproſos, gonorrhœa laborantes & infantes eas non comediſſe. In obſidione occiſi ſunt homines 60000, fame conſumti ſunt 1100000 & captivi venditi 100000. Reliqui ad opera ſervilia diſtracti ſunt. Hic fuit finis miſerrimus rerum Iudaicarum Hieroſolymis. De ſignis (67) vero multis, quæ in urbe acciderunt, maliſque, quibus Iudæi obſidione arcti afflicti ſunt, tam copioſe Ioſephus narravit, ut parva tabula, qualis præſens liber eſt, ea non comprehenderet. *Titus filius Veſpaſiani* annos duos. Hunc ſenatus Deum declaravit, quumque hoc nomine ſe ſalutari paſſus eſſet, ſubito mortuus eſt. *Domitia-*

Digitized by Google

*mitianus Cæſar frater Titi* annos 16. Chaldæos & philoſophos Roma expulit, vetuitque, ne qua vitis Romæ plantaretur, nec maſculus quispiam caſtraretur. Cornelia virgo ſacrificula (Veſtalis) ſtupri convicta viva defoſſa eſt. Religione Chriſtiana indies creſcente Patrophilus philoſophus ad magiſtrum ſuum Arſinorum dixit: qui factum eſt, ut Theodorus, princeps ſapientum Athenienſium, Africanus philoſophus Alexandrinus, Martinus Bardiwenſis multique alii virum crucifixum adorarent, quanquam opulenti, (68) & dictis Pag. 56. factisque clari non converſi ſunt. Reſpondit, etiam Deos eorumque ſacerdotes ſe illi diſcipulos præbuiſſe, illud autem, quod diſcipuli eius prauis moribus peccatisque non dediti ſint, documento eſſe, doctrinam eorum meliorem eſſe quaecunque alia. Domitianus hæc audiens admiratus eſt, & perſequi ceſſavit. Hoc tempore Apollonius, qui * Phylara, (68 *) oſtendit teleſmata, & omnia ope dæmonum perfecit. Dicere ſolebat: væ mihi, quod me anteceſſerit filius Mariæ! *Nerva Cæſar* annum unum. Tum morbo laboravit, & corpore eius corrupto obiit in horto Salluſtiano. *Traianus Cæſar* annos 19. Hic movit perſecutionem contra Chriſtianos, qua Simeon filius Cleophae Hieroſolymitanus, Iohannes Apoſtolus, & Ignatius Antiochenus martyrio coronati ſunt. Plinius ſecundus, præſes, Chriſtianos multos occidit, quumque eorum multitudinem cerneret, valde conturbatus eſt. Scripſit Traiano, ſe aliam ſtultitiam contra Chriſtianos non reperiſſe, niſi quod idolis immolare nollent, odio vero eos habere adulterium, cædem, & quodcunque aliud turpe factum; quæ quidem edoctus Cæſar præcepit, ut non inquirerentur, ſed quando horum aliquis reperiretur, condemnaretur, niſi ſacrificaret. Anno eius 10 Galenus medicus

 natus

natus eſt. Vergente eius imperio Iudæi in Cypro everterunt urbem Salomona, atque Græcos, qui in inſula erant, occiderunt. Iudæi in Libya Græcos, qui ibi erant, commoverunt. Similiter illi, qui Cyrene, Thebis, Alexandriæ, & in Meſopotamia vixerunt, nec non Iudæi Ægyptii defecerunt, regemque ſibi conſtituerunt, Lumpiſum, qui aſſumtis rebellibus ivit in Iudæam. Vicerunt igitur Iudæi ubique locorum. Baſilides princeps hæreſeos gnoſticæ, vel colentium ſerpentem innotuit. *Adrianus Cæſar*, annos 21. Poſtquam
Pag. 57. annum unum regnaverat, debita & tributa multa multis remiſit, combuſtis ſchedis, quibus urbium incolæ ad ſolvenda debita obſtricti erant. Anno eius 4 deſiit regnum Edeſſenum, quod præfecti gubernarunt æque ac cetera loca. Anno eius 5 fluvius Cephiſus inundavit Eleuſinam, quem Adrianus ponte coniungens Athenis hyemem exegit. Hoc tempore vixit Claudius Ptolemæus, Aſtronomus, qui Mageſtum confecit et Syntaxin inſcripſit. Eius præceptor fuit Galenus medicus. Secundus philoſophus mutus celebratur, quem quum Adrianus admiratus eſſet, ſilentium eius ſolvi voluit. At ille usque ad mortem adverſatus eſt. Iudæus quidam Barcocheba rebellavit (69) in Iudæa captivos abduxit, eosque, qui eum non receperunt, interfecit. Imperator vero miſit exercitum, qui Iudæos perdidit & Hieroſolymis funditus everſis, urbs ibi condita eſt, quæ Ælia Adriani appellabatur. Illuc populos peregrinos deduxit, Iudæis aures præcidi iuſſit, illisque mandavit, ut ne ex longinquo quidem ad locum iſtum reſpicerent. Philoſophi Chriſtiani Crotus & Ariſtides Athenienſes apologiam pro doctrina conſcripſerunt. Pariter Serenus, præfectus, imperatori ſcripſit, iniquum eſſe, ut propter ſolum nomen inculpati occidantur. Reſpondit imperator,

Digitized by Google

tor, eos absque culpa non interficiendos eſſe. Diebus eius concilium primum habitum eſt Nicææ, (præſentibus) 43 epiſcopis, qui Sabellium condemnarunt, unam perſonam in trinitate ſtatuentem, & Valentinum, qui ex cœlo dominum noſtrum corpus attuliſſe aſſeverabat. *Titus Antoninus Cæſar*, qui pius (ευσεβης) cognominatus eſt, nec non iuſtus, pater una cum filiis ſuis, annos 22. Hic præcepit, ut Chriſtiani nulla perſecutione vexarentur. Eius tempore floruit Galenus, quem quidem non tempore Chriſti domini noſtri vixiſſe, ut nonnulli perhibent, ex verbis ipſius Galeni patet. Pag. 58. Affirmat enim initio prioris partis Anatomices, ſe ſub principio imperii Antonini Cæſaris, quum prima vice Romam adiret, librum primum Antomices compoſuiſſe. Dixit etiam in commentario in „Phædonem Platonis: Conſpiciuntur viri iſti qui Naziræi vocantur,„ „qui ænigmatibus & miraculis fidem ſuam ſuperſtruxerunt. Horum,„ „non *) pauci revera philoſophi ſunt. Amant enim temperantiam,„ „perſeverant in ieiunio, adhibentque curam ut nihil guſtent. Sunt,„ „etiam inter eos, qui per totum vitæ eorum ſpatium matrimonia,„ „non celebrant.„ Contendo ego, hoc eſſe indicium vitæ monaſticæ, quæ poſt aſcenſum domini noſtri intra ſpatium centum annorum innotuit. Colliguntur ab aſcenſu domini noſtri uſque ad mortem Galeni ſecundum accuratam ſcriptorum ſententiam anni 160. Galenus Pergamo oriundus fuit, qui multos libros ſuper arte medica ſcripſit, quorum circiter centum hodie ſuperſunt. Renovavit medicinam Hippocrateam, quæ neglecta iacebat (70). Quum portenta & ſanationes, quas Chriſtus dominus noſter perpetravit, ei narrarentur: reſpondit, ſe non dubitare, quin adiutus potentia divina hæc fecerit. Interroganti, ubinam aliquis diſcipulorum eius com-

commoraretur, reſponſio data eſt, Hieroſolymis commorari. Viam igitur ingreſſus eſt Hieroſolyma verſus, ſed quum in Siciliam perveniret: mortuus ibi eſt anno ætatis 88. Initio Æliano medico in diſciplinam traditus eſt Galenus. Ille quum morbus lethalis Antiochiæ incolas invaſiſſet, theriacam compoſuit, & illuc profectus eam ægrotis epotandam dedit. Qui eam, poſtquam ægrotaverant, biberunt, partim reſtituti ſunt, partim perierunt. Qui autem ante mor-
Pag. 59. bum eam biberunt omnes ſanati ſunt. Claudius Ptolemæus multos libros argumenti aſtronomici confecit. Horum præſtantiſſimi ſunt, magnus liber Syntaxeos, liber geographicus, liber parapegmatum (71), liber quadripartitus aſtrologiæ. Ille primus fecit ſphæram æneam expanſam, quæ cœlum referat. Hoc tempore vixit Alexander Aphrodiſienſis, qui libros Ariſtotelis commentariis illuſtravit, qui a Græcis, & adhuc a Syris atque Saracenis optimi habentur. Multæ etiam inveſtigationes & diſquiſitiones fuerunt inter eum & Galenum, (appellatum) caput muli propter pertinaciam eius in inveſtigando & diſceptando. Hoc tempore etiam vixit Theon Geometra Alexandrinus. Sunt inter libros eius, qui fere per totum orbem celebrantur, liber proprietatum circulorum æneorum, quibus obſervationes motuum planetarum conficiuntur, & liber canonis, quo expoſuit rationem, ſecundum quam mutatio punctorum tropicorum computanda eſt, ſi quidem per intervallum 80 annorum unum gradum (μοιρα) usque ad gradus octo progrediuntur & deinde revertuntur: quod quidem Ptolemæo non ita viſum eſt, quia absque ſubſidio hoc computi revolutionum cœleſtium explentur ſcilicet ope inſtrumentorum obſervationibus inſervientium (71. a.) Scripſit etiam librum de aſtrolabio, & librum iſagogicum ſive introductorium ad Syn-

Digitized by Google

Syntaxin Ptolemæi. *Marcus Aurelius*, cum filiis ſuis annos 19. Initio regni ipſius Vologeſus rex Parthorum multas provincias Romanorum devaſtavit. Tum filii ipſius Antoninus & Lucius Parthia potiti ſunt. Bellum fuit Romanis cum Germanis, Cauris Sarmatis & Dacis, quos Lucius vicit, ideo imperator (αυτοκρατωρ) appellatus. Poſt novem annos mortuus eſt. Tum Antoninus frater ipſius in imperii ſocietatem aſſumſit Commodum filium ſuum. Antoninus morbo correptus in Pannonia diem ſupremum obiit, & Commodus filius ipſius, poſtquam regnaverat annos 13, ſtrangulatus eſt in domo Veſtiliani. In Capitolium fulmen ruit & bibliothecæ, palatium & ædes Veſtæ conflagratæ ſunt. *Pertinax Cæſar* ſex menſes, deinde occiſus eſt. *Severianus Cæſar* annos 18. Anno eius primo bellum graviſſimum exortum eſt inter Iudæos & Samaritanos. Ab anno eius nono usque ad finem vitæ concitavit perſecutionem magnam contra Chriſtianos, multique martyrii corona ornati ſunt. Profectus autem contra populos barbaros, qui in depreſſis locis regionum montanarum occidentalium ſeptentrionem verſus ſitarum habitant atque Romanos in confiniis eorum perturbarunt, ibi obiit vel ſecundum alios interfectus eſt. *Antoninus Cæſar filius Severiani* annos quatuor. Illos, qui propter fidem in exſilio degebant, liberavit. Occiſus eſt in Meſopotamia inter Haranem & Edeſſam. *Macrinus* annum unum, quo circenſes Vulcanalii (κιρκησιοι Ηφαιςειοι) Romæ combuſti ſunt, & ipſe in Archelaide occiſus eſt. *Antoninus Cæſar Heliogabalus* annos 4. Eius tempore Nicopolis Palæſtinæ, quæ eſt Emmaus, condita eſt. Ei exſtruendæ præfecit Iulium Africanum ſcriptorem Chronicorum. *Alexander Cæſar filius Mamææ* annos 13. Hæc Mamæa

Pag. 60.



Digitized by Google

C. 231. credidit in Chriſtum, & Chriſtianos valde adiuvit. Anno eius 3,
Pag. 61. qui fuit 542 Græcorum, Perſis imperavit Ardaſchir filius Phabechi, cœpitque poſtremum regnum Perſarum, quod Saſanitarum dicitur, duravitque annos 418, donec, orto regno Arabum, deſiit (72). *Maximinus Cæſar* annos 3. Hic ductus odio eius, qui ante eum imperavit, excitavit perſecutionem Chriſtianorum, qua martyrium ſubierunt Sergius & Bacchus, qui in Meſopotamiam miſſi ſunt, & Cyprianus epiſcopus, multique alii usque dum interfectus eſt ipſe Maximinus Conaæ (Aquileiæ.) *Gordianus Cæſar* annos ſex, & interfectus eſt in limitibus Perſiæ. Eius tempore occiſus eſt Manes. *Philippus Cæſar* annos ſeptem. Eius tempore ceſſavit perſecutio Chriſtianorum. Anno eius primo Schabor (Sapor) filius Ardſchiri in Perſas regnavit annos 31. Eius tempore milleſimus annus urbis conditæ, Romæ expletus eſt, & animalia in Circo magno occiſa ſunt, quum agon mille annorum ageretur, ſpectacula Martis noctu ederentur, (per triduum vigilia erat) & * Atlas (mons) per 40 (dies) ac ſi natalia Romæ eſſent, curreret. Theatrum Pompeii & Hecatoſtylon, ſive ſex columnarum incenſum eſt. Philippus (73) a Decio occiſus eſt. *Decius Cæſar* annum unum. Hic Chriſtianos valde perſecutus eſt, eiusque tempore ſeptem iuvenes Epheſo profugi in ſpelunca ſe occultarunt. Multi eum timentes fidem abnegarunt. Illo occiſo & tumultu ſedato, apoſtatæ Romam venerunt & veniam expetierunt, quam Novatus recuſavit. Vocatus fuit præſul Carthaginenſium (74). *Gallus & Voluſianus* Cæſares, annos duos. Occiſi ſunt in foro Flaminii. Hoc tempore invaluit
Pag. 62. (75) morbus peſtilens in orbe, pracipue in Ægypto. *Valerianus & Galienus Cæſares* annos 15. Perſecuti ſunt Chriſtianos.

Sapor

Sapor filius Ardſchiri, rex Perſarum, Syriam, Ciliciam & Cappadociam vaſtavit. Gothi, traiecto flumine Danubio, multos homines ex provinciis captivos abduxerunt. Valeriano in Perſida deducto Galienus Chriſtianis pacem reddidit. *Claudius Cæſar,* annos 2. Hoc tempore Bruchium Alexandriæ deſtruitur. Bello vexatus obiit Claudius Sirmii. Figura coronæ viſa eſt in cœlo. *Aurelianus Cæſar,* annos ſex. Anno eius primo (76) Palmyrenorum & Gallorum ſibi ſubiecit. Iſto tempore innotuit Manes. Filia ſua Sapori in matrimonium locata pacem cum eo iniit. Sapor urbem in Perſide condidit, quæ Conſtantinopoli ſimilis erat, & Gandiſapur vocabatur, quamque uxori Romanæ habitandam conceſſit. Advenerunt cum ea periti medici Græci, qui medicinam Hippocrateam in Oriente propagarunt. Fuerunt etiam inter Syros præſtantes medici e. g. Sergius Reſainenſis, qui primus libros philoſophicos & medicos ex lingua græca in ſyriacam convertit, & Athanaſius Amidenſis, & Philagrius, & Simeon monachus, cognomento Taibutha, & Gregorius epiſcopus & Theodoſius patriarcha & Honainus præſtantiſſimus filius Iſaaci, aliique multi his poſteriores usque ad hodiernum diem. Hi omnes Syri ſunt. Aaron vero presbyter, non fuit Syrus, ſed Goſius quidam Alexandrinus librum eius e græco ſyriacum fecit. (77) Aurelianus muros Romanos ædificavit. Quum perſecutionem Chriſtianorum moviſſet, fulmen in eum ruit, quo tactus obiit. *Tacitus Cæſar* menſes ſex. Occiſus eſt apud Pontum. Hoc tempore regnavit in Perſide Hormisdas. Pag. 63. *Florianus Cæſar,* menſes 2. Etiam ille interfectus eſt Tarſi in Cilicia. *Probus Cæſar* annos 7. Ab hoc anno in Perſide regnavit Warharan annos tres, quem excepit filius eius

Warharan annos 17. Saturninus præſes, quum animum induceret, defectione facta, Romanis imperare: Antiochiam condere cœpit, ſed Apameæ occiſus eſt. Etiam Probus Cæſar occiſus eſt Sirmii. *Carus Cæſar* annos duos. Caro mortuo in Meſopotamia, filius eius Numerius in Africa occiſus eſt. Carinus alius eius filius in bello cum Germanis fortuito occiditur. *Diocletianus Cæſar* annos 20, quando tres alii ſimul cum eo regnarunt, ſcilicet Maximianus, qui filiam ſuam Diocletinam ei nuptum dedit, & Herculius cognominatus eſt (Hi ambo Orientem communiter adminiſtrarunt) & Maxentius filius Maximiani, qui Romæ gubernavit, & Conſtantinus in
C. 284. Gallia & Britannia. Ab anno primo Diocletiani, qui eſt annus 595 Græcorum & annus 5775 ab Adamo, abhinc (inquam) incipit æra Ægyptiorum. Iſto tempore rebellavit Ægyptus, quam Romani invaſerunt et occuparunt, occiſis multis. Anno 11 Diocletiani regnavit in Perſide Narſes annos 7, & poſt illum filius eius Hormisdas annos 5. Anno 19 Diocletiani, appropinquante feſto magno paſchatos, præcepit, ut eccleſiæ Chriſtianorum funditus tollerentur, ſcriptaque comburerentur, & omnes, qui ſacrificare nollent, morerentur. Multi martyres electi & validi conſummati ſunt, (ex. gr.) Sergius & Bacchus. Lingua Romani abſciſſa eſt, eiusque diebus Nicolaus martyr condemnatus eſt atque Azaziel Samoſate-
Pag. 64. nus martyr illuſtris. Diocletianus a Deo caſtigatus quum pudenda eius fœterent, ſenſit plagam hanc divinam eſſe; ſcripſit igitur quorumque locorum Chriſtianis ritus ſuos publice ſervandos, ab illisque eccleſias ædificandas eſſe. Idcirco Maximinus invitus perſecutionem ſuſtulit, & paulo poſt commentus eſt, Deos ſibi revelaſſe,

laſſe, æquum eſſe, ut Chriſtiani ex urbibus in agros eiicerentur. Commota iterum perſecutione Deus terram fame & peſtilentia caſtigavit, ita ut modius tritici 250 obolis venderetur, & decem cadavera in unum ſepulcrum proiicerentur. Maximianum, vigente bello, quod cum Armenis gerebat, tetigit virga iuſtitiæ; gravi morbo correptus obiit tum ille tum Diocletianus. *Conſtantinus Magnus* fuit diebus Diocletiani imperator in Gallia, & pater Conſtantini Victoris, poſtquam biennium regnaverat. Uſus eſt matre Helene (78) Hic Conſtantinus lepra affectus Sylveſtri episcopi Romani inſtitutioni traditus eſt. Credidit igitur baptizatus & ſanatus eſt. Regnavit autem annos 12. Anno regni eius octavo regni ſocium ſibi aſcivit filium ſuum Conſtantinum Victorem. *Conſtantinus Victor* filius Conſtantini Magni 32, præter tres annos, quibus cum patre ſuo regnavit. Imperator autem conſtitutus eſt C. 312. anno Græcorum 623, elapſis inde ab Adamo annis 5817, ſecundum alios 5813. Anno 2. eius regnum in Perſas capeſſens Sapor filius Hormisdæ regnavit annos 69. Hic Conſtantinus quum bellum inferret Maxentio tyranno, vidit in meridie crucem inſtar columnæ lucidæ, in æthere, cui inſcriptum erat: In hoc vinces. Noctu ap- Pag. 65. paruit ei dominus noſter, & dixit: fac tibi (ſignum) ſimile eius quod vidiſti, & vinces. Quod cum fecerit, victus eſt Maxentius tyrannus, atque in flumine Danubio ſubmerſus eſt. Quapropter fides eius uxorisque Diocletianæ, filiæ Diocletiani, ethnici, magis confirmata eſt. Anno eius tertio inſtauravit Byzantium, eiusque magnitudinem quatuor milliaribus auxit et imperium Roma Byzantium transtulit. Ædificavit ibi eccleſias ſacras Irenæ & duodecim apoſtolis. Ingenuos in coloniam diduxit, idola diruit, neque ethnico-

rum quiſpiam coluit. Mater ipſius Helene, imperatrix, Hieroſolyma profecta eſt, in crucem Domini noſtri inquiſivit, eamque invenit. Partem eius in templo poſuit, quod ſuper ſepulcro condidit, & reſiduum imperatori miſit. Tempore Conſtantini Victoris Iberi in Chriſtum crediderunt legatisque ad imperatorem miſſis aſciverunt epiſcopos & presbyteros, atque baptizati ſunt. Similiter Sarmatæ, Gothi, Scythæ, ab imperatore victi, crediderunt & baptizati ſunt. Eccleſiam magnam iuxta quercum Mamre, ubi Abrahamo revelatio contigit, ædificavit, etiam Baalbeci in Phœnicia eccleſiam condidit; in qua quidem urbe incolæ in magno errore verſantur, ſiquidem uxores illis communes ſunt, neque de ſtirpe cuiuspiam conſtat. Præpoſito illis epiſcopo pedetentim correcti ſunt. Antiochiæ condidit templum octagonon, iunctoque Danubio ponte exercitus eius tranſiit, Scythasque ſubiugavit, quos ad fidem
C. 366. perduxit. Concilium univerſale coëgit, 318 (epiſcopis & presbyteris congregatis) fidem firmavit, anno Græcorum 677, atque Canones ieiunii & paſchatos ordinavit. Eius diebus Sapor rex Perſiæ Chriſtianos, qui in ditione eius erant, perſecutus eſt, & Niſibin obſedit, ſed pudore ſuffuſus revertit, preces fundentibus Mar Iacobo & Mar Ephræmo. Iratus in reditu Meſopotamiam vaſtavit Conſtantinus, quum Perſis bellum illaturus usque ad Nicomediam
Pag. 66. proceſſiſſet, morbo laboravit ibique mortuus eſt. Teſtamento, quod fecerat, atque in manus cuiusdam presbyteri Ariani tradiderat, regnum tribus ſuis filiis diviſit; mortuo eo corpus Conſtantinopolin delatum eſt. *Tres filii Conſtantini Victoris* annos 24. Conſtantinus Victor tribus filiis gaviſus eſt, quorum natu maximus a patre nomen Conſtantini ducebat, alter Conſtantius & minimus Con-

Digitized by Google

Conſtans appellabatur. Maiori Conſtantinopolis conceſſa eſt, quum Cæſar adhuc in vivis eſſet, alteri Antiochia et tota Meſopotamia, Oriensque, natu minimo Roma. Mortuo Victore filius eius ſecundus, quia propius aberat, advenit & fœdus cum presbytero Ariano ſancivit, qui omnes ſtatuentes filium ȣσιαν eſſe, perſequebatur. Teſtamento ſibi tradito patrem in loculo aureo (depoſitum) in urbem regiam deportavit. Sapor audiens Victorem mortuum eſſe Neſibin iterum obſedit, quæ in confiniis Romanorum & Perſarum ſita eſt; atque etiam Antiochia Mygdonia appellata eſt. Hanc 70 dies obſidione cingens propugnacula contra eam ſtruxit, & obſtacula fluxui fluminis Mygdonii, qui in Mediam urbem binis canalibus perfluit, oppoſuit. Effuſis igitur aquis ſuper muro, * nec opino impetu murus ruit. Quum igitur Sapor crederet, ſe absque labore urbem occupaturum eſſe, vidit alium murum novum, qui iam pridem ſtructus erat. Etiam beatus Ephræmus murum aſcendit ad execrandum barbaros, atque fuſis precibus, Deus illis inſectorum farraginem & culices immiſit, quibus præcipue elephanti opprimerentur, ita ut pellis eorum abraſa eſſet. Etiam in naſos & aures equorum aſcenderunt, & C. 312.
*corpora eorum diſcerpſerunt, qui abiectis equitibus aufugerunt. Sapor pudore obrutus rediit. Conſtantinus natu maximus qui urbem regiam poſſidebat, quum ad Conſtantem, fratrem natu minimum Romæ dominum veniret, occiſus eſt a militibus fratris ſui minoris, & duos filios reliquit, Gallum & Iulianum. Tum Conſtantius patruus eorum vel inter fratres patris eorum medius, quia adoleſcentes erant, præcepit, ut doctri- Pag. 67.
na imbuerentur in oppido Macella iuxta Cæſaream Cappadociæ, ubi duo lectores erant & eccleſia S. Mamæo ædificata erat. Quum autem educati eſſent, maior horum, ſcilicet Gallus, imperator conſtitutus eſt, qui paulo

poſt

Digitized by Google

poſt contra patruum, a quo electus erat, rebellavit. Miſit igitur imperator, patruus eius, (legatum) qui eum occideret. Fratrem eius minorem i. e. Iulianum in cuſtodia poſuit. Poſtea Euſebia regina ab imperatore impetravit, ut Athenas eum mitteret philoſophia imbuendum, ubi cum M. Baſilio, Gregorio Nyſſeno fratre eius & Gregorio Theologo Nanzianzeno vixit, didicitque. Baſilius quum inquietum eius animum videret, vaticinatus eſt, eum ethnicum fore, dixitque: Væ Romano imperio, quod talem (virum) aluit! Conſtantius, imperator, frater inter tres medius, Emidam amplificavit & Auguſtam nominavit. Conſtans, natu minimus, qui Romæ (erat), poſtquam ſex annos imperaverat, a militibus doloſe interemtus eſt. Magentius tyrannus occupavit omnem Italiam & Africam, atque Sirmii imperator proclamatus eſt. Quo audito, frater medius impetum in tyrannum fecit, eoque occiſo elatus Romam ivit. Conſtantinopolin reverſus Iulianum, patruelem ſuum, imperatorem proclamavit eique nuptum dedit Helenam ſororem ſuam, quæ Conſtantina appellabatur. Iulianus contra Gallos miſſus vicit, & proſpero ſucceſſu uſus ſuperbivit, elatoque animo ſe geſſit, atque a Romanis imperator declaratus eſt. Conſtantius patruus eius, quum hæc audiret, commotus & repente baptizatus eſt ab Euzojo Antiocheno, Iulianumque aggreſſus inter Ciliciam & Cappadociam Mopſocrenis obiit. *Iulianus Parabetes* i. e. infidelis, filius natu maximus Victoris, annos 2. præter illos quinque, quibus cum patruo ſuo regnavit. Athenis arte magica imbutus eſt, &, mortuo patruo, imperioque Romano tum temporis vires acqui-
Pag. 68. rente, ferociter egit, proſperitati ſuæ confiſus eſt, ſibique perſuaſit, dæmones eum exaltaturos eſſe. Cœpit igitur aperire templa idolo-

idolorum, & ſacrificare. Quamquam philoſophum ſimularet, dum coquos & inſtitores removeret: os tamen eius ad ridendum apertum fuit, linguamque ad conviciandum adhibuit. Conſtantinopolin profectus imperator declaratus eſt. Antiochiæ quum pretia rerum venum expoſitarum diminueret, probris affectus eſt ab Antiochenis, qui paululum tumultuati erant, barbamque eius prolixam irriſerant. Pro illis autem, dum eos perdere volebat, Libanius ſophiſta orationem deprecatoriam obtulit. Imperator igitur verbis tantum eos obiurgavit iramque ſopivit. Impoſuit impius ille binarum menſarum alteri aurum, alteri thus atque ignem. Quicunque aurum expeteret, poſito thure ſuper igni coram idolo, aurum ſumſit. Dimiſſis eunuchis, camelis, aſinis & mulis a miniſterio eius, equos tantum reliquit. Chriſtianis prohibuit, quo minos libros philoſophicos legerent. Struxit ædificia, ad alendos orphanos, viduas & pauperes; qua ſpecie ſimplicibus impoſuit. Petiit ab Edeſſenis, ut eum reciperent; qui quum renuerent, miſſis iis, Harranem tranſiit, & idolis immolavit, ac Iudæos honoravit. Qua quidem re audita Chriſtiani Edeſſeni zelo affecti ſunt, omnesque Iudæos, qui penes illos erant, occiderunt. Iuliano, qui ubique locorum divinationi & præſtigiis operam dedit, contigit vaticinium, quod dixit: Ecce ego Mars ante te incedo, tibi auxilio futurus. Huic confiſus recta in Perſiam contendit ſtipatus militibus 395000, atque Seleuciam & Cteſiphontem cepit. Quare Sapor Perſa legatos ad eum miſit, ut parvam imperii ſui partem ei offerret, reliquam ſibi vindicaturus; quod quidem recuſavit. Prœlium itaque commiſſum eſt inter Romanos & Perſas iuxta littus Tigris. Quum vero Iulianus equo vectus milites incitaret, & de proſperitate ſua Pag. 69.

 gloria-

gloriaretur: ſubito telum advolavit, eumque qua coſtam percuſſit; cecidit igitur. Fertur volam ſanguine ſuo impleviſſe, & cœlum verſus ſparſiſſe, his verbis uſus: Viciſti me o Ieſu Galilæe; hæreditare ergo una cum divinitate etiam regnum. Sancto cuidam revelatum eſt, unum quadraginta martyrum eum telo traieciſſe. *Iovinianus fidelis.* Poſtquam Iulianus obierat, & exercitus Romanorum proſtratus erat, potiſſimum fame, ſiquidem Sapor vias, quibus commeatus adportari poterat, occupaverat: exercitus regem ſibi expetivit, elegitque Iovinianum fidelem, qui fuerat Chiliarcha. Hic vero quum iuraret, ſe ethnicis imperare nolle: omnes exclamarunt: Chriſtiani omnes ſumus. Gaudio lacrymæ mixtæ fuerunt. Fixerunt igitur in medio crucem, eiusque faſtigio coronam impoſuerunt. Poſtquam ſe incurvaverunt, crucemque adorarunt: ſumſerunt coronam; eamque capiti Ioviniani impoſuerunt. Hic igitur humiliter Saporem adiit, qui quum aſſereret, ſi Romani Perſis (regionem) usque ad Euphratem cederent, non amplius flagraturum eſſe bellum, quod inter eos exarſerat: Iovinianus Niſibin tantum libenter illi dedit, illumque pacavit. Pace compoſita annorum 30, ab utraque parte gaudium erat, & bina caſtra adunata ſunt. Iuliani etiam curam egit, eumque in loculo reconditum Tarſi ſepeliri iuſſit, ut narrat Socrates. Poſtea Conſtantinopolin deductus eſt; qua de cauſa Themiſtius philoſophus patrueles Iuliani reprehendit, quod non Deum, ſed regiam dignitatem, honore proſequerentur, eiusque rationem haberent. Iovinianus redux ex Perſide, traiecta Cilicia, pervenit ad fretum. In urbe, quæ appellatur Dadaſtana, in confiniis Bithyniæ & Galatiæ morbo iliorum laboravit tempore hyberno, ibique vita defunctus eſt. *Valentinia-*

*nus*

Digitized by Google

*nus & Valens* fratres, annos 13. Ille ex urbe regionis Pannoniæ Cibala oriundus fuit, & validus erat atque ſapiens. Fratrem ſuum Valentem Orienti præfecit. Romam profectus Gratianum filium ſuum Auguſtum proclamavit, & conſulem conſtituit. Anno eius decimo Perſis imperare (cœpit) Ardeſchir filius Saporis, quatuor annos (regnum continuans). Hoc tempore Procopius rebellavit contra Valentem, ſed Conſtantinopoli captus binis arboribus alligatus, & divulſus eſt. Quum Valens iter in Ægyptum faciens perveniſſet Marcinopolin, magna tempeſtas orta, & mare commotum eſt, ita ut naves minores muros urbis tranſilirent, et mare locum ſuum relinqueret, atque naves maiores tanquam in arida remanerent. Incolas urbis ad prædandum adcurrentes mare, quod revertebatur, oppreſſit. Submerſi itaque ſunt. Valentinianus, vivente adhuc uxore eius, aliam duxit, excellentem pulcritudine, &, lege ſublata, cuique permiſit, binas, ſi vellet, ſimul uxores ducere. Quum Sarmatis bellum illaturus eſſet: illi timore perculſi, legatione miſſa, pacem rogarunt. Legatis aſpectis qui ſtolidi erant, alta voce exclamavit, male de imperio Romanorum conſtitutum eſſe, quum populus, qui uti ille ſtolidus et infirmus eſſet, Romanos bello laceſſere auderet. Quo quidem clamore ruptæ ſunt venæ colli multoque ſanguine effuſo mortuus eſt. Quia autem filius eius natu maior non aderat: copiæ collectæ, imperatorem crearunt filium eius natu minorem ex Iuſtina, uxore eius altera, quam propter pulcritudinem duxerat. Filius hic a patre nomen ſortitus erat. Valens Gratianum exercitui præfecit, illique bellum cum Gothis commiſit, at non proſpera fortuna. Valenti vaticinium contigit, quod ſcilicet ille, cuius nomen litera Thau inciperet, Pag. 70.

I 2 ſibi

Digitized by Google

ſibi in regnum ſucceſſurus eſſet. Iuſſit igitur quemcunque, qui appellaretur Theodorus, Theodotus, vel nominibus horum ſimilibus, occidi. • Hoc tempore in aëre viſi ſunt homines formam armatorum in nubibus inducti. Antiochiæ infans natus eſt, uno oculo inter loca, ubi bini oculi eſſe ſolent, quatuor manibus, & pedibus atque barba præditus. Hoc tempore inſurrexerunt Ara-
Pag. 71. bes contra Romanos, ſed Arabes, quibus tum fœmina, cuius nomen erat Maavia, imperavit, cum Romanis conciliati ſuut, atque Chriſtianam religionem amplexi epiſcopum ſibi expetierunt Moſem monachum, qui illis iuſſu Valentis præfectus eſt. Gothi & Iberi invaſerunt regiones imperii Romani, & Scythiam, Mœſiam, Thraciam, Macedoniam, Achaiam & totam Græciam vaſtarunt. Valente Conſtantinopoli bellum differente, quia Gothos & Iberos metuebat, populus univerſus clamavit: Da nobis arma, & dimicabimus. Imperator igitur iratus exiit & minatus eſt, ſe reducem in campo* extra urbem ignominiam ulturum (79) eſſe. Abiens victus eſt, & in oppidum quoddam aufugit, quod quum barbari cingerent: in ambitu eius occultatus eſt, ſub ſtramine delitеſcens. Gothi, illo non invento, ignem toti oppido iniecerunt, atque etiam ipſe crematus eſt. *Gratianus* filius Valentiniani, annum unum. Hic quum diebus patris ſui imperator creatus eſſet, imperio potitus eſt poſt Valentem. Fuit iuſtus, verecundus, et laude digniſſimus, neque ſimilis patri ſuo Ariano, vel patruo. In imperii conſortium adſumſit Theodoſium magnum, qui ex Iberia Hiſpanica originem duxit, quia Theodoſius Gratiani curam geſſerat, eumque imperatorem creaverat, antequam Valens crematus fuerat. Hoc tempore Maximus quidam Gratianum Romæ doloſe interfecit, regnavitque Valen-

Valentinianus frater eius natu minor Romæ. *Theodoſius M.* annos 16. Occiſo Gratiano & fratre eius Valentiniano Romæ imperante Theodoſius ſolus Conſtantinopoli & toti Orienti imperavit. Fuit vir fortis, ſapiens, atque in rebus bellicis expertus, atque pedetentim barbaros in Thracia vicit. Anno eius 2 mortuus eſt Ardeſchir, cui Sapor, filius, ſucceſſit, qui quatuor annos regnavit. Anno eius 5 Perſis imperare (cœpit) Varren Germanſcha, (regnavitque) annos 12. Theodoſius una cum Valentiniano coniunctis viribus tyrannum aggreſſi ſunt, qui Gratianum occiderat, illoque occiſo ambo elato animo Romam intrarunt. Roma reverſus Theſſalonicæ ægrotavit, ubi quum exploraſſet Achiluſum (Baſilium) epiſcopum, & cognoviſſet eum non eſſe Arianum, ab eo baptizatus & ſanatus eſt. Venit deinde Conſtantinopolin & ædificavit eccleſiam Anaſtaſii cura theologi magni, qui adhuc ibi eſt (80). Theodoſio filius Honorius natus eſt ex Felcida imperatrice, quæ valde dives fuit & divitiis atque opibus ſuis ægrotos eosdemque egenos adiuvit, dum Xenodochia eccleſiaſtica viſitaret. Theodoſius, qui bella multa cum barbaris geſſit, urbibus tributum impoſuit, quod Antiocheni ſolvere recuſantes eo iracundiæ proceſſerunt, ut ſtatuam Felcidæ imperatricis in urbe erectam in plateam proiicerent. Hoc tempore illa mortua eſt. Quod quum rex audiret, magnas ſtrages ibi edit. Beatus vero Macedonius ad imperatorem literas miſit, quibus ei factum exprobraret, quod propter imaginem æneam in imagine humana perpetraverat. „Homines, creatos ſecundum imaginem Dei, „perdidiſti. Nobis quidem facile eſt, multas imagines æneas con„flare. Tu vero ne minimam quidem partem eorum, quos per„didiſti, reſtituere potes.„ Regem, his auditis ſenis verbis, pœ-

Pag. 72.

 nitiut,

nituit, litteraſque ad conſolandum populum ſcripſit. Hoc tempore Theſſalonicæ, quæ fuit caput Italiæ, ſeditio orta eſt, & præfectus lapidatus. Imperator iratus poenam exigi iuſſit, atque occiſi ſunt innocentes cum reis, 7000. Quapropter Ambroſius episcopus ſanctus imperatori Mediolanum adventanti extra portam eccleſiæ obviam ivit, eumque cohibuit his verbis: „ Non permittit tibi gloria
Pag. 73. „regia, ut te ipſum noſcas; abi, nec peccatum tuum amplifica, ſi „quidem oratio Deum ad iram commovet. „ Imperator ſuaviter prohibitionem accepit, nec abſolutus eſt, donec in ſe reciperet, ut inveſtigatio, unde cædes originem duxerit, per triduum duratura & ceſſante ira, atque re ex iuſto conſiderata, decretum proditurum ſit. (80*) Eccleſiam ingreſſus, non ſtans ſed humi proſtratus precabatur: Adhæret, inquit, anima mea pulveri, viviſica me verbo tuo. Anno 13 Theodoſius filium ſuum Arcadium imperatorem Orientis creavit. Biennio poſt Eugenius & Argobaſtus Romæ eunuchum Valentiniani ſeduxerunt, ut imperatorem ſuffocaret. Qua quidem re audita Theodoſius, feſtinanter Honorium filium ſuum natu minorem imperatorem Occidentis proclamavit. Aggreſſus tyrannum Eugenium exercitum barbarorum, qui cum eo erant, ſuperavit. Barbari videntes ſe vinci, clamarunt veniamque rogarunt. Imperatore igitur poſtulante, tyrannum tradi, cito prehenderunt eum, qui quum ligatus in præſentia imperatoris eſſet, occiſus, quippe ab Argobaſto ſuffocatus eſt. Poſtea imperator Mediolanum reverſus ex moleſtia belli ægrotavit & mortuus eſt. Hoc anno Iezdegerdes filius Saporis in Perſis (regnare incipiens) regnavit annos 21. *Arcadius & Honorius filii Theodoſii magni,* annos 13. Quum Arcadius Conſtantinopoli & in Oriente regnaret: Hono-

Honorius natus annos 9 Romæ imperavit. Eiusdem anni (menſe) Thammus Hunni provincias Romanorum invaſerunt, et depopulati ſunt. Syriam & Cappadociam, ſcilicet anno 708 (81) Alexandri. C. 397.
Arcadius condidit porticum magnam ante prætorium. Eudoxia uxor eius erexit monumentum argenteum in vicinia S. Irenes. Gainam, qui ab eo defecit, vicit & occidit. Quum Chalcedonem precandi ergo veniſſet, ingensque multitudo, ad eum conſpiciendum congregata eſſet: ſimulac precatus, & ex templo ſancti Accacii egreſſus erat, populo cum ſequente, integrum templum ſubito corruit. Omnes autem crediderunt, precibus imperatoris populum liberatum eſſe, quia eximia iuſtitiæ ipſius documenta extabant, ita Pag. 74.
ut etiam ſub purpura regia tunicis piloſis indutus eſſet. Occiſo Gaina rebelli, Hunni flumen Iſtrum tranſierunt, & ex urbibus Thraciæ prædam abegerunt. Grando, quæ ſuper eos cecidit, multos eorum occidit. Reliqui aufugerunt. Poſtea Arcadius mortuus eſt, & Theodoſium filium ſuum puerum octennem imperatorem reliquit. Honorio nulli erant filii. Quum vero ille ſolus ſupereſſet, metuendum erat, ne dolus contra illum ſtrueretur. Quapropter Arcadius moribundus teſtamentum ſcripſit, quo Iezdegerdem regem Perſarum curatorem filii ſui conſtituit. Iezdegerdes, allato teſtamento, ſollicite curam egit Theodoſii, cui præceptorem ex aulicis ſuis miſit, datis etiam ad totum ſenatum literis, huius argumenti, ſi quid doloſi contra puerum machinarentur, ſe bellum *) iis illaturum eſſe. Qua de cauſa propagatus eſt Chriſtianiſmus inter Perſas, quum Marutha epiſcopus Mephrakatenſis inter eos viveret. Theodoſius & ſoror ipſius Pulcheria penes patruum, Honorium, educabantur. *Theodoſius minor,* filius Arcadii, annos 42.

Initio

Initio imperii ipſius Alaricus Africanus defecit, & exercitu coacto Italiam invaſit, multaque mala perpetravit. Stilicho conſul peremtus eſt. Honorius imperator Romæ obiit, & Conſtantinus[1], pater Valentiniani, imperavit & interfectus eſt. Iohannes primicerius notariorum regnum rapit, atque a Theodoſio petit, ut illud ſibi confirmaret. Imperator vero, captis legatis, Adarburium ducem exercitus contra tyrannum miſit. Hunc ducem tyrannus ſuperavit & cepit. Iterum igitur miſit Theodoſius Aſparem filium Adarburii, una cum exercitu. Precibus imperatoris, Deum reve-
Pag. 75. rentis, factum eſt, ut angelus appareret ſub ſpecie paſtoris, eosque per paludem aquoſam pedibus duceret. Invenerunt portas urbis apertas, ingreſſi eam ſunt, & ducem, qui captus erat, eduxerunt, atque Ioannem tyrannum occiderunt. Tum Theodoſius Valentinianum, filium amitæ ſuæ, Cæſarem fecit, eumque una cum matre ipſius Romam miſit. Poſtea coronam regiam ei miſit. Imperavit igitur Valentinianus annos 32. Theodoſius ieiunio & precibus indulſit, & feria quarta & quinta ieiunium veſpertinum obſervavit. Epiſcopi Hebronenſis mortui veſtem ſqualidam induit imperator, ut ea indutus benedictionem acciperet. Hoc tempore Iezdegerdes Perſarum rex mortuus eſt; cui Warharan filius eius ſucceſſit, (qui) annos 22 (regnavit). Tum pax ceſſavit, Perſæque ſe ad bellum contra Romanos accinxerunt. Romani vero Perſas vicerunt, & captivos duxerunt; quo facto pax conſtituta eſt. Perſecutio Chriſtianorum in Perſide regnante Warharane, non deſiit. Poſtea Perſæ denuo defecerunt, & Reſainam invaſerunt, ſed cum ignominia repulſi ſunt. Iterum magna copia irruerunt, ſed ſuperati ſunt. Romani ex regione Arſaniæ 7000 hominum in captivitatem abdu-

abduxerunt, quos Accacius Epiſcopus Amidenus vendidit, divenditis antea poculis & calicibus aureis atque argenteis eccleſiarum. Hoc tempore Burganziſi, qui ex dolatura victum quærunt & quiete vivunt, poſtquam ab Hunnis capti erant, crediderunt & baptizati ſunt, & confeſtim 3000 eorum profligarunt 10000 Hunnos, qua re in fide confirmati ſunt. Theodoſius Valentinianum filium amitæ ſuæ accerſivit, Conſtantinopolin duxit, eique Eudoxiam filiam ſuam nuptum dedit; qua ſibi ſociata Romam profectus eſt. Hoc tempore lis orta eſt inter regnum Romanum & Perſicum propter perſecutionem Chriſtianorum in Perſide. Etiam mercatores multos rex Perſidos detinuit, eorumque merces cepit. Fabros argentarios Chriſtianos, quos conduxerat, detinuit, neque mercedem iis ſolvit. Quapropter Romani Armeniam ingreſſi homines prædamque inde abduxerunt. Occiſis 70000 Perſarum, reliqui Euphrate ſubmerſi ſunt, inprimis Arabes, quos auxilio ipſis futuros accerſierant. Tum pax compoſita eſt, & perſecutio ceſſavit. Sed barbari egreſſi ſunt, atque ex Thracia et Illyria ingentem multitudinem abduxerunt. Apparuit cometa, ſignum in cœlo, multique contenderunt, eius conſummationem inſtare, propter ſigna, quæ multa fuerunt. Imperator Theodoſius quondam equo vectus pro more in urbe regia, quum ad conopæum, ac ſi verſus * Phrygiam iturus eſſet, proficiſceretur, offendente equo, cecidit. Ictis vertebris cervicis eius in lectica collocatus eſt. Quum videret, finem ipſius appropuinquare, advocari iuſſit Pulcheriam ſororem ſuam, cui indicavit, Marcianum ipſius ſucceſſorem fore. Marciano, pariter arceſſito, iuſſit, in timore Dei politicarum rerum curam agere, & biduo poſt mortuus eſt. *Marcianus* annos ſeptem. Uxorem duxit Pulcheriam ſororem

Pag. 76.

rorem Theodoſii, quæ per omnem vitam fratris ipſius vitam monaſticam agebat, ſed ſtupri ſuſpecta cum Marciano poſt mortem Theodoſii illi palam nupſit. Quæ quum argumentis fictitiis & falſis induci non potuerit, ut viro nuberet, & votum ſuum ſolveret: epiſcopi hypocritæ, qui inclinabant ad dualitatem naturarum, ei perſuadebant, ut conſentiret. Vniverſo igitur populo iniunxerunt, ut una ſeptimana quotannis loco Pulcheriæ a carne abſtinerent, & cibis monaſticis veſcerentur. Tum perſuaſa eſt, & abnegato pacto veſtitum ſuum abiecit. Intra biennium coacta eſt ſynodus Chalcedonenſis, quæ præter ſtatutum de dualitate naturarum etiam abſtinentiam per ſeptimanam ante ieiunium dominicum iis, qui eam reciperent, decrevit. Orthodoxi vero Ægyptii, qui in Ægypto erant, quum viderent, (doctrinam de) duabus naturis una cum abſtinentia a carne per ſeptimanam hanc ſibi iniunctam eſſe: non ſolum a carne, ſed etiam copiis carnalibus, ſcilicet lacte, caſeo, adipe & ovis hac (ſeptimana) abſtinuerunt eamque uti ceteros dies ieiu-
Pag. 77. nii obſervarunt. Anno ſexto Marciani occiſus eſt Valentinianus Romanus, & abhinc Roma, uti etiam eccleſia, in duas partes ſciſſa eſt. Lex enim erat, quando Conſtantinopoli imperaret, conſimiliter Romanis rebus præfuturum eſſe. Quia autem Marcianus abſque conſenſu Valentiniani Romani imperium adeptus erat, electus ſcilicet a Pulcheria, quacum ſtuprum patraverat: ſimiliier Romani ſine conſenſu Marciani imperatorem ſibi conſtituerunt. Quapropter ſcriptores Orientales imperatoremConſtantinopolitanum tantum curant, & alium alii ſubiungunt, eosque imperatores Romanos vocant. Quia autem ætate provecti imperarunt Marcianus & Pulcheria: mortui ſunt abſque prole. *Leo* annos 18. Hic gen-

gente Thrax fuit, tribunus vero poteſtate, & a ſenatu ad imperandum electus eſt. Hoc anno in Perſas regnavit Phiruz filius Warharanis Iezdegerdis, qui bella cum Romanis geſſit & Chriſtianos perſecutus eſt. Leo locavit filiam ſuam Adrianam Zenoni, quem in imperio honoravit, & ducem totius Orientis deſignavit. Baſiliſcum Thraciæ præfecit. Condidit Callinicum, quæ urbs Leontopolis appellata eſt. Hoc tempore incendium fuit, Conſtantinopoli, quando a mari ad mare ignis ſæviit, & imperator aufugit trans ædem S. Mammæi, ibique commoratus eſt menſes ſex. Fecit* inſtrumentum magnum Leon Iblon. Legem tulit, ne quis prima ſeptimanæ feria operam exerceret, nec inſtrumentis quidem muſicis uteretur, ſed in eccleſiis quilibet cantaret. Leo Leontium filium filiæ ſuæ vel filium Zenonis Cæſarem creavit, quanquam adhuc infans erat natus annos ſex. Imperavit unum annum vivente adhuc imperatore. Poſtea imperator Leo morbo inteſtinorum laboravit & mortuus eſt. *Leontius.* Hic quum annum unum imperaſſet, paterque ipſius Zeno eum tanquam infantem imperitum adoraſſet; decepit eum mater ipſius (hic verbis): Quando pater tuus te adoraturus eſt, ſume diadema capitis tui, illudque capiti ipſius impone. Quod quum faceret; Zeno imperio potitus eſt. (82) Paulo poſt Pag. 78.
mortuus eſt iuvenis, multique ſuſpicati ſunt, eum a parentibus ſuis interfectum eſſe. *Zeno pater Leontii* annos 15. Quum Verina uxor Leonis M. Zenoni aliquid perſuadere vellet, quod recuſavit; reiecto illo, fratrem ſuum Baſiliſcum imperatorem conſtituit. Baſiliſcus vero Heracleæ commoratus a Zenone defecit & imperator proclamatus eſt, filiumque ſuum Marcum Cæſarem fecit. Zeno veritus, ne Verina cædem eius animo volveret, aufugit in

 Iſau-

Digitized by Google

Iſauriam, unde oriundus erat. Vxor eius e ſtirpe regia, Ariadna, clam ad eum profugit. Baſiliſcus igitur & filius eius Marcus imperarunt annos 2 & male rem geſſerunt. Initio enim fidei laudabilis curam geſſit & ſanctum Timotheum Alexandriam revocavit quo etiam oſſa S. Dioſcuri delata ſunt. Encyclia ſcripſit, quibus concilium Chalcedonenſe abrogavit. Poſtea autem mutata ſententia illud promulgavit. Quum igitur mentem ſuam declaraſſet: Zeno collectis viribus in eum irruit, qui Armatum ad dimicandum cum illo accivit. Zeno legatione clam ad Armatum miſſa, iuramento ei ſpopondit, ſe filium eius Cæſarem conſtituturum, Armatumque exercitui præfecturum eſſe. Quapropter Armatus contra dominum ſuum inſidiis ſtructis cum Zenone coniunctus eſt. Ambo igitur Conſtantinopolin aggreſſi ſunt. Baſiliſcus aſſumta uxore filiisque ſuis in eccleſiam fugit. Zeno vero miſit, qui ei, uxori & filiis eius, purpuram regiam exuerent, dato ſimul promiſſo, ne interficerentur. Miſſi igitur ſunt Lemnos, caſtellum Cappadociæ, ubi turri quadam incluſi ſunt. Tandem miſere perierunt. Zeno, regno ſibi firmato fidem iuramento datam exſolvit, & filium Armati Cæſarem conſtituit, et epiſcopum deſignavit. Habitarunt igitur ſimul. Patrem ad præfecturam evexit. Zeno, ſecum re-
Pag. 79. putans, fieri poſſe, ut Armatus potentia pollens, ſicuti Baſiliſco inſidiatus erat, etiam ſibi foveam foderet, ita dixit: Ego quidem iuramento meo ſatisfeci; moriatur igitur Armatus, quod iuramentum Baſiliſco præſtitum violaverit. Armato occiſo, filium eius radi iuſſit, & lectorem conſtitui. Poſtea metropoleos Helleſponti ſ. Cyzici (epiſcopus) factus eſt, quia dignus habitus erat, qui veſtibus regiis indueretur. Anno Zenonis nono Perſis imperavit Balaſchus,

Iaſchus, quem poſtquam annos 4 regnaverat, anno Zenonis undecimo excepit Codbâr Piruſch. Regnavit hic annos undecim, & diebus Zenonis rebellarunt Samaritani ſibique regem conſtituerunt Iuſtaſum, qui multos Chriſtianos occidit, & Cæſaream aggreſſus eſt, atque eccleſiam Procopii combuſſit. Tum Romani in Palæſtina collecti ſunt, & prœlio commiſſo Samaritanos vicerunt, principemque eorum ad Zenonem miſerunt. Ex imperatoris mandato Synagoga Samaritanorum facta eſt ædes magna dominæ Mariæ. Antiochiæ conflagrarunt ſynagogæ Iudæorum, multique Iudæi & oſſa mortuorum in ſepulcris cremata ſunt. Poſtea Zeno inteſtinorum morbo correptus obiit. *Anaſtaſius* annos 27. Hic ex Silentiariis fuit. Simulac regnum capeſſerat, iuvenes, qui rudimenta linguæ diſcebant, interemit, quia ab illis irriſus erat. Anno eius octavo rebellavit contra Cod (Codbar, Cobadem) frater eius Zamaſpes, & regnavit duos annos. Fugit ille, & coacto exercitu in fratrem ſuum irruit, quem victum interfecit; poſtea 2 annos regnavit. Hoc tempore Nicopolis everſa eſt, cuius incolæ obruti ſunt præter epiſcopum & duos eius cubicularios. Apparuit cometa per dies multos. Locuſtæ irruerunt, & frumentum abſumſerunt, ut fames magna in Meſopotamia oriretur. Ignis vehemens viſus eſt in plaga aquilonari, quæ per totam noctem flamma obducta fuit. Paulo poſt Hunni, verſus plagam mundi, quæ inter ſeptentrionem & occidentem eſt, ſiti, in Perſida irruperunt hac fere de cauſa. Diebus Zenonis Hunni Phiruzo regi Perſarum nunciarunt, ſibi non ſufficere tributum, quod illis ſolviſſet, Romanos duplum ſolvere, idcirco vel idem, quod Romani, Perſas ſoluturos eſſe, vel ad bellum paratos eſſe oportere. Phiruzus vero eos metuit Pag. 80.

tuit, promiſitque ſe daturum eſſe. Icto pacto Hunni reverſi ſunt. Phiruzus vero vires acquirens Hunnos occidi iuſſit, qui relicti erant, ut tributum exigerent, atque perſecutus eſt eos, qui abierunt. Tunc mercator quidam Euphemius, Græcus, qui cum Hunnis erat, eos adhortatus eſt, & conſilium dedit, ut incenderent aromata in loco, ubi ius iurandum datum erat. Deus autem pervertit Perſas, qui mentiti erant. Hunni enim poſtquam ita fecerant, obviam iverunt Perſis, Phiruzum occiderunt, & Perſis captivis abductis in patriam ſuam redierunt. Hac de cauſa Cod, regno potitus iram ſuſcepit contra Romanos, coacto exercitu Romanorum regiones invaſit, et Theodopolin Armeniæ urbem, quæ eſt eadem cum Erzen Rum, cepit, ſed miſericordem ſe adverſus incolas eius geſſit. Prehendit Conſtantinum principem, qui ibi erat. Menſe Tiſchrin (Octobri) Amidam oppugnavit magno impetu, & inſequente hyeme, Perſæ profligati ſunt, quia ſubligacula veſtium & arcuum eorum præ humore aëris laxata erant. Machinæ petrariæ non lædebant murum, quia obſeſſi ligabant ollas ex ſcirpo factas, quarum ſubſci (83) catenis compactæ erant, hisque impetum machinarum excipiebant, etiam ignitabulum (84) ligneum in foſſam iniectum limo noctu occultarunt, ne a Perſis conſpiceretur. Quum vero 500 Perſæ armati appropinquarent, cuneos contra murum ad aſcendendum ponerent, pontes pellibus bovinis tegerent, & mulam magnam facerent, viamque ad aſcendendum: obſeſſi aquam ervi elixam cum ſtacte mulæ infuderunt, ut laberetur; ignem etiam ignitabulo ſub mula clam ſubdiderunt. Sex elapſis horis, quibus non aſcenderent propter lapſus illos, exarſit ignis ſubtus poſitus, &, mula lapſa, ceciderunt Perſæ, contriti et cremati ſunt. Pudebat igitur regem magnopere

nopere convitiorum, quibus illum obſeſſi proſcindebant. Petiit igitur ab incolis urbis, ut ſibi paulum argenti darent, quo accepto migraret. Hi vero, quanquam, ſi bona verba dediſſent, abiturus eſſet, ſtolide reſponderunt: noſtrum eſt, abs te pretium olerum & herbarum, quas comediſti, exigere. Ille, perſpecta eorum ſuperbia, indignatus eſt, (85) atque eadem nocte, ut ipſe narravit, ap- Pag. 81.
paruit ei Meſſias in ſomno, promiſitque, ſe poſt triduum urbem traditurum eſſe, quia incolæ eius arrogantes eſſent. In plaga occidentali verſus Tripugrin (locum ubi *τρεις πυργοι tres turres* erant) excubiæ erant monachorum monaſterii Iohannis Iberorum (86). E regione turris huius ſeorſim caſtra poſuerat dux quidam (87) Kenrak Hagara vir aſtutus. Accidit vero, ut quadam nocte caliginoſa, pluvia etiam vehementi irruente, monachis (88) vir ille cœnam pararet, vinumque propinaret, ut ſomno oppreſſi eſſent. Non nemo (89) nomine Kotarna perpetuo exire, furari et Perſis caniſtra eripere ſolebat. Quum vero pro more etiam hac nocte egreſſus eſſet: Kenrak eum ſenſit, perſecutus eſt, atque illam muri aperturam, qua aſcenderat & unde egreſſus erat Kotarna, oppugnavit. Monachis autem non clamantibus, patebat eos dormire. Admotis igitur ſcalis Perſæ aſcenderunt, & monachos trucidarunt. Quod quum ſentiret præfectus, venit cum luminibus. At Perſæ illos, qui lumina portarunt, haſtis penitus confoderunt. Illuceſcente die rex eiusque exercitus ſcalas ſuſpenderunt, aſcenderunt, & uno die oppidanos in turri hac ſubiugarunt. Cœperunt igitur turrim inferiorem diruere, ſiquidem Perſæ collecti (90) erant, qui aliam poſt aliam turrim occuparunt. Aſcenderunt urbem, & apertis portis in ea occiderunt homines 80000, extra ædem 40 martyrum, quam hominibus

nibus refertam quum dux (91) Armenorum cepiſſet, regi perſuaſit, ut liberaret. Rex aurum, argentum, et aes flumine Tigri in Perſida devehi iuſſit. Eorum, qui relicti erant, interfecti ſunt ſinguli ex denis, quia multi Perſæ occiſi erant. Leontius & ſummi (92) iudices, veſtibus ſordidis induti, funes porcinis cervicibus eorum iniectis, ipſique ad portandos porcos adacti ſunt, & præconis voce declaratum eſt, gubernatores illos, quia male rempublicam adminiſtrarunt, & permiſerunt, ut rex ignominia afficeretur, tam ignominioſe tractari. Anaſtaſius imperator his de rebus certior fa-
Pag. 82. ctus non parum doluit, & miſit quinque duces Niſibin, quam tamen expugnare non potuerunt. Iuſſit igitur condi urbem iuxta latus montis, quo exercitus confugeret. Condita autem eſt, ubi Darius occiſus fuit, hinc appellata eſt Dara. Intra tres annos ædificiis mirabilibus ornata eſt & cognominata Anaſtaſiopolis. Erexit etiam Anaſtaſius ſtatuam ſuper columna, quia ſtatua Theodoſii terræ motu deiecta erat, quo pariter Neocæſarea everſa erat, excepta æde S. Gregorii thaumaturgi. Etiam Rhodus interierat. Miſit imperator aurum ad transferenda & ſepelienda cadavera ſuffocatorum. Betiloſum tyrannum, qui defecerat, imperator cepit, & ſubegit. Anno 22 Anaſtaſii defecit Armenia a Romanis. Sed miſſo
C. 520. exercitu in Armeniam, & parte eius vaſtata, Armenia denuo in poteſtatem Romanorum redacta eſt. Anno 831 obiit in pace. *Iuſtinus* (93) annos 9. Ex Thraciæ oppido Cedreno ortus fuit. Erat ætate iam provectus & rudis. Quia Thraces populares eius ei promiſerunt, ſi concilio Chalcedonenſi accederet, quod cura Leonis Romani coactum erat, omnes regiones Italiæ cum eo coniunctum iri, unumque imperium fore: recepit illud. Rex Perſarum, regno

poti-

Digitized by Google

potitus, petiit a Iuſtino, imperatore Romanorum, 550 quintalia auri, quæ ei data erant, quia (94) exercitus Perſarum portas contra Hunnos cuſtodiret. Illo renuente, immiſit aliquando Arabes ſocios ſuos in terram Romanorum, ut eam læderent & vaſtarent. Quare ortus eſt Mondarus, rex Arabum, & depopulatus eſt omnem Dalmatiam i. e. Beliham & Haburam. Penetrarunt Arabes usque ad Arſonam & Neſibin, captivos & prædam abduxerunt, atque ſtragem fecerunt. Invaſerunt etiam Emeſſam, Apameam, & agrum Antiochenum, occidendo, captivos abducendo, & vaſtando. Ex captivis virgines 400 ſibi elegerunt. Hoc tempore in Cilicia viſa eſt fœmina muta, quæ omnes viros cubito uno qua longitudinem ſuperabat. Nemo novit, unde oriunda eſſet. Cibo vero, uti homines ſolent, veſcebatur, & a quavis caupona quadrantem unum Pag. 83. accipiebat. Subito evanuit. Iuſtinus ſenex in extrema vita conſortem imperii ſibi fecit Iuſtinianum filium ſororis ſuæ, quem Cæſarem nuncupavit. Tribus menſibus poſt mortuus eſt. *Iuſtinianus* annos 38. Initio imperii ſui Perſis bellum intulit, & Mabugum venit. Quum de Theodora filia ſenis cuiusdam laude digni fama ad eum perlata eſſet: expetiit eam, pater vero filiam reddere noluit, donec ſponderet, ſe eam non coacturum eſſe, ut Concilium Chalcedonenſe reciperet. Beliſario bellum cum Perſis demandatum eſt. Inſtante ſeptimana paſſionis ſalutaris dux Perſarum propoſuit, ſe propter Nazarenos & Iudæos, qui cum eo eſſent & in gratiam Chriſtianorum feſtum honoraturum eſſe. Romani vero diſſenſerunt, & diluculo feriæ cuiusdam azymorum ad prœlium parati erant. Fuit autem die iſto frigus & ventus Romanis adverſus qui imbecilli comparuerunt & profugerunt, multis occiſis, & reli-

 quis

quis, qui in Euphratem ceciderant, merſis. De hoc Iuſtiniano Iohannes Amidenſis Aſiæ (epiſcopus) narrat, ſe per triginta annos familiariter eo uſum eſſe, neque vidiſſe, quod ædes ſacras condere deſiſteret, ſiquidem eccleſias 96, & 12 monaſteria & Xenodochia iuxta ædificavit in regionibus Aſiæ (propriæ) Cariæ, Phrygiæ, & Lydiæ. Anno eius quarto Perſis imperavit Coſroes filius Codbari, per annos 47, & pax fuit Romanos inter et Perſas, annos 7. Samaritæ in Palæſtina conſtituerunt ſibi principem & Neapolin adorti epiſcopum, multosque alios occiderunt, direptis & incenſis templis multis. Romani igitur urbem aggreſſi ſunt, illaque expugnata principem interfecerunt, una cum ingenti hominum numero. Domnus defecit Carthagine, quem Beliſarius aggreſſus debellavit, ipſumque tyrannum vinctum adduxit. Anno undecimo Iuſtiniani pax inter Perſas Romanosque ſoluta eſt, & cometa grandis tremendusque tempore veſpertino per multos dies apparuit. Hoc anno Coſroes ingentem ſtra-
Pag. 84. gem edidit Antiochiæ, Halebi &Apameæ. Romani Perſida invadentes depopulati ſunt regionem Cardorum, Arſenorum & Arabum. Iterum igitur Cosroes profectus eſt, vaſtavitque Calonicum & totam Meſopotamiam, etiam Edeſſam oppugnavit, quam quum capere non poſſet, abductis fœminis gravidis abiit. Denuo igitur Antiochiam vaſtavit, incendit, & penitus evertit, ablatis tabulis marmoreis, quæ parietibus infixæ erant, & in Perſida abductis. Perſæ etiam in Dalmatiam excurrerunt, quam totam depopulati ſunt. Diripuerunt etiam Calonicum, Bethbalaſum, & abſtulerunt oſſa S. Bachi martyris, aurumque ſuper labro S. Sergii. Anno 848 accidit prodigium in ſole
C. 537. tenebris obducto per 18 menſes, quum quotidie in medio cœlo lumen emitteret, umbræ ſimile. Omnes crediderunt, cum non reſtitu-

Digitized by Google

ſtitutum iri. Fructus hoc anno non maturuerunt, vinumque ſaporem habebat aquæ ex uvis acerbis preſſæ. De peſtilentia, quæ C. 544
hoc tempore in toto orbe fuit (95) Iohannes Aſiæ (epiſcopus) clare ſcripſit, hanc peſtem contigiſſe anno Græcorum 855. Etiam Zacharias ſcripſit, eam primo incepiſſe a populis interioribus, verſus plagam mundi, quæ meridiem & orientem interiacet (Südoſt), degentibus, Indis ſcilicet, Æthiopibus, Homeritis & reliquis. Pervenit deinde ad regiones ſuperiores occidentis, populos Romanos, Italos, Gallos & Hiſpanos. Fama percrebuit, rabioſos evaſiſſe homines, deliraſſe, in ſe ipſos ſæviſſe, in montana ſeceſſiſſe, & ſemet ipſos trucidaſſe. Invaſit flagellum iſtud regiones Æthiopiæ, quæ ſunt in confinio Ægypti, indeque in Ægypto ortum eſt; attigit deinde Alexandriam, & ſparſum eſt ſuper Libya, Palæſtina, Phœnicia Arabia & Africa, & penetravit ad Galatiam, Cappadociam, Armeniam & Antiochiam, & pedetentim ad Perſas populosque, qui verſus plagam mundi, quæ orientem & ſeptentrionem interiacet, (*Nordoſt*) habitant. Comparebant opes relictæ, diſperſæ, & vagæ, quas nemo colligebat, agri frugum refertiſſimi, quos nemo metebat, vineæ, quas, etſi tempus vindemiæ tranſierat, nemo vindemiaverat, quia homines deſiderabantur. Vix ünus e mille ſupererat, poſtquam, annis tribus exactis, peſtis ceſſaverat. Fertur, flagellum Pag. 85
hoc, poſtquam ad urbem regiam pervenerat, primo in pauperibus exortum eſſe, adeo ut 16000 homines uno die ſepelirentur. Mortuis egenis manum ſuam corruptricem iniecit potentibus & celebribus. Qui vero mortem ſubitaneam effugerunt, in vulnera circa inguina, i. e. bubones vel tumores, & in vomicas (96) inciderunt, & poſtquam in volis manuum, circiter tres guttæ ſanguineæ

 profun-

Digitized by Google

profundæ apparuerant, confeſtim mortui ſunt. Et quum homines deficerent ad ſepeliendum: cadavera acervatim in mare proiecta ſunt. Anno Iuſtiniani 18 barbari Romam urbem maximam in Italia vaſtarunt; quam quidem quum ſervare non poſſent, in caſtello iuxta eam poſito commorati ſunt, urbe denudata & vacua relicta. Quapropter Iuſtinianus cum toto ſenatu luxit, & veſtibus nigris induti ſunt. His diebus obiit Theodora, imperatrix, eodemque tempore conflagravit monaſterium S. Simeonis ſtylitis in agro Antiocheno, & funditus deletum eſt. Fuerunt motus in eccleſiis, præcipue Conſtantinopoli propter initium ieiunii & paſchatos. Anno 23 Iuſtiniani Tarſus Ciliciæ a fluvio, qui per eam tranſiit, ſubmerſa eſt, Laodicea everſa, ubi circiter 7000 perierunt, atque in ora Phœnices undis merſæ ſunt Tripolis, Berytus, Biblus, Tyrus & urbes Galilææ. Hoc tempore Alexandriæ celebritatem nactus eſt Iohannes philoſophus, at hominibus contigit morbus *βȣλιμος* i. e. fames bovina (ingens). Comedit enim quidam aliquoties libras decem panis una cum fructibus aliis, quibus tamen haud ſaturatus eſt. Licet enim venter eius impletus eſſet, panem tamen popoſcit, atque ita mortuus eſt. Poſtea peſtilentia in boves graſſata eſt, in primis in oriente, duos annos, ita ut terræ incultæ eſſent, quia boves deerant. Fuit iterum terræ motus gravis Conſtantinopoli menſe Ab, multæque domus ſubverſæ ſunt, balnea & eccleſiæ. Murus portæ aureæ cecidit, duravitque motus dies 40. Anno eius 27

Pag. 86. Mundar filius Naamanis, rex Arabum, in terram Romanorum expeditione facta, multa loca vaſtavit. Hunc Harethus filius Gabalæ aſſecutus eſt, & prœlio commiſſo ſuperavit, & occidit in agro Kanſcherin. Mortuus etiam eſt in hoc bello filius Harethi, & in æde mar-

Digitized by Google

martyrum ibi ſepultus. Anno Iuſtiniani 31 gravis terræ motus fuit, quo bini muri Conſtantinopolitani interior & exterior ſciſſi ſunt, et Regin urbs terra abſorpta eſt, ita ut locus eius lateret. Columna purpurea ante palatium poſita, cui effigies imperatoris impoſita eſt, in altum tollebatur, & in caput volutata terræ affigebatur, quæ poſtquam octo minutas quieverat, ebria fuit & vacillans, tanquam arbor ante ventum, dies decem. Poſthæc advenerunt copiæ Hunnorum & Slavorum, urbem regiam obſederunt, murum externum fregerunt (97) prædam egerunt, atque incenſis omnibus præfecturis & abductis, quotquot repererunt, abierunt. Poſtquam vero altera, imo tertia vice revertebantur, Romani valida manu eos in prœlio oppreſſerunt. Pauci eorum qui profugerant, ibi iterum non conſpecti ſunt. *Iuſtinianus* III. (98) annos 13. Hic conſobrinus ex ſorore fuit eius qui præceſſit, natione Thrax. Regnavit cum Sophia uxore ſua (menſe) Tiſchri ſecundo, quando diebus eius nulla erat miſeria, & propter virtutes eius malefici diminuebantur. Poſtea dolore pedum laborabat. Fuit iſto tempore Coſroes rex Perſarum. Initio quidem ambo pacis ſtudioſi erant, ita ut Iuſtinianus anno eius 2 Coſroi dona honoris ergo mitteret, quæ Ioannes Patricius Caloniceniſis pertulit. Quum vero Perſæ Armenos ad ignem adorandum ex more Magorum compellere vellent, Armeni a Perſis defecerunt & ad Romanos aufugerunt. Pax itaque ſoluta eſt. Nuncium enim hunc Coſroes Iuſtiniano miſit: non æquum eſt, ut populo, qui a rege ſuo defecit, opituleris, ſi „autem populum recipias, ille, quia terra, quam inhabitant, mea „eſt, ex terra mea migret.„ Iuſtinianus reſpondit: Populum Chriſtianum, qui cultum dæmonum evitaturus ad me fugit, in ma- Pag. 87.

 nus

Digitized by Google

„nus tuas non tradam. Quando vero illi mihi obtemperant: etiam „terra eorum mea eſt.„ Coſroes iterum ſcripſit: „Si neque po- „pulum neque terram dare velis: tributum quod reges veſtri (maio- „res tui) propter Armeniam olim ſolverunt, ſolvito. Iuſtinianus „perquam dure reſpondit: Etiam aurum, quod olim accepiſtis, exi- „go a vobis, & quomodo vos a nobis regionem ſeptentrionalem „expetitis, quum nos etiam Niſibin poſcimus, quia Romanorum eſt. „Ex pacto autem Perſis conceſſa erat, uti ſcriptum extat in archi- vis. Anno eius octavo Marcianum filium ſororis ſuæ (99) Cæſarem renuntiavit, illumque cum exercitu Romano ad oppugnandam Niſibin miſit. Poſtquam Daram oppidum venerat: miſit milites in terram Perſarum, qui prædati redierunt. Dux (100) Perſicus, qui Niſibi erat, ſtratagemate excogitato ad Marcianum egreſſus eſt, eumque quatuor menſes detinuit, quaſi regi ſuo conſuleret, Niſibin ultro reddendi; alias enim bellum oriturum. Qua quidem arte com- meatus Niſibin deportati ſunt, hortique circa urbem, quantum quis ſagitta iaculetur, abraſi, & Chriſtiani ex civitate expulſi. Im- perator igitur Marciano iuſſit, ut haud mora Niſibin obſideret. Iſte locum obſidens propugnacula & machinas contra eum erexit, turres altas fecit, magnaque vi urbem incluſit. Imperator vero propter cauſam, quam poſtea adducemus, Marciano ſuccenſuit, & Acaci- um hominem ferum & durum miſit, ut in locum Marciani ſufficere- tur. Hic Marcianum prehendit, & Daram miſit. Quod quum exercitus videret: credidit, imperatorem obiiſſe, & alium fortaſſe Romanis ſæviter imperare. Quare domiciliis ſuis relictis aufuge- runt. Perſæ igitur Niſibi egreſſi caſtra eorum populati ſunt. Coſ- roes vero quum audiret, Romanos fugiſſe, advenit, μηχανηματα, machi-

machinas & cetera inſtrumenta bellica, a Romanis relicta, cepit, & civitatem Daram oppugnavit. Poſtquam eam per ſex menſes Pag. 88. obſeſſam expugnare non valuit, ab incolis quinque talenta auri petiit, ut abiret. Puerulus autem quem miſerat, non indicavit illis (conditionem hanc). Quapropter Coſroes magis ſuccenſuit, & ope muli lignei Perſæ murum aſcenderunt. Romani ſeptem diebus dimicantes ne uni quidem Perſarum permiſerunt, ut in urbem deſcenderet. Coſroes igitur illis propoſuit, ut pacem componerent, quia ab utraque parte multi occiſi eſſent. Quum vero miſeri illi iuramento Perſarum crederent, armisque ſepoſitis partes permiſcerentur: Perſæ ſublatis contra Romanos manibus occiderunt 150000 homines, & in captivitatem abduxerunt 90000, collegerunt circiter 200 talenta auri. Obiurgavit igitur Coſroes gubernatores Romanos, o ſtulti, inquiens, quidni ex ducentis tradidiſtis quinque, ad liberandum omnes hos homines. Illi vero iuramento confirmarunt, puerum non indicaſſe, aurum exigi. Qua quidem re probata iratus in puerum oculos eius confodi iuſſit. Confeſtim miſit Coſroes Adarmanem ducem exercitus ad depopulandum & diripiendum Bethbaleſum, Kanſcherin & agrum Antiochenum. Quia vero tum temporis, quum rex Perſidos Apameam veniret, populus ei obviam ivit, urbem rex ingreſſus & epiſcopum ibi intuitus populum eius gratia non læſit: etiam nunc duci populus occurrit, albis veſtibus indutus. Ille urbem ingreſſus doloſe eam diripuit & combuſſit, abductis 492000 hominibus in Perſida. Hoc tempore Coſroes 2000 virgines ex captivis ſelegit, illasque ornatas ad Turcas, qui intra Perſida vivunt, miſit. Quæ quidem quum abeſſent quinque milliaribus ad Turcis, & ad fluvium aliquem magnum perveniſſent,

Digitized by Google

ſent, conſilium ceperunt, morti naulum ſolvendi, ne fidem animarum ſuarum & innocentiam corporum perderent. Data ſibimet invicem dextera a cuſtodibus Perſis petierunt, ut recederent, quia*) tentare volebant. Illi vero quia iuſſi erant tranquille eas deducere ne pulcritudo earum fœdaretur, ſeceſſerunt. Virgines igitur poſtquam ſigno crucis facies ſuas obſignaverant, invocarunt nomen
Pag. 89. Meſiæ, & ſemet ipſas in fluvium illum magnum proiecerunt; & merſæ ſunt. Cuſtodes, qui ad clamorem accurrerunt, easque merſas viderunt, quanquam conabantur, ne unam quidem earum ſervare potuerunt. His auditis imperator in Orientem proficiſci paravit, & ægritudine affectus inſanus factus eſt. Zacharias ad Coſroem miſſus eſt pacis componendæ gratia, qui apportavit 650 libras auri ad obtinendam pacem unius tantum anni. Quum vero interdum mens ſana imperatoris rediret, & ſui compos ſtatum ſuum gemebundus ploraret, ſuaſu primatum, ſcriptorem natione Græcum, cuius nomen erat Tiberius Thrax, adminiſtratorem imperii conſtituit, qui quidem Cæſar proclamatus eſt. Hoc tempore Coſroes ſuperbia invaluit, Armeniam petiit, rectaque contendit in Cappadociam, ut Cæſaream occuparet. Romani in Perſas irruerunt in monte Bagrava. Ille ſuperatus omne ſtudium adhibuit, ut patriam ſervaret. Profectus Sebaſtiam eam incendit, quia populus ei ablatus erat, quem Romani prehenderunt. Relicto igitur tentorio ſuo (πυλεων) omnibusque impedimentis aufugit. Romani diripuerunt caſtra eius & templum adorationi ignis ſacrum, qui ſolenni pompa portabatur. Coſroes circa Malatiam vires recuperans urbem incendit. Romanis eum denuo perſequentibus, multæ eius copiæ traiicientes fluvium Euphratem merſæ ſunt, & cum paucis ipſe evaſit.

Digitized by Google

evaſit. Legem tulit, ne rex ipſe prodiret, niſi cum rege dimicaret, quia Romani eum his verbis admonuerunt „nobis, qui ſervi regis „ſumus, turpe habetur, furum inſtar impie agere & incendere; „conſidera, quomodo in te cadat, qui rex ſis.„ Poſtea Romani victoriæ ſuæ confiſi equos in paſcuo libere vagari ſiverunt. Derepente advenerunt exploratores, (102) qui narrarunt, Perſas una cum Coſroe advenire. Vix ſibi proſpexerant, quum exercitus Perſarum ſubito occurrit, & impetu facto in Romanos irruit. Cœperunt igitur ſtatim effugere, Perſis inſequentibus, ſeque iis immiſcentibus. Collegerunt igitur arma, merces (103) & loricas, quas Romani proiecerant in fuga. *Cauſa iræ Iuſtiniani adverſus Marcianum* hæc fuit. Hoc tempore in duas partes diviſi fuerunt Tejenſes ſive Arabes. Mandar, filius Hareth, ſocius Romanorum fuit, qui æque ac exercitus eius Chriſtianus erat, Coboſus vero ſocius Perſarum. Quum Coboſus Tejenſes Chriſtianos invaſiſſet, omnemque eorum gregem una cum paſtore camelorum abduxiſſet: Mandar, copiis collectis, in eum irruit, & ſuperior factus cum præda ingenti & camelis rediit. Coboſus denuo invaſit, ſed victus eſt, & ad Perſas ſe convertit, ut copias adduceret. Mandar Iuſtinianum his de rebus certiorem fecit aurumque petiit, quod copiis daret, ut Perſas aggrederetur. Iuſtinianus vero animum induxit, Mandarem interficere, ſiquidem propter hunc virum Perſæ terras Romanas bello laceſſerant. Scripſit igitur Marciano, qui caſtra iuxta Niſibin poſuerat, ſe Mandari præcepiſſe ut ad eum veniret, tollendum eſſe eius caput, ſibique rem narrandam eſſe. Fertur binas epiſtolas ſcripſiſſe, alteram ad Marcianum, ut occideret, alteram ad Mandarem, ut Marcianum adiret, atque ex illo rem arcanam audiret, quæ epiſtolæ committi non poſſet. Scriba vero, quum uno tempo- Pag. 90.

re binas litteras deſcripſiſſet, & ſignaſſet, ex errore litteris ad Marcianum nomen Mandaris inſcripſit, illisque, quæ ad Mandarem mittendæ erant, nomen Marciani. Itaque hæ litteræ in manus Mandaris inciderunt, qui ira æſtuans pacem fecit cum Arabibus, qui a parte Cambyſi erant. Coniunctim igitur ditionem Romanam invaſerunt, ferro flammaque omnia vaſtarunt usque ad Antiochiam. Iuſtinianus igitur imperator credidit, Marcianum rem Mandari prodidiſſe. Quare iratus eum apprehendi iuſſit. Iuſtinianus vero, ſanæ mentis iterum compos, quum videret, morbum ſtranguriarum, quo laboraret, gravem eſſe, advocavit Tiberium Cæſarem, multaque verba præclara, quibus eum admoneret, in concione locutus eſt. ,, Intellige, *)
,,cui bono ſis & cui bono ego fuerim. Honora matrem tuam, quæ
Pag. 91. ,,fuit domina tua, hique omnes, qui adſtant, filii tui ſunt. Curam ,,age militum, ne ſanguinem fundere læteris, ne malum retribuas pro malo, ne imponat tibi veſtitus & ornatus ſplendidus regiæ dig-,,nitatis, ſicut etiam me ſeduxit. Profecto, ſi adhuc vixero, exuam illa ,,(de quibus tecum locutus ſum) multaque horum ſimilia.,, Tiberius ſe proſtravit, ploravit pilumque ſcidit. Poſtquam (imperator) iuſſerat, eum erigi: ipſe manibus ſuis veſtimenta ei induit, coronaque eum ornavit. Poſthæc vixit adhuc novem dies, obiit tandem oppreſſus dolore ſtranguriarum (104) qui tantus fuit, ut adſtantes obſecraret, gladium afferendi, quo eum interimerent. Hinc incipit Series nona, ab imperatoribus Romanis ad Græcos denuo (104[a]) translata.

## Dynastia IX.

*Tiberius* annos tres. Ad hoc usque tempus omnes imperatores Romani vel Franci fuerunt, quorum primus Auguſtus, poſtremus Iuſti-

Digitized by Google

Iuſtinianus erat. Licet enim lingua incolarum urbis & legis peritorum græca eſſet: reges tamen ipſi & milites Franci fuerunt. Ab hoc Tiberio deinceps fuit initium imperii ſecundi Græcorum. Erant enim elapſi anni 602, poſtquam regnum eorum primum deſiit, quod exorſum erat a Crono Macedone & finiebatur in Perſeo, (per ſeriem) 38 regum. Anno, quo regnare incepit Tiberius, qui C. 589.
fuit Græcorum 890 obiit Coſroes. Perſis imperavit Hormiſdas filius eius annos 12. Superbivit, vilipendit (105) neque teſſeram, qua initium regni ſui, uti mos eſt regibus, indicaret, Romanis miſit, ſicut etiam Tiberius, paucis ante diebus ad regiam dignitatem evectus Coſroi teſſeram miſit. Bellum intulit Armeniæ. Cyrus Pag. 92.
vero dux exercitus Romani copiis paratis primo diluculo in eum irruit, tanquam ignis in nemore relictus, magnam ſtragem fecit, & optimates nobileſque Perſas vinxit: quod Romanis magnæ conſolationi fuit. His quatuor annis quum Iuſtinianus (106) demens regnum adminiſtraret: Sophia, imperatrix, non permiſit, ut uxor Tiberii urbem regiam intraret: quod quum ei Iuſtinianus exprobaret, his verbis: „peccatum committis, quod quum iuvenis „ſit Tiberius & corpus eius impatiens abſtinentiæ, uxorem ab eo „cohibeas„, reſpondit: „Equidem ſana mente non deſtituta ſum, „ſicut tu, ut regnum meum durante vita mea alii traderem.„ Ita etiam mortuo Iuſtiniano rogavit Tiberius, ut uxorem adduceret, atque Sophiæ perſuaſit, ut adventum eius præciperet; at ne ſic quidem voluit. Quare Patriarcha Chalcedonenſis Tiberio conſilium dedit, ut repudiata ſua uxore Sophiam vel eius filiam duceret. Tiberius vero hoc ægre tulit atque indignabundus dixit. „Illi imperium „tradam, ſed legem non proculcabo„. Ille igitur ſe excuſavit,

 quod

quod optimates eum coegiſſent, ut ad conſervandam quietem imperii hoc conſilium proponeret. Sophia autem, quum hæc audiret, timida facta iuſſit uxorem Tiberii advenire. Ingreſſa eſt ſolenni pompa, atque a plebe Helene appellata eſt laudis ergo. Sophiam eiusque filiam Tiberius valde honoravit, earumque reditus auxit. Habitavit etiam in palatio earum. Mandar, filius Hareth, poſtquam compererat Tiberium imperare, Romam profectus eſt, quem quum imperator obiurgaret, quod Romanis opitulari deſiiſſet, oſtendit epiſtolam Iuſtiniani: qua viſa Tiberius miratus eſt, honorifice Mandarem excepit, pretioſaque dona ei dedit, (quibus acceptis) abiit. Poſthæc Monicus Cæſar Romanorum ad Tiberium imperatorem profectus eſt & Mandarem accuſavit Magnes dux quidam Syrus *) confeſſus eſt, ſe cum eo converſatum eſſe, quia eum diligebat, &
Pag. 93. in Syriam profectum Mondari ſcripſiſſe: „Rogo, ad me venias, „ut te incolumen aſpiciam, quia moleſtia itinerum defat igatus ſum; alias veniſſem te ſalutaturus.„ Qui quum confiſus amicitiæ credidiſſet, & adveniſſet, vinctus & ad urbem regiam miſſus eſt. Noamanes filius Mondaris coactis copiis agros Romanos vaſtavit, quanquam a cæde & incendio abſtinuit, quia pater eius vinculis conſtrictus erat. Magnes, maledictus ille, etiam huic imponere voluit, & iuramento dato pollicitus eſt, fore, ut ſi adveniret, patri ſufficeretur. Hic igitur adduxit iuvenem quendam, quem veſtimentis ſuis indutum dimiſit cum paucis (aliis). Quem quum videret Magnes, interrogavit, num Noamanes eſſet, & illo affirmante, atque dicente ſe eius iuſſu veniſſe, ſtatim iuſſit excubitoribus regiis, in vincula eum ducere. Tum ridendo per Meſſiam obteſtatus eſt, ſe non eſſe Noamanem. Quum igitur Magnes iuvenem Arabem occidere vellet: reſpondit iuvenis: „ non mihi do-

dolet, quia, niſi adveniſſem, a rege meo occiſus fuiſſem„. Quare eum pace compoſita (107) ſecum tenuit. Paulo poſt Magnes mortuus eſt. Noamanes de vita ſua parum ſollicitus Mauricium adiit, a quo benigne exceptus hoc promiſſum tulit iuramento confirmatum, ſe, ſi cum Perſis certare vellet, etiam patrem eius ab exilio liberaturum eſſe. Quum ei proponeretur, ut concilio Chalcedonenſi nomen addiceret: ſe eo excuſavit, quod omnes Arabum cohortes orthodoxæ ſint, a quibus ſi deficeret, interficeretur. Egreſſus Noamanes iuravit, ſe ultro Romanos haud iterum inviſurum eſſe. Quod quum Romani audirent, eum, dum adhuc in via erat, prehenderunt, atque pariter relegarunt. Diviſum eſt regnum Arabum in 17 principes, quorum multi Perſis adhæſerunt, alii vero Chalcedonenſibus. Alii proiectis armis habitarunt in civitatibus & oppidis terræ Sinear, Aſſyriæ & Syriæ, atque usque ad hodiernum diem orthodoxam fidem amplexi ſunt, ſicut illi qui Hadithæ & Hiti commorantur, atque in Arabia, & Kuritim agri Emeſſeni & Banbacheni atque in reliquis locis. Hoc tempore Perſa quidam vir aſtutus aſſerebat, ſe filium natu maiorem Coſrois regis eſſe, narrabatque, ſe quum Hormiſdam filium minorem exercitus regno deſtinarent, a patre, qui clementia movebatur, viatico dato, dimiſſum eſſe, ne occideretur. Ille venit ad copias Romanas in Armenia, promiſitque ſe regnum Perſicum Romanis traditurum eſſe, ſi imperator Romanus exercitum ei concederet. Qua de re Tiberius a Romanis certior factus valde lætatus eſt, & aurum atque veſtimenta regia miſit, mandavitque, ut inſigni pompa urbem regiam intraret. Poſtquam Chalcedonem pervenerat: miſit imperator gladiatorem (108) regis Perſarum, ut inveſtigaret, num revera ſit nec ne, qui quum eum vidiſſet & agnoviſſet, crinibus prehendit atque de throno deiecit his ver-

Pag. 94.



Digitized by Google

verbis: „ tunc (tanquam) nobilis ſedes in throno, magnatibus coram te ſtantibus „ ? Miſer igitur ille mortem veritus Chriſtianus factus eſt. Tum temporis exercitu Romano contra Perſas progreſſo ſub auſpiciis Mauricii Cæſaris populi barbari Avari, Sclavini & Longobardæ, poteſtati Chagani ſubiecti regiones Romanas depopulati ſunt. Etiam Adarmanes dux Edeſſam venit, iniectoque igni accendit templa, monaſteria, & oppida, quin cadavera captivorum, poſtquam occiſi erant, cremata ſunt, ita ut propter fumum magnum, qui vel ipſum ſolem obſcurabat, urbem expugnare poſſent. Poſtquam autem, urbe per triduum obſeſſa, audierant, Romanos & Arabes cum Mauricio coniunctos adventare, deſtiterunt, & Calonicum verſus profecti ſunt. Romani eos conſecuti multos eorum trucidarunt. Tiberius vero anno ipſius quarto morbo ventris laboravit, inteſtinis calore exuſtis (109). Moribundus dedit filiam ſuam Auguſtam coniugem Mauricio, qui Arabiſſi in Cappadocia natus erat, eique diadema impoſuit. Duobus poſt diebus mortuus eſt. *Mauricius* annos
Pag. 95. 20. Primo anno regni ipſius natus ei eſt filius ex Auguſta filia Tiberii, qui quidem filius Theodoſius porphyrogennetes appellatus eſt. Hoc tempore Romani a Mauricio defecerunt ſibique præfecerunt ducem Germanum: qua quidem re comperta Hormiſdas rex Perſarum promiſſionibus eos ad fœdus ſecum ineundum invitavit. Illi vero reſpuentes bellum ei intulerunt, captosque 3000 ſervos Perſas ad Mauricium miſerunt, ad veniam (παρρησια) impetrandam, ut poteſtati imperatoris iterum ſubiicerentur. Excepti ſunt cum lætitia, atque dona & res pretioſas imperator Germano dedit. Anno illius quarto Avari, populus deformis, prolixisque crinibus, ex Oriente proruperunt atque ex occidente Sclavini & Longobardæ.

In

In poteſtatem Chagani regis Chazarorum redacti binas urbes Romanorum multaque caſtella ceperunt. Niſi vero foſſa magna, quam imperator extra Adrianopolin fecerat, fuiſſet: Conſtantinopolin oppugnaſſent. Romani conduxerunt populum Antiochenum, qui in terram Sclavinorum irruit, eamque diripuit. Quod quum Slavini audiſſent, magna depopulatione in regione Romanorum facta, redierunt. Hoc tempore exierunt tres fratres ex Scythia interiore, una cum 30000 Scythis. Fecerunt iter duorum menſium tempore hyemali ad adipiſcendam aquam præcipue trans montem Ammonem. Pervenerunt ad fluvium Tanaim qui ex lacu Mæotide egreſſus ſe Mari Pontico immiſcet. Progreſſi deinde ad fines Romanorum, unus eorum, nomina Bulgarus accitis 10000 (militibus) Tanai traiecto caſtra poſuit inter duos fluvios Tanaim & Danubium, qui etiam ipſe in Pontum defluit. Mauricius, quem rogaverat, ut ſibi terram, ubi commoraretur Romanorum ſocius futurus, concederet, dedit ei Myſiam ſuperiorem & inferiorem. Hic igitur ſedem figentes propugnaculo Romanis fuerunt, qui Scythas illos Bulgaros vocarunt. Ceteri duo fratres in regionem Alanorum profecti ſunt, qui Barſaliæi (vocantur) vel in urbem Cappadociæ, quam portam Turcarum Bulgari & Panguri (Hungari) appellant, qui olim Chriſtiani fuerunt, & nunc ſecundum nomen fratris natu maioris Chazaræi appellantur. Anno Mauricii ſexto Priſcus dux Romanus cum magno exercitu in Perſidem deſcendit, ubi Romani ab eo ſeceſſerunt eumque non receperunt. Tum imperator denuo ducem conſtituit Philippicum maritum ſororis ſuæ, qui, poſtquam advenerat, multas victorias reportavit. Romani aſſueti perturbationibus propter Priſcum (ortis) etiam contra illum cœperunt doloſe agere, quin cogitarunt

Pag. 96.

tarunt imperatorem dimittere et alium creare. Quum ex Perſide reverſi Antiochiæ hyemarent: ingens terræ motus fuit, magnaque urbis pars concuſſa corruit. Diſperſi igitur ſunt milites circa urbem. Pœnituit equites, quod contra imperatorem rebellaſſent, & cum Philippico in gratiam redierunt. Concordia reſtituta audierunt, Perſas Neſibenos donis allexiſſe excubias Mephrakatenſes ad tradendam ſibi urbem, & tradendo illis urbem multos Romanos ibi periiſſe. Confeſtim igitur Philippicus & Romani Antiochia migrarunt Mephrakatam, qua quidem vi expugnata Perſas, qui ibi erant, occidit. Anno Mauricii octavo Perſæ ab Hormiſda rege eorum defecerunt, quem doloſe captum oculis privarunt. Mortuus igitur eſt. Decem menſibus poſt, qui eum propter multa eius flagitia interfecerant, elegerunt filium Coſroem ſucceſſorem, qui iis imperavit annos 38. (110) Bahramus, dux Perſicus, Coſrois partibus non addictus, una cum multo populo ab eo defecit. Tum Coſroes ad Romanos confugiens Mauricio clam (literas) miſit, quibus ſignificavit, ſe ad eum venturum eſſe, ſi permitteret. Mauritius hac de re lætatus eſt, reſponditque, ſe ei omni modo opitulaturum eſſe. Coſroes igitur hilariter ſe itineri accingens Edeſſam venit. Iohan-
Pag. 97. nes Heſaphenſis eum in domum ſuam recepit, & magno honore proſecutus eſt. Scripſit (Coſroes) ad Mauricium, ſe inſtar ſervi eius fore. Reſpondit Mauricius, ſe eum uti pater filium, honoraturum eſſe. Miſit igitur ad eum Iohannem ducem Thracum, cum exercitu 20000 militum & Anaſtaſium, qui Armenos & Bulgaros ſibi iunxerat ad numerum 20000. Miſit etiam 40000 talenta auri *) ad iter faciendum. His acceptis Coſroes in patriam rediit, ad quem acceſſit Hormiſan Perſa cum 10000 militibus. Rebelles, hac re nunciata, prœlium commiſerunt, ſed victi fugatique ſunt. Ducibus

bus eorum captis, & cæſis reliqui ad partes Coſrois tranſierunt. Illa autem dona multa Romanis dedit, inprimis dona valde inſignia, atque lapides pretioſos Mauricio miſit. Daram & Reſainam Romanis reſtituit. Petiit Coſroes a Mauricio, ut Mariam filiam Mauricii inter uxores reciperet. Epiſcopi cum ea (in Perſidem) deſcenderunt. Etiam filia Theodoſii paravit convivium lautum & ſplendidum, patriarcha coronam nectente. Struxit Coſroes tres ædes magnificas Deiparæ, apoſtolis, & Mar Sergio martyri, quas conſecravit patriarcha Antiochenus. Chriſtianiſmus per totam Perſidem propagatus eſt. Mauricius animo elatus ſprevit copias Romanorum, & ſtipendia eis non dedit. Scripſerunt igitur illi, ,, Deus pacem ,,in diebus tuis conceſſit. At pax equites non alit. Si quod illis ,,debetur, non acceperint & quia bellum non exarſit, nobis ſtipendia recuſaveris: ecce tibi bellum indicimus,,, Illo nihilominus eos contemtui habente Patroſum fratrem eius rogarunt, ut illis imperaret: qui quidem abnuit, ad Mauricium aufugit & rem nunciavit. Mauricius timore perculſus fugit & Chalcedone occultatus eſt. Exercitus vero regiam urbem ingreſſus, Mauricio non invento, ſenem quendam ignobilem, cuius nomen erat Phocas, imperatorem ſibi præfecit. Egreſſi invenerunt Mauricium, quem in urbem adductum, filiis eius antea coram eo trucidatis, interemerunt. *Phocas* annos octo. Coſroes, rex Perſarum, fama perlata, Mauricium eiusque filios occiſos eſſe, nigra veſte indutus eſt ipſe & magnates eius, & eiulatum edidit. Declarans vero, iuſtum eſſe, ut ab iis, qui ſocerum bene de ſe meritum occidiſſent, vindicta ſumeretur, inſidias (111) ſtruxit, ut regno Romanorum potiretur. Coacto exercitu, Daram cepit, profectus inde Tarabdinum iuxta arcem Caiphæ biennium commoratus eam ex- Pag. 98.

 pug-

Digitized by Google

pugnavit, Romanis, qui ibi erant, occiſis. Ita etiam ubique locorum, neminem, Romanis exceptis, laceſſerunt. Romani, qui Mardini erant, hæc audientes caſtellum reliquerunt & fugerunt. Monachi igitur congregati ſunt, intrarunt, & Baſilium epiſcopum Caparthuthenſem interrogarunt, num permitteret, Perſas occidendi.
C. 607. Anno 918 arx valida Mardinum Perſis tradita eſt, item Amida. Fuit hiems gravis, & Euphrates glacie conſtrictus eſt. Duobus annis poſt Perſæ, traiecto Euphrate, ceperunt Mabugum, Kenſcharin, Beroeam, & Antiochiam. Fertur, Coſroem, quum Edeſſæ dominaretur, uxorem Iohannis Reſaphenſis, a quo magno honore exceptus & in cuius domum olim admiſſus erat, captivam abduxiſſe in Perſidem, & tormentis cruciatam occidiſſe. Ratio huius rei hæc redditur. Quodam die quum in domo Iohannis epularetur, dixit ei, morem eſſe Perſis, ut, quando rex in ædes cuiusdam optimatum ingredi dignaretar, domina domus egrederetur & eum honorifice exciperet, illique ſaltem unum poculum infunderet. Iohannes autem quum timeret eum offendere, voluntati uxoris rem commiſit. Illa autem abnuit & reſpondit. ,, Revera debe-,,mus propter capita noſtra eum honorare, quia rex eſt magnus. At ,,nobis Syris non in more poſitum eſt, ut mulieres convivio virorum in-,,terſint. Quare nemo mihi vitio vertet, quod erubui perſuaderi.,, Accuſator autem quidam ad iram provocavit Coſroem dicendo: ,, Con-,,temſit te, ſiquidem verſus te non egreſſa eſt, quin affirmavit: *) pœ-,,nituit eum, id eſt, intellectus eius ſuper hac re e faſtigio ſuo deturba-
Pag. 99. ,,tus eſt.,, Hæc fuit cauſa, quod ira exarſit. Quum Perſæ regiones depopularentur, Phocas intus optimates occidit, donec filios principum bellicoſorum deleret. Tum patricii duo fortes Gregorius & Heraclius in Africa ſocietate iuncti ſunt, filiosque ſuos cum exercitibus

Con-

Digitized by Google

Conſtantinopolin miſerunt. Quod cum audirent incolæ urbis, gaviſi ſunt, et obviam facti pompa eos adduxerunt. Phocas interfectus eſt. *Heraclius* annos 32. Ad regiam dignitatem evectus legatos ad Coſroem miſit, qui ſignificarent, ſe Phocam, quia Mauricium amicum Perſarum occidiſſet, interfeciſſe. Adulationibus huiuſcemodi credebat, reconciliationem fore. Coſroes autem non ſolum non reconciliatus eſt, ſed mala addidit. Anno primo Heraclii Antiochiam cepit, & anno ſequenti Bahramus dux eius Cæſaream Cappadociæ, unde multis cæſis, prædaque abacta rediit. Anno 4 Heraclii Romizan dux eius, cognominatus Sarbarzas i. e. aper ferus, Damaſcum occupavit. Anno inſequenti potitus eſt Galilæa & regione Iordanica, anno ſequenti cepit Hieroſolyma, ibique occidit 90000 homines. Primo quidem cum Iudæis pax compoſita eſt, at poſtea tamen omnes in Perſidem abducti ſunt. Anno proximo Sarbarzas in Ægyptum profectus Alexandriam cepit aperuitque & ſubegit Libyam usque ad fines Æthiopum. Eodem anno Schahin Perſa Chalcedona cepit omnesque eius incolas trucidavit. Hoc modo Perſæ occuparunt regiones a littore maris Pontici usque ad Orientem. Hinc incipit Series decima, quæ a regibus Græcis ad reges Arabes deducitur.

## DYNASTIA X.

Pag. 100.

*Expletis 12 annis Heraclii celebrari cœpit Mohammedes.* Etiam computus annorum lunarium Arabum ab hoc anno incipit, qui reſpondet anno 6130 ab Adamo, anno 933 Græcorum, atque anno 604 a ſalvatione. C. 622.
Anno primo Arabum Sarbarzas cepit Ancyram, & ſequenti Rhodum. Anno quarto Arabum Sarbarzas & Cardiganus Conſtantinopolin obſederunt. Copiis eorum in Thraciam traiectis a plaga occidentali Conſtantinopolin arcta obſidione cinxerunt. Subito tamen urbs reſo-

refocillata eſt hac de cauſa, quod Coſroi narrabatur, Sarbarzas te vilipendit et contendit, a ſe, non a te, victoriam reportatam eſſe, de qua gloriaris: Quare Cardigano mandavit, ut caput Sarbarzæ tolleret, at legatus (qui mandatum iſtuc ad Cardiganum perferret) a Romanis prehenſus eſt. Rem compertam Heraclius clam Sarbarzæ narravit, & iuramento præſtito eum ad ſe accerſivit. Poſtquam advenerat, & legato epiſtolaque viſa, rem ita eſſe ſibi perſuaſerat: doloſe epiſtolam immutavit, illique adiecit, præterea 300 optimates, qui cum Sarbarza eſſent, occidendos eſſe. Hanc igitur ſumſit egreſſusque eam prælegit Cardigano & exercitui. Cardigano dixit: te decet hoc agere. Optimates autem exacerbati ſunt, &, ſpreto Coſroe, cum Heraclio pacem inerunt, filiisque ſuis ad confirmandum pactum in obſidum locum datis abierunt. Heraclius Chaganum regem Chazarorum rogavit, ut ſibi mitteret 40000 hominum ad bellum movendum contra Perſas. Pollicitus eſt, filiam ſuam Eudoxiam ſe ei nuptui collocaturum eſſe. Coſroes poſtquam audive-
Pag.101. rat, Sarbarzam defeciſſe, & Heraclium bellum inferre, deſpondit, commotus eſt, & copias, quantas potuit, coegit, quibus Ruzbihanem præfecit. Prœlio conſerto inter Perſas & Romanos, Perſæ ſuperati ſunt, & Ruzbihanes cæſus eſt. Nuncio huius rei allato Coſroes ex Scythia, ubi caſtra poſuerat, aufugit, quem Heraclius perſecutus gazam & opes eius cepit. Sirin filius Coſrois e cuſtodia, in quam pater eum coniecerat, ſe proripuit, et Coſroem patrem ſuum perſecutus eſt, eumque interemit, atque poſt eum novem menſes regnavit. Quum Heraclius ad hiemandum Edeſſæ rediiſſet, Sirin litteris miſſis indicavit, patrem ſuum peremtum eſſe, pacemque cum eo iniit (hac lege), ut Perſæ ex regionibus Romanorum exce-

excederent. Sirin poſtquam menſes 9 regnaverat, mortuus eſt. Ei in regno ſucceſſit Ardeſchir, quem poſtquam unum annum & menſes novem regnaverat, pariter Sarbarzas occidit. Hic igitur regno potitus fœdus firmavit. Anno ſexto Arabum dimidium ſphæræ ſolis lumine defecit tenebræque ortæ ſunt a Tiſchrin priori (Octobri) usque ad Chaziram (Iunium) ita ut homines dicerent, ſphæram ſolarem non reſtitui. Fuit morbus tumoris in Palæſtina, multique homines perierunt. C. 627. *Sectio.* Affirmant ſcriptores, Heraclium, imperatorem, quum eum infeſtarent copiæ Arabico - Teienſes, locaque occuparent, coegiſſe omnes epiſcopos, ſummos ſacerdotes & reliquos proceres, eosque hoc de negotio interrogaſſe, undenam & quinam ſint illi. Poſtquam eorum quisque reſponderat, prout mens eius rem aſſecuta ipſique res diſceptanda relicta erat: ita fatus eſt: video populum, qua res geſtas, arma, (112) & confeſſionem ſimilem eſſe auroræ matutinæ, (113) vario colore diſtinctæ, in quam tenebræ perfectæ non cadunt, quæque luce clara & ſplendida deſtituta eſt. Rogatus verba explicare reſpondit, a tenebris eos ideo remotos eſſe, quia adoratione idolorum reiecta unum Deum colant, carere autem luce perfecta, quia procul abſunt neque conſummati ſunt in luce fidei noſtræ Chriſtianæ, & confeſſionis orthodoxæ: quæ quidem Pag. 102. explicatio concioni placuit. *Narratio de confeſſione Arabica, quæ hoc tempore innotuit.* (114) Quum Mohammedes adhuc iuvenis eſſet, Abdallah pater eius mortuus eſt, atque Abutaleb patruus eius eum educavit. Duxit uxorem viduam nomine Chadijah, quia dives erat. Huius facultatibus & camelis mercaturam exercuit atque Iatrebo (Medina) patria ſua in Palæſtinam profectus eſt. Quum videret terram Palæſtinenſem bonis præditam, et ex Iudæis, quibuscum con-



Digitized by Google

verſabatur, diſceret, ideo, quod uni Deo (crederent) & cultum idolorum reiicerent, Deum illis terram hanc promiſſam dediſſe: etiam ipſe eadem de cauſa (doctrinam) hanc deſideravit, & popularibus ſuis perſuadere cœpit. Anno ætatis eius 49, fama perlata ad principes Meccanos doctrinam peregrinam inter eos ſpargi, perſecuti eum ſunt, quin cædem minati, niſi ab ea deſiſteret. Ille vero inde effugit, & in aliam urbem profectus eſt, nomine Iatrebum. Medinenſes obviam ei facti receperunt eum, & promiſerunt, eum in quacunque re a ſe adiutum iri. Hinc appellati ſunt Anzar i. e. opitulatores. Docuit eos unum Deum confiteri, & falſos Deos relinquere, hortatus eſt ad munditiem & loturam corporum, quia Arabes tunc valde deteſtandi erant. Ex illis ſibi cohortem fecit, & tanquam exploratores in Palæſtinam miſit. Quum aliquoties cum illis iviſſet, & ſuperiores facti feliciter rediiſſent, onuſti divitiis & opibus: toto corde ei adhæſerunt. Etiam alii multi, qui de victoria & divitiis audiverant, lubenter ſe ei ſubiecerunt. Quum vero ſectatores eius augerentur, non ipſemet amplius ad prædandum egreſſus eſt, ſed alios miſit, qui copiis præeſſent, ipſo in patria ſua honorifice commorante. Quicunque doctrinam eius non amplectebatur, eum non perſuaſione, ſed gladio convertebat. Aſſeclis autem ipſius non ſolum cupiditates carnales & polygamiam cum mulieribus ingenuis & concubinis & libertatem uxorem repudiandi,
Pag. 103. quotieſcunque vellent, aliamque ducendi, & licentiam celebrandi ieiunium diurnum quotannis uno tantum menſe, totaque nocte usque ad diluculum comedendi, conceſſit, ſed etiam affirmavit, Deum in mundo alio poſt reſurrectionem futuro flumina melle, lacte & vino repleta, arbores fructibus deſiderabilibus onuſtas, accubitus ſuper le-

lectis aureis, & ſtratis æneis atque cypreſſinis, item coniugia cum mulieribus, quæ vel ſolem pulcritudine ſuperarent, iis, qui doctrinam eius confiterentur, paraviſſe. Poſtquam decem annos & duos menſes vixerat, ex quo vaticinatus erat: regnum ipſius ab alio ad alium tranſiit, crevit, extenſum fuit, & comprehendit multas regiones Romanorum totumqe regnum Perſarum. Orti ſunt in illis philoſophi, mathematici, & medici, qui acumine intellectus antiquos ſuperant, (115) non alia fundamenta iaciendo, ſed ſuper* ſtructura Græca ædificia condendo ſapientia excellentia, quæ dictione perquam eleganti magis adhuc commendantur, atque diſquiſitiones valde acutas, ita ut nos, * qui ab iis ſapientiam accepimus per interpretes, qui omnes Syri ſunt, cogamur eos de ſapientia interrogare. Primaria vero capita legis ſuæ, id eſt, regulas de matrimoniis, diſcriminibus, lotura, qualitate precum, quantitate eleemoſynarum, ſpeciebus mercium, mutuis, diviſione hæreditatum, et manumiſſione ſervorum, hæc omnia ita late pateant, ut ſi quis eorum totam vitam in iis explicandis conſumſerit, tamen quæſtiones & reſponſiones iis contentas, prout decet, definire nequeat. Agitatæ ſunt inter illos hæreſes multæ. Fertur etiam ille dixiſſe, gentem ſuam in plus quam 70 partes ſciſſum iri, quarum una ſervaretur, reliquæ igni traderentur, ſiquidem una placita eius ſecuta ſit, reliquæ quæſtiones novas. Quia circa regiam dignitatem diſſentiebant, fuerunt, qui principatum primarium, extincto propheta eorum, filio patrui eius & genero eius Ali et, his mortuis, filiis eius tribuerent, alii vero Abubecro ſocero eius primarium, Ali vero quartum. * In diſſenſionibus circa res fidei verſatis fuerunt, qui affirmarent, Deum, cuius benignitas laudetur, corpus eſſe, & corporaliter germinibus corporalibus, quæ cælo

&

Digitized by Google

Pag. 104. & terra maiora ſunt, incubuiſſe. Alii (116) eum corporalem eſſe negant, quanquam conſpiciendum ab oculis corporalibus viderunt eum iuſti in * loco ſtato. Fuerunt, qui dicerent, verbo æterno eum locutum eſſe, & vitam æternam degere. Alii autem, quos perſonalitatis a Chriſtianis aſſertæ pudebat, * non potuerunt cogi ad dicendum eum loqui nonniſi in verbo & vivere nonniſi in vita. Fuerunt qui dicerent, peccatorem a Deo creatum eſſe, ut peccaret atque in Gehenna ureretur, iuſtum autem, ut iuſte agat et in paradiſo ſuavitate perfundatur, neque quæſtionem moveri, quare ita ſit, neque homini competere imperium in ſemet ipſum. Alii vero libertatem eodem modo ac Chriſtiani aſſerunt. Ne vero a propoſito deflectamus, ad hiſtoriam noſtram revertamur. Et quum regnum Arabicum depulerit Romanum e regionibus noſtris, res in illo geſtas exponemus, uti ſive lectione ſive fama de iis perſuaſi ſumus. *Abubecrus* annos 2. Miſit quatuor duces in Palæſtinam, Ægyptum, Perſidem & Arabiam contra Arabes Chriſtianos. Qui in Palæſtinam contendit, Cæſaream oppugnavit. At Sergius Patricius coegit exercitum e Romanis et Samaritanis conflatum circiter quinque millia peditum. Arabes in Romanos incurſantes vicerunt, & omnium primos Samaritanos fugarunt. Patricius vero quum videret, populum, quem ſecum adduxerat, profligari, fugit. Arabes igitur Romanos perſecuti ſunt, &, tanquam meſſores ſpicas, abſciderunt. Accidit, ut Sergius equo decideret; at ſervi eius coniunctim illum equo denuo impoſuerunt. Quum iterum caderet, eodem modo iterum impoſitus eſt. Quum tandem tertia vice lapſum tollere vellent: dixit iis: „proripite vos, meque relinquite, ut ſolus moriar neque „vos mecum„. Itaque Arabes eum invenerunt, occiderunt, &, victo-

victoria reportata, redierunt. Similiter ii, qui reliquos adorti erant. Timor igitur eorum omnes reges perculit. Hoc tempore egreſſi ſunt Perſæ ex Ægypto, Palæſtina & omnibus regionibus Romanorum. Sar- Pag. 105.
barzas Heraclium rogavit, ut ſibi copias mitteret, dein Cardiganum interfecit. Regnavit annum unum, et eo cæſo Perſis imperavit Borame filia Coſrois paucos menſes. Mortua eſt & ſoror eius Zadimidachta regnavit. Intra duos annos multi regnarunt. Hoc tempore Edeſſeni, quum Coſroes appareret, Edeſſeni ex Perſide redierunt. Heraclius legem transgreſſus Martinam filiam fratris ſui matrimonio ſibi copulavit, ex qua genuit Heraclionam filium illegitimum. Hoc tempore terra concuſſa eſt menſe Elul (Septembr.) & apparuit ſtella in cœlo, quæ a meridie ad ſeptentrionem proceſſit, ſimilis haſtæ, & * coronæ, per 30 dies, quæ aperte indicavit victoriam Arabum. *Omar filius Chattabi* annos 10. Hic exercitum in Arabiam miſit & Baſſoram diripuit. Inſequenti anno exercitum in Perſidem miſit. Quum Perſæ diviſi eſſent, alii Iezdegerdem filium Coſrois, alii Hormiſdam ſequerentur: Arabes eos ſuperarunt, & Hormiſda occiſo, Iezdegerdes regnavit. Heraclius vero copias duce Theodorico fratre ſuo Arabibus oppoſuit. Quum veniſſent in agrum Antiochenum ad oppidum Guſith: erat ibi ςυλιτης quidam Chalcedonenſis, qui Theodorico dixit: „promitto te deleturum eſſe domum Severi, egoque tibi victoriam „ſpondeo „. „Ille vero reſpondit, mihi, vel te tacente, propoſitum erat Iacobitas perſequi. „ Quum vero contra Arabes progrederentur: copias omnes pedeſtres in vicinitate Arabum poſuerunt, & acie contra ſe invicem explicita tanquam rami viles ab Arabibus abſciſſi & conculcati ſunt. Reliqui fugerunt. Arabes proculcato pedeſtri exercitu locupletati ſunt auro, argento, ſervis & opibus, quas invenerunt. An-



Digitized by Google

no quarto (117) Omaris. Baanes dux Romanus, item filius Sarbarzæ Perſæ, qui patre cæſo, ad Romanos confugerat, et imperatoris ſacellarius, qui Edeſſæ erat, coegerunt 60000 equitum, & Arabes in agro Emiſſeno adorti ſunt. At Romani victi ſunt & 40000 eorum perierunt, quorum multi fluvio Iarmucho merſi ſunt. Filius Sarbarzæ vero, qui vitam ſervarat, ab Omaro petiit, ut ſibi copias daret, quibus Perſas ei ſubiecturus ſit. Filiæ autem Coſrois, quæ captivæ apud Arabes tenebantur, indicarunt Omaro, quidquid Sarbarzas & filius eius Coſroi filiisque eius fecit, & hortatæ ſunt, ne doloſorum horum hominum verbis ſibi imponi patiatur. Omarus, harum verbis fide habita, miſit, qui filium Sarbarzæ cruci affigerent. Ipſe Damaſcum venit & quum Damaſcenis gratiam pollicitus eſſet, portas ei aperuerunt. Hinc miſit Chaladum cum exercitu in ditionem Halebi & Antiochiæ, qui multos homines perdidit. Quum in cœnobio S. Simeonis Stylitæ, viri, fœminæ, iuvenes & virgines ad feſtum conveniſſent: Arabes incurſione facta eos omnes abduxerunt. Eodem tempore Saadus Iatrebum venit, & caſtra poſuit iuxta Cupham, quæ eadem eſt cum Acula. Similiter Iezdegerdes copias miſit Caſtris iuxta Euphratem collocatis. Perſæ exploratorem Arabem miſerunt, qui Arabes exploraret. Hic quidem appropinquans quum videret Maadenum quendam mingentem & panem mandentem, eum interrogavit lingua Saracena: quid facis? Maadenus reſpondit: id quod ipſe vides. Vetus enim egero & Novum ingero. „Statim reverſis Perſis indica„vit, populum, quem viderit, inermen eſſe & nudum, at valde bellicoſum. Narravit etiam duci, quod audiverat, & a Deo victoriam iis concedi. Acie inſtructa Perſæ victi, & usque ad Cteſiphontem iuxta Tigrim fugati ſuut. Miles quidam ex copiis Perſicis fugit Maade-

Pag. 106.

denum quendam, qui eum inſequebatur. Poſtquam in pagum vicinum intraverat, occultavit eum homo ruſticus, qui quum videret Maadenum, qui perſecutus erat, nudum & virgam tantum manu geſtantem, acceſſit ad Perſam, eumque obiurgavit: quomodo tu in-„dutus lorica, & armatus nudum iſtum fugiſti?„ quidni rediiſti, Pag.105.
„eiusque caput ſuſtuliſti?„ Perſa ruſtico reſpondit. „Adduc mi-„hi velum.„ Quod cum adductum eſſet, immiſſa ſagitta, perfodit, hæc ſubiiciens: „Quotiescunque ſagittam hoc modo, ut ipſe vidiſti, „in Maadenum emiſi, omnia tela vola ſua collegit, tanquam mu-„ſcas.„ Iezdegerdes igitur, alio exercitu iterum coacto in Arabes iuxta Euphratem incurſavit. Victores Arabes Cteſiphontem venerunt, & theſauros incolasque urbis diripuerunt. Tertia vice Gaulæ cum Arabibus pugnavit & victus eſt, quarta ad montem Mediæ in Arabes irruit, & fractus eſt. Hi quidem quatuor exercitus uno anno coacti ſunt. Tandem deſperans Iezdegerdes ad fines Turcarum in regione Segeſtanæ abiit, et poſtquam ibi quinque annos occultatus erat, cæſus eſt. Deletum igitur eſt regnum Perſarum, quod Saſanitarum vocatur. Inceperat ab Ardaſchiro filio Babechi anno Græcouum 538 (C. 227) & finierat anno Græcorum 956 (C. 645.) Similiter Heraclius, re deſperata, Antiochia Conſtantinopolin migravit, dicens: σωζε Syre i. e. mane in pace o Syre; copiisque interdixit, quo minus Chriſtianos huius regionis deprædarentur. At magis quam Arabes, Romani hi abegerunt, quicquid invenerunt. Heraclius ad omnes Romanos in Meſopotamia, Ægypto & Armenia ſcripſit, neminem in poſterum cum Arabibus dimicaturum eſſe, ſed tantum eum, qui excubias agere poſſit, in loco ſuo (adventum eorum) expectare debere. Quum Omarus Ægyptum

 inva-

invaderet, obviam ei ivit Cyrus epiſcopus Alexandrinus, qui poſtquam pactus erat, ſe ſingulis annis 200000 denariorum daturum eſſe, ſi Arabes Ægyptum non intrarent, Omarus in ſe recepit & non intravit. Heraclius hæc audiens indignatus eſt, quod vi non coactus Arabibus aurum dederit. Commiſit igitur Ægypti adminiſtrationem Emanueli, Armeno. Legatis Arabibus adventantibus, ut au-
Pag. 108. rum acciperent, Manuel reſpondit, quum eos coram exercitu Babyloniæ, id eſt, Foſtati dimitteret: „ego non tunica amictus ſum uti „Cyrus ille, ut vobis aurum darem, ſed armis.„ Poſtquam legati inanes redierant: Omar bellum movit, Manuel vero timore percitus Ægyptum reliquit & aufugit. Potiti igitur ſunt Arabes Ægypto.
C. 635. Anno 15 Arabum venit Omarus in Palæſtinam. Obviam ei ivit Copronius (Sophronius) epiſcopus Hieroſolymitanus, cum quo de tota regione pactum iniit ſigillo confirmatum, & quod Iudæis non liceat Hieroſolymis habitare. Hieroſolyma ingreſſus in loco templi Salomonis condi iuſſit ſacellum precandi ergo. Quum epiſcopus videret, Omarum veſtimentis ſordidis indutum eſſe: valde eum rogavit, ut veſtem unam & ſindona e manibus ſuis acciperet. At ille noluit, quamvis ipſi afferrentur. Erat homo iuſtus & ab avaritia alienus, qui quanquam omnibus Perſarum & Romanorum theſauris imperabat, veſtem pelliceam priorem non mutavit. Illinc tranſiit in urbes Syriæ & omnibus captis Euphratem traiecit in Orientem. Egreſſi ſunt Edeſſeni & pro urbe ſua deprecati ſunt. Arces & monaſteria, quæ non ceſſerunt, vi expugnavit, Romanis trucidatis, qui ibi erant. Anno 19 Arabum præcepit Omar, ut deſignarentur in cenſum omnes regiones, quibus potitus erat. Eodem anno, qui eſt Græcorum 951 mortuus eſt Heraclius, & Conſtantinus filius eius natu maior regnavit

Digitized by Google

4 menſes. Veneno eum ſuſtulit Martina uxor patris eius, ut ſufficeret filium ſuum Heracleona minorem, qui etiam vocatur David novus. At diſplicuit ſenatui, qui, abdicato Heracleone, Conſtantem imperatorem creavit, filium (nuper) occiſi. Hic interfecit duos avunculos & Martinam uxorem Heraclii. Omar vero regnavit annos 12. Servus quidam (118) qui dominum ſuum apud Omarum accuſaverat & ab eo neglectus fuerat, gladio ventrem eius confodit, dum precabatur, itaque obiit. *Othman* annos 12. Quum cœperit avarus eſſe, ſibique aurum colligere: Arabes ad eum occidendum congregati ſunt. Poſtquam pollicitus erat ſe eodem modo ac reges ante eum rem publicam adminiſtraturum eſſe: reliquerunt eum. Miſit Saidum filium ſuum, ut Pag.109.
regem Perſarum perſequeretur. Iezdegerdes, quinquennio poſtquam in Segeſtana occultatus erat, egreſſus eſt & Cupham venit. Saidus autem Maruam contendit, tota Perſide ſibi ſubiecta. Iezdegerdes veritus, ne proderetur, ſe in molendino abſcondidit, ubi Turca quidam eum occidit. Hoc tempore Moawias dux Arabum Cæſaream Palæſtinæ arcta obſidione mari terræque cinxit, & ab initio Canunis prioris (Dec.) usque ad Jor (Majum) eam oppugnavit. Quanquam 72 fundæ contra murum iactæ ſunt: ille tamen non diſruptus eſt. Tunc, rima facta, Arabes intrarunt. Alii ſcalis murum aſcenderunt. Triginta dies ſuper muro Arabes manſerunt, neque in urbem deſcendere potuerunt. Quum tandem Arabes prævalerent: Romani 70000, qui urbem cuſtodiebant, navibus evaſerunt. Moawias divitias, quæ ibi erant, deprædatus eſt, & ab incolis tributum exegit. Illinc Arabes in Ciliciam contenderunt, venerunt ſubito Ochitam &, occupatis portis eius, collegerunt theſauros, atque principes tormentis vexarunt, ut quicquid abſconderint, indi-



Digitized by Google

carent. Omnem populum, viros, mulieres, & adoleſcentes in ſervitutem abegerunt. Etiam in templis impie ſe fœdarunt. Anno
C. 647. Arabum 25, qui eſt Græcorum 958 defecit Gregorius Patricius Africæ a Conſtante. Arabes igitur inſidioſe agentes Africam invaſerunt, & quum copiæ Patricii inferiores eſſent, Arabes omnibus urbibus maritimis potiti ſunt. Gregorio iterum Conſtanti ſubiecto, Moawias exercitum ſuum in duas partes diviſit, quarum alteri præfecit Habibum Syrum hominem impium, qui quidem in Armeniam hieme miſſus eam invaſit. Arabes, hominibus in captivitatem abductis, cæſis viris, in quos incurrebant, & urbibus incenſis redierunt. Alter exercitus, duce Moawia, tendebat Cæſaream Cappadociæ. Arabes per anfractus tranſeuntes pagos invenerunt, bonis affluentes, quibus miſſis Cæſaream oppugnarunt. Quum autem eam decem diebus obſeſſam capere non poſſent: diripuerunt to-
Pag. 110. tam provinciam, qua nuda relicta abierunt. Paulo iterum eam obſederunt per multos dies. Cæſareenſes autem quum viderent, motus cieri, neque ſoſpitatorem adeſſe: ad ſervandam vitam colloquio inſtituto, egreſſi ſunt principes, pactumque inierunt, tributum ſolvendi. Arabes qui ingreſſi videbant pulcritudinem ædificiorum, & multitudinem divitiarum, pœnituit iuramenti præſtiti. Attamen iuramentum revocare non potuerunt. Profecti inde in regionem Amurenam, (Armenam) quum urbem expugnare non poſſent, agrum eius arboribus conſitum devaſtarunt. Anno Græcorum 960
C. 649. Moawias exercitum coegit, adduxit naves 1700 & Alexandria, traiecto mari, in inſulam Cyprum contendit. Incolæ inſulæ admoniti ſunt, ut pro vita paciſcerentur. Quum vero nollent, invaſerunt milites, diripuerunt, & deprædati ſunt, quin turpia facta in ædibus epiſco-

Digitized by Google

epiſcopalibus commiſerunt. Abierunt tandem. Paulo poſt Abu Alur alius dux ſecunda vice Cyprum invaſit, totamque inſulam diripuit, quin ex fiſſuris terræ homines iterum producti ſunt. Ex urbe Pathos, quam oppugnaverat, deportavit aurum & argentum quod ibi invenit. Homines autem non læſit, quia pro vita ſua pacti erant. Poſthæc Moawias obſedit Aradum urbem, quæ pariter inſula eſt. Ea expugnata, incolisque inde migrare iuſſis, urbem diruit, ut ne amplius habitationi eſſet. Anno 965 Abu Alur & exercitus eius inſulam Cos dolo epiſcopi, qui ibi erat, ſubegerunt, præda abacta, hominibus cæſis, et arce deſtructa. Petiit inde Cretam, diripuit Rhodum eamque devaſtavit. Coloſſus æneus, qui ibi erat, funes multos hominibus illi applicantibus, deiectus eſt, ex quo 3000 pondera æris Corinthiaci appenſa vendita ſunt mercatori Iudæo Emeſſeno. Anno 37 Arabum Moawias naves paravit, quibus Conſtantinopolin appellerent. Duo viri Zelotæ Tripolitani cum aſſeclis eorum naves Arabum incenderunt. Multi Arabes perierunt, reliqui navibus longis (119) mare traiecerunt & ad Romanos aufugerunt. Tum Moawias iratus eſt, & Alurum cum exercitu miſit, qui quum ad locum venirent Phœnicen appellatum, inveniebant ibi imperatorem Conſtantem eiusque fratrem Theodoſium. Quum parati eſſent ad dimicandum poſtero die: dormivit Conſtans imperator viſusque eſt ſibi in ſomnio Theſſalonicæ eſſe. Interpres ſomniorum, cui ſomnium narratum eſt, reſpondit: „* Impertiam tibi o imperator te non dormiviſſe, „neque ſomnum hunc vidiſſe. Theſſalonice explicandum eſt θὲς ἄλλῳ „τὴν νίκην i. e. cede aliis victoriam.„ Imperator vero, contemta ſomnii explicatione, claſſem ad prœlium maritimum inſtruxit, Romanique victi ſunt. Ipſe imperator occiſus eſſet, niſi filius eius * Bucen-

C. 654.

Pag. 111.

centorus in navem regiam ſaliiſſet, & imperatorem ad aliam navim, ut ſervaretur, abripuiſſet. Ipſe in nave regia manſit, multiſque cæſis tandem trucidatus eſt. Conſtans autem & frater eius in urbem regiam fugerunt. Circiter 20000 cadaverum Romanorum inventa ſunt, quæ ſuper mari nataverunt. Quum iterum Arabes ſe accingerent Conſtantinopolin contendendi: Ptolemæus egreſſus eſt, & dato auro pacem compoſuit in tres annos. Conſtans quia fratrem ſuum Theodoſium occidit, odio habitus eſt ab exercitu ſuo. Timuit igitur & Romam profectus eſt. Quum autem (ibi) cunctaretur: fremuerunt contra eum milites dicentes: „Parum convenit imperatori, ut Romae commoretur, quia ab Arabibus remota eſt.„ Tum profectus eſt in inſulam Siciliam, & quum Syracuſas perveniſſet: placuit ei urbs, ut ibi commoretur, iuſſitque filios acceſſi. Cives autem recuſabant, declarantque ſe non permiſſuros eſſe, ut imperatores abirent. Ille vero tres filios ſuos Conſtantinum, Tiberium & Heraclium αυτοκρατορας fecit eorumque domicillum in urbe regia fixit, ipſe Sy-
Pag. 112. racuſis habitavit, quia timebat, ne ab exercitu ſuo occideretur. Appellabant enim eum Cainanum alterum. Quum Othomanus a moribus ſuis pravis non recederet: iterum congregati ſunt Arabes & rogarunt eum, ut veſtigia regum priorum premens temperantia religioſa rem publicam adminiſtraret. Ille vero reſpondit, ſe, quum rex ſit, quicquid velit, facturum eſſe. Comminati igitur ſeceſſerunt, atque armati iterum ad eum acceſſerunt, & clamarunt, aut modum gubernandi mutandum aut confeſtim ei moriendum eſſe. Ille quidem litteras ad Moawiam ſcripſerat, quibus exercitum mittendum eſſe ſignificaret; at Arabes feſtinanter impetu in eum facto eum occiderunt. Moawias copias miſit duce Habibo, quæ quum Baſſoram

Digitized by Google

ram venientes audiiſſent, Othmanum cæſum eſſe, deſtiterunt & redierunt. *Ali filius Abi Talebi* annos 5 (imperavit) tantum Iatrebo & Babyloni, quia Syria & Ægyptus a partibus Moawiæ ſteterunt. Anno Græcorum 968 (120) manus conſeruerunt binæ partes, & utrimque multis interfectis, Moawias rediit, & in Ali non irruit. Iterum pugna commiſſa eſt, multique in dimicantium medio occiſi ſunt. Tum exorti ſunt tres zelotæ, ut trucidarent tres illos, quorum cauſa ſtrages facta eſt inter Arabes, Ali, Moawiam & Habibum ducem exercitus Ægyptiaci. Verum ille, qui in Ægyptum ivit, captus & interfectus eſt, ſimiliter, qui ad caſtra Moawiæ contendit, tertius vero, qui in caſtra Ali profectus eſt, eum haſta confodit & occidit. Quare Arabes orientales & occidentales receperunt Moawiam, qui Iatrebo in urbem Damaſcum imperium transtulit. *Moawias* annos 19. In diebus Othomanis Moawias quindecim annos imperavit Palæſtinæ, quibus annis ſi adiicias quinque annos imperii Ali, Moawias regnavit, integra ſumma collecta, annos 39. Anno 977 Sapor dux Armenus, defecit a Conſtante et ad Moawiam miſit hominem, nomine Sergium qui diceret: Si me adiuves, ego tibi ſubiiciam univerſum orbem Romanum. Conſtantinus filius imperatoris, qui habitabat in urbe regia, quum hæc audiret, ad Moawiam miſit Andream eunuchum, cubicularium ſuum, belligerandi peritiſſimum. Quum Sergius primus intraret ſecundum mandatum Moawiæ, deinde Andreas: Sergius perturbatus eſt, prorupit ſurrexit & Andream adoravit. Moawias autem Sergium corripuit his verbis: ,, ſi ſervus tibi adeo moleſtus fuerit, quomodo, domino aſpecto, ,,te geſſiſſes? ,, Sergius reſpondit: ,, Conſuetudine commotus hæc feci, non timore. ,, Tum Moawias Andream interrogavit, quare adve-

C. 657.

C. 666.

Pag. 113.



Digitized by Google

adveneriت. Regerit: „rex nos miſit, ne te alliciat rebellis ille. Si „enim domino ſuo, qui beneficia in eum contulerit, palam mala re„tribuat: quomodo erga te affectus erit?„ Moawias dixit: „Vos „omnes inimici eſtis, illumque qui tributa plura ſolvat, adiuvabi„mus.„ Reſpondit Andreas: „Etiamſi hæc ita ſe haberent: ta„men eſt inimicus, qui inimico præſtet, neque ſervus & dominus „pares ſunt. Dominus enim libere atque decenter operal profert. „Qui autem ſervituti aſſuefactus eſt, magis ſervum ſe gerit, ita ut in „humilia verba proripiat (121). Quare illud quod dominus meus „daturus ſit, etiamſi minus ſit illo, quod tyrannus promiſerit: „tamen decet te, illi credere, neque licitari ſtudeas.„ Hæc fatus Andreas exiit. Poſtero die Sergius primo venit. Advenienti Andreæ non aſſurexit Sergius. Dixit illi Andreas: Heus, ſpe deſtitute, quare mihi non aſſurexiſti? Ille igitur proterve locutus eſt & convicia, quibus mulieres viros (proſcindere ſolent), in eum proiecit. Andreas Sergio minatus eſt, quod genitalia eius ablaturus ſit. Moawias Andreæ dixit: ſi reditus totius regionis veſtræ nobis dederitis: vobis remanebit nomen imperii; ſin minus, propellam (vos inde). Andreas audacter reſpondit: „Siccine Arabes corpore „præditi ſunt, & Græci umbræ (ſimiles erunt): nos ad Deum con„fugimus.„ Exiit & iter Malatiam verſus fecit. Præcepit cuſtodibus locorum anguſtorum, ut Sergium, quando tranſierit, prehenderent.
**Pag. 114.** Moawias Sergio promiſit, ſe exercitum miſſurum eſſe. Redeuntem ceperunt inſidiatores, & ad Andream adduxerunt. Teſticulos eius educi iuſſit, quibus in manibus eius poſitis cruci affixus eſt. Sapor autem, antequam exercitus Arabum ad eum pervenit, compreſſus eſt in porta atrii ſui, equo vectus, et obiit, Arabes, prædati ad Chalcedo-

Digitized by Google

cedonem usque, redierunt. Anno Græcorum 981 præcepit Conſtantinus, ut ſibi fratribusque ſuis Tiberio & Heraclio Romani æqualiter parerent, et monetis effigies horum trium inciderentur. Admonuit, ne quis diſſidia inter eos ſereret, deinde abiit in Galliam & Italiam, & ſubiugavit omnes populos occidentales. Arabes vero Africæ bello illato, in captivitatem duxerunt circiter 80000 hominum. Sequenti anno diripuerunt Lyciam & Ciliciam. Quum denuo Lyciam invaderent: tres Patricii Romanorum in eos irruerunt, eosque vicerunt, ita ut circiter 30000 Arabum cæderentur. Qui ſuperſtites erant, naves aſcenderunt et cum tempeſtate conflictati ſunt. Faber quidam lignarius Baalbeco oriundus, nomine Callinicus, igni, quem concinnaverat, cremavit naves Arabum; unde Romani didicerunt ignem ope naphtæ concinnare. Hucusque Arabes tantum vicerant. Ab hoc autem tempore & deinceps modo vicerunt, modo victi ſunt. Miſit Conſtantinus ſicarios Romanos rebelles (Mardaitas) vel ſatellites, qui a Syris audaces vocantur. Occuparunt a monte Galilææ usque ad montem nigrum, & omnem montem Libanum, multaque Arabibus abſtulerunt. Tandem Arabes prævaluerunt, & horum alios occiderunt, alios excæcarunt. Conſtantinus, poſtquam filius eius Iuſtinianus adoleverat, fratres ſuos imperio depulit, & principes donis ſibi devinxit. Quum vero Leo magnatum aliquis conſentire nollet: imperator linguam, manus & pedes eius abſcindi iuſſit. Quia autem populus (δῆμος) ei adhærebat, incedens clamavit: Neque trinitatem in cœlo abrogo, neque trinitatem in terra reiicio. Hæc vociferatus accepit decretum. Conſtantinus fratribus ſuis, qui coram optimatibus ſtabant, „dixit: O Tiberie & o Heraclie, quemnam me eſſe dicitis? fratrem an „regem veſtrum? Si regem me dixeritis, equidem vos fratres meos appel-

C. 670.

Pag. 115.



Digitized by Google

„appello, ſin fratrem me nuncupaveritis, vos inimicos noverim„. Reſpondit: „Quod fratrem maiorem & ſeniorem te appellemus, „non opus eſt nobis excuſatione. Regem autem noſtrum te neuti„quam ſalutamus, quia tecum regnamus.„ Senatus, * quia horum oculi effodiebantur, poteſtati Conſtantini ſe ſubiecerunt, illos-
C. 678. que reiecerunt. Anno Græcorum 989 in vigilia tertia noctis apparuit arcus perfectus, quanquam ſol erat ſub terra, quod quidem factum eſt præternaturale. Augebantur mures in Syria & Phœnice, & ſemina corruperunt. Sequenti anno irruerunt locuſtæ. *Iazidus filius Moawiæ* annos tres & menſes octo. Hic congregavit Kelagaræos, id eſt, operarios multos, voluitque fluvio aqua repleto inter ſe & Hoſainum curſum dare. (122) Cunctabatur deinde & aquæ non fluxerunt. Hoc tempore cometa magnus apparuit undecim dies. Fuit etiam hiems adeo gravis, ut Euphrates congelaretur, ficus et vites exarerent, animalia, beſtiæ feræ & fructus
C. 683. conſumerentur. Hæc acciderunt anno Græcorum 994. *Moawias filius Iazidi* circiter menſes 4. Mortuo Iazido filio Moawiæ defecit Mubthar vir aſtutus, vafer (123) & hypocrita in regione Cuſenſi. Medinenſes autem ſibi præfecerunt virum, cuius nomen erat Abdallah filius Subiri, atque Damaſceni Moawiam fil. Iazidi fil. Mo-
C. 685. awiæ. Ineunte anno Græcorum 996 grave bellum inter eos exarſit, & ab utraque parte 40000 ceciderunt in vicinia Chazaris fluminis in regioni Ninivenſi. Quare iuvenis Moawias, qui Abulila vocatur propter timorem ſuum (ita enim vocant Arabes contemtus (124) ergo debiles, qui * mortuo timent) quum contentionem magnam videret inter Arabes ortam: concionem populi habuit, quaſi ad precandum die Veneris, ſeque imperio abdicavit. Domi ſe con-

continuit menſes 3 & dies 22, atque mortuus eſt. *Merwan filius Hacem* menſes 4. Medina Damaſcum venit, ad pacandas factiones, quia ætate provectus & ingenioſus erat. Conſilium dedit, nomina tria tribus telis inſcribendi, quæ in manibus hominis huius rei ignari deponerentur, eumque regem declarandi, cuius telum primum emiſſum foret. Omnibus in hanc rem conſentientibus primum exiit ſors Merwanis. Poſtquam quatuor menſes regnaverat, obiit. Anno Græcorum 997 mortuus eſt Conſtantinus, cui ſucceſſit Iuſtinianus filius eius qui annos 10. imperavit. *Abdallah filius Zoberi* annos octo & menſes quatuor. Hic Medinæ vixit, ut diximus. Eius tempore magna diviſio fuit inter Arabes. Babylone rebellavit vir, nomine Abdallah, Reſchainæ quidam, nomine Huchab, Burida quidam Niſibi, & Omar filius Saidi Damaſci, & Zophira quidam Circeſii. Etiam Mardaitæ Romanorum, qui in Libano erant, ubique locorum militabant. His diſſidiis circiter octo annos inter Arabes agitatis Damaſceni regem proclamarunt Abdolmelec fil. Merwani fil. Hacemi. *Abdolmelec filius Merwani* annos 13 & menſes ſex. Appellabatur pater muſcarum, quia * rhonchus dentium eius exitioſus (125) erat muſcis, quæ, quando eum avertebat, ſuper ore eius congregabantur. Qui quidem quum rex proclamatus videret, ſe ab omnibus partibus bello cingi, inprimis autem premi a Mardaitis Romanorum, qui in Libano erant: pacem iniit cum Iuſtiniano in decem annos, exieruntque cum Iuſtiniano ſicarii eius, quorum erant duodecim millia, ex terra Arabum. Pro hac re Abdolmelec Romanis dedit quolibet die 1000 denarios, unumque equum & unum ſervum. (Pacti etiam ſunt) Cyprum dividendam eſſe, alteram partem Romanis tributariam fore, alteram Arabibus, atque Armeniam una cum Choraze- Pag. 117.

Pag. 116.

C. 686.

 ne,

Digitized by Google

ne, Arzanene, & Aderbigana Romanorum poteſtati ſubiectum iri. Pace compoſita Abdolmelec bellum intulit Bar Zobeiro eumque vicit. Bar Zobeir fugitivus Medinam contendit, & rebellavit in ſacello. Dux quidam, nomine Hagagus, eum perſecutus, machinis contra ſacellum erectis murum deſtruxit, intravit, & Bar Zobeirum occidit, atque ſacellum reſtituit. Iuſtinianus ſuperbia elatus fracto iuramento pacem ſolvit, antequam expleta erat. Exercitu miſſo captivos abduxit Arabes, qui in Cypro erant. Quare Mohammedes, Emira inſulæ Cardoæ, Cappadociam invaſit. Impetum in eum fecerunt Romani & Sclavi. Romani victi ſunt iuxta Cæſaream. Sclavi, cum Arabibus pace compoſita, cum iis in Syriam profecti ſunt, circiter 7000, quibus domicilia Antiochiæ & in Cypro (120) ab Arabibus conceſſa ſunt. Dederunt etiam mulieres & ſtipendia. Iuſtinianus vero uti Arabibus pacta non ſervavit, ita etiam magnates Romanos occidere cœpit. Quapropter
C. 696. eum agreſſi prehenderunt, naſumque eius abſciderunt. Anno Græcorum 1007 regnavit Leontius. Eodem anno Emira urbis Gazartæ fraudulenter cruci ſuffixit principes, Simeonem fil. Naulæ Halugenſem, & Mardanſam filiumque eius Niſibenos. Anno ſequenti cœperunt Arabes cudere denarios, drachmas et quadrantes (appo-
C. 699. ſita) ſola inſcriptione absque effigie. Anno 1010 inſidiatus eſt præfectus Ciliciæ nomine Apſimarus, qui cognominatur Tiberius, Leontio imperium exuit, & eius loco regnavit, tamen eum non occidit. Tiberius ille Sclavos poteſtati ſuæ ſubiecit, qui a Romanis defecerant. In regionem Samoſatenam profecti occiderunt 5000 Arabum. Direptione facta redierunt. Abdolmelec duos conſtituit duces, Mohammedem præfecit Meſopotamiæ, Aſſyriæ, Aderbiganæ, & Chagagum ſervum ſuum toti Perſidi, & Arabiæ. Quum Hagagus principes Arabum absque

Digitized by Google

absque miſericordia vexaret: Mohammedes adduci iuſſit Moawwedem principem Arabum Taglibienſium Chriſtianorum, eumque, quia Muhammedanus fieri (127) noluit, in ciſternam luteam proiecit. Inde educto blanditus eſt, ſed quum ne ſic quidem perſuaderi vellet: occidit eum. Coegit duces Armenos, eosque in templo quodam Armeno incluſit, atque igni iniecto omnes cremavit. Occidit etiam Anaſtaſium, filium Andreæ præfectum Edeſſæ, quia hucusque præſides Chriſtiani rerum politicarum in regno Arabum curam agebant. Dicit enim Dionyſius, patriarcha Telmaherenſis, Athanaſium, qui Bargumæus vocatur, fuiſſe virum ingenioſum, ſcripturæ ſerutatorem, & in omni re verſatum. Quum de eo audiret Abdolmelec rex Arabum & eum ad ſe accitum cognoviſſet omnium rerum peritiſſimum: miſit eum cum Azizo iuvene fratre ſuo in Ægyptum eique iuvenem regendum tradidit, & imperii adeo particeps fuit, ut totum regnum Arabicum ab eo adminiſtraretur. Potentia & divitiis crevit, poſſedit ſervos 4000, palatia, pagos, ſtemmata, aurum & argentum tanquam lapides. Ex reditibus 400 hoſpitiorum (128) quæ Edeſſæ poſſidebat, condi iuſſit templum celebre Deiparæ. Ædificavit etiam Foſtati in Ægypto duo magna templa. In baptiſterio, quod Edeſſæ condidit, poſuit imaginem Meſſiæ, quæ ad Abgarum regem miſſa fuit. Fecit illi cantharos (129) ſimiles iis, quos fecerat Ammonius epiſcopus in templo vetuſto Edeſſæ. Decoravit illud auro & argento, quod æri incruſtatum eſt. Athanaſio huic invidit ſcriba Chalcedonenſis vel Damaſcenus, nomine Sergius, filius Manzuris. Mortuo Emira Abed Alazizo, Athanaſium, poſtquam ex Ægypto egreſſus erat, calumnia affecit Sergius dicendo: „Bargu„mæus everrit theſauros Ægypti & ſecum abduxit.„ At ne ſic quidem Abdolmelec Athanaſio iraſcebatur, ſed tranquille ad eum dixit: Pag. 118.

„ Æquum

„Æquum non eſſe reputamus, omnes has divitias a Chriſtianis poſſideri. Da nobis earum partem, Athanaſius vero lætanter in ſe recepit, tradiditque, donec ipſe rex diceret, ſatis eſſe. Multum illi adhuc re-
Pag. 119. lictum fuit. Anno 1015 Abdolmelec miſit Moslemum, ad expugnan-
C. 704. dam Mopsveſtiam. Hoc anno Arabes Cufenſes & Boſrenſes defecerunt, & cum Abdolmelec dimicarunt. Eodem Iuſtinianus ab exilio redux ad Chaganum regem Chazarorum fugit, qui de eo gaviſus eſt, eique filiam ſuam matrimonio copulavit. Peperit ei filium, quem Tiberium nominavit. Copiis acceptis a Chagano & Bulgaris Conſtantinum adortus eſt. Apſimarus igitur fugit & Iuſtinianus denuo imperavit ſex annis, poſtquam 10 annos in exilio vixerat. Interfecit Leontium, Apſimarum multosque magnatum. In cauſa fuit, quod imperium Romanum a Thracibus laceraretur. Sex millia Arabum, quos captivos invenit, in patriam eorum dimiſit. Magnam claſſem inſtruxit ad adducendum uxorem & filium ſuum, ſed tota naufragium fecit. Quo audito Chaganus reprehendit eum his verbis: „ Paucos milites tantum mittere debuiſſes. Num putaſti me uxorem tibi recuſaturum eſſe? Comitibus itinerum tuorum (130) eam non abnuiſſem„ Iuſtinianus igitur erubeſcens paucos miſit, qui eam arceſſerent et cum ea filium
C. 706. ſuum. Anno 1017 Arabes condiderunt muros Mopsveſtiæ, quam militum præſidio impoſito, propugnaculum fecerunt in finibus Romanorum. Illuc profectus Abdolmelec vitam ibi finivit. *Walid fil. Abdolmelec fil. Merwani* annos 9 & menſes 5. Hic Moslemum cum exercitu miſit, qui caſtris poſitis iuxta Tyanam Cappadociæ hanc urbem oppugnavit menſes 9. Iuſtinianus autem miſit exercitum Romanum, qui impetu facto in Arabes victus eſt, ita ut ex Romanis cæderentur circiter 40000. Arabes igitur urbem expugnarunt & diripuerunt.

runt. Anno Græcorum 1022 Moslema cepit Turnedam, ibique præſidio Arabico collocato adhuc multas alias arces expugnavit in Baspolas (Boſporo) qui eſt in finibus Romanorum. Anno ſexto Walidi, qui eſt annus Græcorum 1022 defecit Philippicus & occidit Iuſtinianum imperatorem Romanum, atque Tiberium filium eius. Imperium adeptus expulit Armenos, qui in ditione eius erant. His Arabes ſedem conceſſerunt Malatiæ & in regione vicina, atque Armandarbæ. Fuerunt igitur Armeni auxiliatores Arabum, & adverſarii Romanorum. Philippicus ſapientia extranea inſtructus fuit, voluitque ſynodum ſextam reiicere, quæ dogma Maximini de binis voluntatibus confirmavit. Poſtquam biennium & ſex menſes regnaverat, deiecerunt eum Romani, et oculos eius eruerunt. Regnavit deinde Anaſtaſius annos 2 & menſes 5. Walidus Chriſtianos odio habuit. Templo magno Græcorum Damaſceno, quod Arabibus conceſſum erat, & pro quo locum dederant, ubi ædes nova Deiparæ ſacra conderetur, diruto, ædificavit oratorium magnum & celebre. Præcepit etiam, ut ſcribæ Chriſtianorum non amplius Græce conficerent rationes publicas (δημοσιους) ſed Arabice. Schamelio, duci Arabum Taglibienſium Chriſtianorum dixit: ,,Quum dux Arabum ſis: turpiter agis ex omnium opinione, quod crucem adoras. Quare voluntati meæ obtempera, & Muhammedanum te declara,,. Ille vero reſpondit: ,,Quia dux omnium Taglibienſium ſum, vereor, ne, quando ego Muhammedanus fiam, exitium ad illos omnes pertingat. Me enim abnegante (Chriſtianam fidem) etiam illi Chriſtum abnegabunt,,. Quo audito Walid iuſſit eum in faciem percuti & educi, addito iuramento, fore, ut niſi conſentiret, carne ſua veſceretur. Quum autem ne ita quidem remiſſior

C. 711.

C. 711.

Pag. 120.


eſſet:

Digitized by Google

eſſet: iuſſit e latere ejus fruſtulum (121) abſcindi & igni aſſatum ori ingeri. Hæc perpeſſus in* cuſtodiam detruſus eſt, & vivus permanſit, cicatrice in carne ipſius comparente. Iuſſit etiam incantores, qui in regione Akulenſi vivebant, interfici. Ligno alligati ſuſpenſique, ne mox interirent, in fluvium proiecti ſunt. Qui natarunt, occiſi ſunt, quia præſtigiis natarunt. Qui autem ſubmerſi ſunt, *) ſuæ ſorti relicti ſunt. Iuſſu eiusdem Walidi captivi Chriſtiani
C. 715. in templis occiſi ſunt per omnes urbes Syriæ. Anno 1026 Walidus mortuus eſt. *Soliman frater Walidi fil. Abdolmelec fil. Merwani* annos
Pag. 121. 2 & menſes 5. Initio regni ipſius Moslema inſidiis ſtructis occupavit caſtellum in regione Galatiæ, multisque captivis abductis rediit. Exercitus, quem Anaſtaſius in occidentem miſerat, rebellavit, et duce eorum occiſo adduxerunt Theodoſium, qui unum annum regnavit, Anaſtaſio Nicæam fugiente. Anno 1026 Moslema Turcas in terra eorum aggreſſus eſt, multaque præda inde abacta
C. 716. rediit. Anno 1027 Moslema invaſit regionem Aſianam, & expugnavit Pergamum, & Rhodum, quarum incolas in captivitatem duxit. Eodem anno Solimanus Moslemam ad obſidendam Conſtantinopolin inſtruxit, collectis 20000 navium, quæ militibus & alimentis repletæ erant, 12000 * 6000 camelorum 6000 aſinorum, qui portabant viatica, arma & machinas bellicas, quibus omnibus alium ducem præfecit, Omarum filium Hobiri. Iverunt vero cum illis 30000 militum, qui ſuis impenſis militabant, quorum quidam parati erant ad pugnandum præſertim in via Dei (religionis ergo). Hi lingua ſua Motaweli vocabantur. Arabes autem claſſem mari, exercitum terræ inſtruxerunt. Leo dux Romanus, adorturus Moslemam ducem Arabum, promiſit, illos adiuvare, ut urbem regiam intrent, ſi ei imperium Ro-

ma-

Digitized by Google

manum polliciti fuerint. Theodoſius imperator compertis inſidiis Leonis aſſeclas eius abduxit, eosque in urbe Amoria incluſit. Leo hæc audiens venit ad Solimanum regem, qui cum 12000 hominum urbem Chalcedona obſedit, ad cohibendum, quo minus alimenta Conſtantinopolin deferrentur. Aſſumtis 6000 militum oppugnavit Amoriam, cuius incolæ timore perculſi aſſeclas ei tradiderunt. Arabes dimiſit datis cuilibet duodecim denariis. Recta igitur ille Romanique Conſtantinopolin verſus tetenderunt, & quum in copias Romanorum incideret, oſtendit iis, ſe doloſe cum Arabibus egiſſe. Quod quum illis probaretur: imperatorem ſibi eum conſtituerunt. Leone Conſtantinopolin oppugnante, egreſſus eſt Theodoſius, raſus, Pag. 122. ſeque clericum fecit. Leo regnavit annos 22, in quo haud magnam fiduciam Arabes poſuerunt, quum urbem alimentis, reliquisque rebus muniret. Moslema, qui comperuerat, Leonem eum fefelliſſe, ſtatim ad latus maritimum tranſiit, Conſtantinopolin obſeſſurus. Quum vero Moslema poſtremum cum 4000 hominum adveniret: adorti eum ſunt Bulgari a Leone conducti, qui tantam ſtragem fecerunt, ut Moslema vix incolumis ad caſtra magna perveniret, quæ a latere Conſtantinopoleos occidentali contra portam auream poſita erant. (Aggerem) ſtruxit ante exercitum inter caſtra & urbem, & foſſam poſt illum contra Bulgaros. A dextra pariter ac ſiniſtra mare erat. Bello petebantur Arabes ab incolis urbis, & Bulgaris, & mari a navibus Romanis, & ad apportandum ſibi commeatum, non minus quatuor millia militum delegabant. Fuerunt igitur Arabes extra urbem in maiori anguſtia ipſis Turcis, qui intus erant, atque hieme, fame, & a Bulgaris, qui eos cædebant, conſumti ſunt. Præſertim autem Arabes tanta fame oppreſſi ſunt, ut bitumen



Digitized by Google

tumen navium comederent, quos quum Moslema ſpe deluderet, fore, ut dona a rege mitterentur: advenit nuncius, Solimanum regem mortuum eſſe. *Omar patruelis Solimani filius* (131) *Abdil Aziz*, annos duo & menſes quinque. Hic iuſſit nuncium ſibi afferri de exercitu Conſtantinopolin obſidente. Moslema falſo ſcripſit, bene ſe habere populum, urbemque mox apertum iri. Quum vero veritatem ex legato diſceret; illi iuſſit, una cum exercitu abire. Illo autem propter hiemem ſe excuſante, poſtquam hiemis vehementia deſierat, advenit alius nuncius, qui militibus diceret, eos etiamſi, Mos-
Pag. 123. lema non acquieſceret, exire debere. Multos horum abeuntium Romani terra marique occiderunt. Omar equos 20000 iis miſit, et ſingulis viris denarios 10, ut ad recuperandam libertatem iis uterentur. Quum autem Arabes puderet Conſtantinopoleos ab iis obſeſſæ: odio magno habuit Chriſtianos Omarus, valde eos oppreſſit, atque vetuit, quo minus nolis uterentur, alta voce precantes exclamarent, veſtibus militaribus induerentur, & ephippia equis imponerent.
C. 723. Anno 1034 menſe Schebat Omar mortuus eſt. *Yazid filius Abdil Malec* annos 4. Contra hunc rebellavit Arabs quidam, oriundus Hirta, cuius nomen ſimiliter erat Yazid Muhaleb, quocum coniuncti erant omnes Arabes, qui Akulæ, Baſſoræ & in tota Perſide habitabant. Yazido filio Abdil Maleci magnum exercitum contra eum cogente Yazidus filius Muhalebi victus eſt iuxta Babylonem, & occiſus. Yazidus iuſſit, deleri (132) figuras cuiuſcunque viventis ex templis, parietibus, lignis, lapidibus, et libris. Idem fecit Leo imperator Romanorum, qui imagines ſanctorum regumque ex eccleſiis domibusque deiecit. Qua de cauſa ſeditio orta eſt inter Romanos. Multi palam contra regem muſſitarunt. Expulit, quotquot ſynodum Chal-

Digitized by Google

Chalcedonenſem non reciperent. Iudæos oppreſſit, multi eorum baptizati ſunt, reliqui in Syriam fugerunt. Hoc tempore Syrus quidam, nomine Severus, contendit ſe Meſſiam eſſe. Prehenſus a præfecto dixit, ſe Iudæis illuſiſſe. Anno 1032 defecerunt aquæ in fontibus, C. 721.
ita ut a plus ſeptem milliaribus pagani irent ad hauriendam aquam. Inſecuta eſt caritas annonæ, & proximo anno locuſtæ multæ irruerunt, proventumque corruperunt. Duobus annis poſt perierunt multi morbo tumorum, præcipue in Meſopotamia. Anno 1037 obiit Yazidus Balkæ in agro Damaſceno. *Hesham frater Yazidi filii Abdil Malec* annos 12 & menſes 8. Oppreſſit ſubditos oneribus pluribus & Pag. 124.
tributis. Canales diduxit ex Euphrate ſupra Callinicum ad irriganda legumina & plantas, quarum quidem proventus amplior fuit omnibus vectigalibus regni eius. Eodem anno Arabes oppugnarunt Cæſaream Ponticam, eaque funditus everſa invaſerunt regionem Turcarum, duce Geracho, qui expugnata urbe quadam magna, captivisque abductis, abiit. Anno 1038 Ægyptii ab Arabibus defecerunt. Co- C. 727.
piis contra eos ductis multi Ægyptiorum interfecti ſunt & reliqui navibus arreptis aufugerunt. Anno 1039 Moslema terram Turcarum C. 728.
denuo adortus eſt. Superati ſunt Arabes, & relictis impedimentis in fugam ſe dederunt. Anno 1042 Turcæ urbes Aderbijanæ expugnarunt, C. 731.
contra quos Moslema magnas copias eduxit; ingensque hominum multitudo ab utraque parte trucidata eſt. Turcæ occupatis urbibus, quas ceperant, reliquam partem ditionis Arabum non adorti ſunt. Pacem igitur compoſuerunt Arabes cum Turcis. Arabes, duce Moawia, filio regis, iterum petentes terras Romanorum deſtruxerunt muros Gangaræ urbis. Deinde caſtris poſitis iuxta Nicæam, poſtquam per 40 dies urbem obſederant, murumque deiecerant, Romani, qui



Digitized by Google

intus erant, navibus aufugerunt. Vrbe ab Arabibus capta & vaſtata iuſſit Heſcham omnes captivos Romanorum interfici, quia audiverat, Leonem captivos Arabes occidiſſe. Hoc tempore imperator filiam Chakani regis Chazarorum uxorem collocavit filio ſuo Conſtantino. Poſtquam baptizata erat, votaque ei nuncupata erant, coronam impoſuit filio ſuo, eumque imperatorem proclamavit. Anno 1048 vir quidam
C. 737. nomine Baſchir origine Romanus, ritu Muhammedanus, Haranem petiit ibique acceſſit ad virum claudum, cuius nomen erat Theophitus, & tanquam rem ſecretam ei revelavit, ſe eſſe Tiberium filium Conſtantini, quem dudum mortuum eſſe putabant. Romanus igitur ille tradidit eum Solimano filio Heſchami, qui eum prehenſum patri ſuo Heſchamo indicavit. Hic inprimis lætatus, in manus ſuas incidiſſe filium imperatoris Romanorum, eum purpura veſtiri, ſibique adduci iuſſit.
Pag. 125. Edeſſam profectus aſcendit interiorem partem altaris, atque donum ex menſa in manus ſuſtulit, vinum (133) (ſcilicet) ſecundum conſuetudinem imperatorum Romanorum. Advocavit Iudæos, ut adducerent eum ad magos, & præfectum Haranenſium, ut eum honoratum videret, tanquam ſtirpem familiæ ſuæ. Poſtea nudatus eſt miſer ille & occi-
C. 742. ſus. Anno 1053 mortuus eſt Leo, regnavitque filius eius Conſtantinus annos 34. Ab hoc Artabaſus cognatus eius defecit, Conſtantinopolin profectus eſt, & in palatio ſedit. Imperator vero, quia foris erat, Aphſiki aufugit & ſe ad incolas Anatoliæ recepit. Accito exercitu penetravit Amurenam Phrygum ibique hiemavit. Artabaſus coactis copiis eum aggreſſus eſt, at ſuperatus effugit. Anno 1066 obiit Heſcham Roſaphæ (ſive) Calinici.. *Walid filius Yazid Abdil Malec.* annum unum & menſes tres. Afflixit cognatos Heſchami eorumque domos ſpoliavit. Eius etiam iuſſu lingua patriarchæ Chalcedonenſium in Syria

Syria abſciſſa eſt. Arabes odio eum proſequebantur, quia vinum & ſiceram bibebat, & multa mala perpetrabat. Idcirco eum Faſak (فسق) i. e. commeſſatorem, appellabant. Inſurrexit contra eum Abaſus filius Walidi patrui ſui, ſcilicet Walidi filii Yazidi, & regnare voluit. Arabes autem eum aſpernati, quia filius pellicis erat, fratrem eius Yazidum filium Walidi Damaſci regem conſtituerunt. Miſſis copiis prehenſus eſt Walidus filius Yazidi in deſerto, caput eius abſciſſum, haſtæ impoſitum una cum œnophoro, atque Damaſcum deportatum. *Yazidus filius Walidi* menſes 2. Poſtquam, uti narravimus, Yazidus hic Walidum filium patrui ſui occiderat: diſſidium magnum ortum eſt inter Arabes; & ubique tractuum exſurgit, qui ſocium ſuum non agnoſceret, Gazartæ Beſtam, Mauſelæ Said filius Hudili, Foſtatæ Ebed Allah filius Pag.126. Omari regis, in Armenia Merwanus, in Choraſana filius Sargi, in Africa Abuhudil. Yazidus tumore afflictus eſt, duobus menſibus poſtquam regnaverat, & obiit. *Abrahamus frater Yazidi filii Walidi.* Fuit vir ſuavis converſatione, naturaque bonus. Poſtquam duos menſes regnaverat, regno exutus eſt Damaſci, & occultatus neque innotuit locus eius per ſpatium quinque menſium. Tandem inventus eſt in prælio ab Arabibus inter ſe commiſſo, inter occiſos. *Merwan filius Muhammedis filii Merwani, filii Hacemi.* Hic Himar Geſarto cognominatus eſt, quia florem croci, qui flos Himar vocatur, amabat. Per totam vitam inſulæ Cardoæ imperavit. Ex Armenia erumpens Solimanum aggreſſus eſt iuxta litora Euphratis, qui, ſtrage facta 12000 ſuorum, Roſapham aufugit. Merwan Damaſcum ingreſſus ibi duos menſes regnavit, & deportatis inde gazis regiis, quibus 3000 cameli onerabantur, Emeſſam oppugnavit, quam 4 menſibus poſt cepit, muris eius dirutis, quos malleis comminutos in * lapicidinas detruſit.

De-

Digitized by Google

Deſtruxit etiam murum Balbeci. Venit deinde Haranem & profectus eſt Aſſyriam verſus, & in regionem Parthorum, ſive Izpahanum. Tum Abu Alabas ſive Ebed Allah filius Muhammedis filii Ali filii Ebed Allah filii Abas, patrui prophetæ Moslemorum, magno exercitu Choraſanorum coacto, caſtra poſuit iuxta Zabo (Lycum) fluvium Aſſyriæ. Merwanus, impetu facto in exercitum Abul Abaſi, victus eſt, direptis 700 camelis, auro argenteisque nummis onuſtis. Venit deinde cum filio & genero ſuo pudore affectus Haranem gazisque 3000 camelis impoſitis profectus eſt Aſcalonem iuxta littus maris (mediterranei). Abul Abaſo eum inſequente, aufugit
Pag. 127. Syenem in confiniis Nubiæ, & quum iuxta Nilum caſtra metatus eſſet, prehenſus & occiſus eſt. Hoc tempore egreſſus eſt Conſtantinopoli Aſchchiraſch dux exercitus Armenorum & Malatiam perveniens totam regionem vaſtavit. Conſtantinus imperator, ſuperato Artabaſo tyranno, proſpere regnavit, filiusque natus eſt ex filia Chakani, qui Leo nominatus eſt. Pace gaviſæ ſunt terræ Romanorum, quia Arabes bella ſibimet ipſi intulerunt. *Abul Abas* annos 4 & menſes 8. Occiſo Merwano regnavit ſolus in tota Arabum ditione, ſedemque Imperii Damaſco Babylonem transtulit. Ab illo originem duxit Chaliphatus Bagdadenſis, eorum ſcilicet Chalipharum, quorum regnum per Hunnos Mogulenſes noſtris diebus deſiit. Fertur, die quodam, quum Abul Abaſus caſtra poſuiſſet iuxta locum quendam in regione occidentali, ſubito clamorem magnum in caſtris auditum eſſe, univerſum populum, ipſum etiam regem acceleraſſe, ut miraculum viderent. Advenientes conſpexerunt octo viros, qui e ſepulcris ſurrexerant, & quorum alii usque ad mammas, alii ad lumbos usque, alii ad genua usque (eminebant). Fuerunt inter eos, quorum barbæ tin-

ctæ

Digitized by Google

ctæ erant ſecundum morem Arabum, multique eos cognoverunt. At quum appropinquarent, ut cum iis loquerentur: ne verbum quidem emiſerunt. Admiratis illis, rex iuſſit eos hoc die relinquere, neque quemquam ad eos accedere, præſtolatus, loquelam iis conceſſum iri. Poſtridie quum eodem modo adirent, deprehenderunt eos vivos ſed mutos. Iuſſit igitur rex eos altera vice ſepeliri. Anno 1063 mortua eſt uxor Conſtantini imperatoris, filia Chakani. Remanſit igitur C. 752.
(viduus) tres annos ſecundum morem regum Chriſtianorum. Homines aſtuti, amorem eius præ ſe ferentes, ſed e regno eum eiecturi, ſuaſerunt ei, ut uxorem duceret. Ille autem, dolum eorum ſentiens, reſpondit: Inclino in veſtrum conſilium. Verum non latet me lex Romanorum, arbitrorque etiam non decere imperatorem, ut voluptati ſerviat. At ſi credideritis, iuſtum eſſe: conſtituite imperatorem in locum meum, filium meum, veſtræque voluntati obtemperabo. Impoſita Pag. 128.
ei corona, curam egit rerum ad imperium pertinentium, quia ſapiens erat, & inimicis tremendus. Hoc anno Malatiam oppugnavit, exſtruxit contra eam χαλκωματα, partem muri deiecit, tandem pactus eſt cum incolis Arabibus, quos ſervavit, et abduxit ad populum Claudiados omniaque oppida Armeniæ quartæ. Hoc anno obiit Abul Abaſus Ebed Allah. *Abujaafar frater Alabaſi,* annos 22. Hoc anno, quum regnum capeſſeret Abujaafar, ſive anno Græcorum 1066, C. 755.
Arabum 135, Conſtantinus imperator Romanorum obſedit Kalikalam, quæ eadem eſt ac Arzerum. Expugnatam ſpoliavit, præſidio in caſtello Chamach poſito. Ebed Allah, audita morte Abul Abaſi, cœpit urbes peragrare, & regem ſe gerere. Abujaafar igitur Abumoslemam ducem ſuum contra eum miſit, qui eum vicit. Quare etiam Abumoslema dux ab Abujaafaro defecit, urbesque circumivit, ut regnum ad



Digitized by Google

ſe raperet. Quare miſit Abujaafar ad eum virum, nomine Iſam, qui blanditiis eum adduceret. Nihilominus nutu Abujaafaris interfectus eſt. Confirmato ei imperio Arabum, præcepit, ut Malatia reſtitueretur, cui,uti olim,præſidium impoſitum eſt. Condita iterum eſtKalikala,
C. 760. cuſtodia illuc collocata. Anno 1071 Arabes ſubegerunt, Africam, immo agrum Tabareſtanum. Hoc tempore Arabes potiti ſunt regionibus,quæ a ſeptentrione mariCaſpio terminantur,ab orienteGeorgiana, a meridie Media & parte Parthicæ, ab occidente Dalmatia, ibique fuerunt quinque urbes muris cinctæ, & aromata in montibus atque ſilvis, & paſcua atque fluvii. Acceſſus ad eas difficilis fuit. Longitudo
C. 762. fuit ab oriente ad occidentem paraſangis 40, latitudo a ſeptentrione ad
Pag.129. meridiem paraſangis 20. Anno Græcorum 1073 condidit Abujaafar urbem iuxta Tigrim ſupra Cteſiphontem eamque Bagdadum vocavit a nomine imaginis,quæ in illo loco erat,ibique habitavit. Inſequenti anno ab eo defecit Muhammedes, vir ex poſteris Ali, qui gener erat prophetæ eorum, filius patruiAli, qui poſt ſe traxit omnes Arabes. Hunc Iſa dux exercitus adortus occidit Medinæ menſe Ramzam ſive tempore ieiunii Arabum. Iterum rebellis factus Abrahimus, frater eius, qui Baſſoræ erat, pariter interfectus eſt. Hoc anno egreſſi ſunt Chazari & abduxerunt homines 50000 exGurzanis. Hoc tempore occupata eſt regioChabul,contermina Indiæ, abArabibus. Abujaafar impoſuit onera
C. 765. omnibus populis & duplicavit tributa Chriſtianorum. Anno 1076 fuit terræ motus imprimis gravis in terra Choraſana,atque mons quidam e ſitu ſuo translatus eſt circiter tribus milliaribus & quia limo conſtabat,
C. 769. diſperſus eſt. Anno 1080Magi in Perſide defecerunt abArabibus, præfectumque ſibi conſtituerunt. Coactis Arabum copiis contra eos, Arabes victi ſunt. Magi vires iterum collegerunt, ut imperium ſibi parerent.

Digitized by Google

rent. Sed Arabes adhuc maioribus copiis Magos aggreſſi eos vicerunt, ita ut fere 40000 eorum cæderentur, una cum duce eorum. Hoc anno Arabes ira perciti irruerunt in inferiorem partem Germaniciæ, (134) quæ eſt eadem cum Meraſch, quia audiverant, quod exploratores Romanis facti ſint. Abduxerunt igitur incolas, eosque in agrum Ramulenſem tranſtulerunt. Ita etiam factum eſt Samoſatenis. Hoc tempore rebellarunt Barbari, Africani, occideruntque Arabes & Perſas. Yazidus, dux exercitus, eos aggreſſus eſt & vicit. Barbarorum trucidati ſunt circiter 30000. Anno 1080 inventa eſt uxor viri cuiusdam in terra Bocharorum, (135) quæ alimento non utebatur, lac non ſugebat, neque potu opus habebat. Qua de fœmina quum perlatum eſſet Mohdi filio regis: iuſſit eam Bagdadum adduci. Re explorata, compertum eſt, verum eſſe factum præternaturale. Anno 1083 ædificavit Abujaafar urbem iuxta Callinicum, eamque Rafikam appellavit. Fabricam ſimilem eius, qua portæ huius urbis formatæ ſunt, nullus vidit. Hæ portæ, quum mihi imbecilli paſtio Berœenſis credita eſſet, Halebum diductæ ſunt. Duæ gemellæ maiores, quæ ferro conſtabant, deportatæ ſunt verſus portam Kinnaſſerinam, duæque gemellæ, his minores, non erectæ ſunt, quia illico Mogulenſes Halebum occuparunt, atque muris dirutis portas confregerunt. Anno 1083 migravit Abujaafar Babylone in Meſopotamiam & Syriam, oppreſſit homines oneribus gravibus, omneque argentum & aurum in gazas ſuas coegit. Quum homines opprimerentur, effoderunt ſepulcra, ſperantes, fore, ut ornamenta ex auro argentove conflata invenirent, quæ cum mortuis ſepulta erant. Hoc tempore etiam in urbe Nicomedia foderunt Romani & invenerunt cavernam, in qua poſitus erat Nicodemus, conditor urbis, aromatibus conditus,

C. 769.

Pag. 130. C. 772.

& una cum eo ornamenta aurea, & figuras rubras, quæ in caligine ſplendeſcebant. Quod quum animadverteret imperator Conſtantinopolitanus: magnanimitatem oſtendit, nihilque inde accepit. Dixit enim, dedecere vivos, ut mortuis indigerent. Accerſitis igitur opificibus, locum illum bene clauſit, ingenti cumulo pulveris & lapidum illuc collato. Hoc tempore peſtilentia fuit in Syria & Aſſyria atque fames excrucians, non quia triticum deficiebat, ſed quia homines numis carebant. Pretium bovis (136) & aſini fuit una* zuza, decem menſurarum vini una zuza, quinque medimnorum tritici una zuza, puellarum & puerorum quinque zuzæ. Elapſo triennio horum pretiorum immoderatorem obiit Abujaafar in Caaba & orbis liberatus eſt ab oppreſſione. Antequam mortuus eſt, obiit intra 25 dies etiam Conſtantinus imperator Romanus & regnavit Leo, filius eius annos quinque. Hoc tempore in medicina excelluit Georgius filius Bachtiſchuæ, Elymæus. Hunc accerſivit Manſur Calipha Elyma
Pag. 131. Bagdadum, ut ſanaret ſtomachi infirmitatem, qua laborabat. Accedens ad eum, Perſice & Arabice, ſermone perquam eleganti, preces coram Calipha effudit. Miratus eum eſt Calipha & ſedere iuſſit. Collocutus eſt cum eo de morbo ſuo, promiſitque medicus valetudinem pedetentim (recuperandum) quam etiam reſtituit. Fertur, quodam die quum eſſet feſtum nativitatis domini noſtri, Georgium ad Calipham veniſſe. Interrogatus a Calipha, quid comediſſet, reſpondit, omne bonum, ſicut dominus noſter præcepit. Calipha dixit: audivi, non eſſe tibi uxorem. Reſpondit medicus: eſt mihi quædam vetula, infirma, quæ pedibus ſuis ſtare nequit. Calipha, poſtquam expectaverat eum abiiſſe, præcepit Salemo, præfecto eunuchorum, ut eligeret tres ancillas Romanas, valde pulcras, easque una cum de-

Digitized by Google

denariis 3000 in domum medici adduceret: quod etiam fecit. Quum autem eas adduceret: Georgius domum nondum venerat. Reverſus, quum illas videret, ſuccenſuit diſcipulo ſuo, & ei dixit: O diſcipule Satana, quare has ad me aſcendere permiſiſti? num me polluere voluiſti? Advocato eunucho eas cum illo remiſit. Quod quum Calipha audiret, dixit: quare puellas remiſiſti? Ille reſpondit: (138) Procul abſit, nobis Chriſtianis non niſi unam uxorem ducere licet; & quamdiu hæc una uxor noſtra in vivis eſt: prohibet lex noſtra, quo minus aliam ducamus. Hoc Caliphæ valde placuit, qui præcepit, ut adiret, nemine prohibente, ad fœminas & filias eius. Aucta eſt dignitas eius apud eum, amavitque eum tanquam ſemet ipſum. Tantus igitur eſt fructus temperantiæ, o fratres mei. *Mohdi filius Abujaafaris,* annos 10. Aperuit gazas patris ſui & diſperſit divitias patris tanquam ventilabro, non ſolum inter exercitum ſuum, ſed etiam inter concubinas, quia laſcivus erat, voluptatumque amans. Deditus fuit fortibus, divinationibus, & præſagiis, collegitque libros de magia. Itaque miſit ad eum Leo imperator librum Iannis & Iambris, cui ineſt omnis ars magica Ægyptiorum, & quicquid contra Moſen magnum fecerunt. Initio regni liberavit omnes captivos Chriſtianos, & Leo ſimiliter liberavit Arabes captivos, qui penes ſe erant. Diruit Mohdi eccleſias, quæ tempore Arabum ſtructæ erant, et eccleſiam Chalcedonenſium, quæ Halebi erat, vaſtavit. Excitavit perſecutionem contra Manichæos, & deſtructus eſt locus, qui appellabatur: campeſtre magnum, qui totus Manichæis impletus erat. Multi autem Arabes huius hæreſeos aſſeclæ occiſi ſunt. Etiam ex regione Gaumæorum octo viri illuſtres capti ſunt in hac perſecutione. Poſtquam valde oppreſſi erant, illorum tres in carcere mortui ſunt, & quinque liberati. Tum temporis inclaruit Pag. 132.

 Theo-

Theophilus filius Thomæ, Edeſſenus, aſtronomus præclarus, qui hære-
ſi Maronitarum addictus fuit. Fuit illi liber hiſtoriarum egregius in
Syriaca lingua, etiamſi eum abominabatur, & orthodoxos vituperabat.
Vertit etiam duos Homeri libros de Ilio ex lingua Græca in Syriacam.
Miniſter fuit Mohdii Caliphæ & ab eo valde dilectus eſt, quia in
rebus aſtrologicis excellebat. Fertur quodam die Calipham una cum
domeſticis ſuis ad urbem quandam proficiſci voluiſſe. Vxor igitur
Caliphæ nuncium miſit ad Theophilum his verbis: Tu conſilium de-
diſti regi, ut proficiſceretur nobisque laborem & moleſtiam in via
creaſti, quæ nobis non neceſſaria fuit. Quare fiduciam in Deo collo-
co, fore, ut conſumat & extollat te e terra, ita ut quiete gaudeamus a te
liberati. Reſpondit vero Theophilus ancillæ, quæ ad eum hunc nunci-
um attulit: vade, dic dominæ tuæ: Non ego Caliphæ conſului, ut
iter faceret, ſed profectus eſt, quo voluit. Quod ad illam maledictio-
nem attinet, quam mihi imprecata eſt, ut Deus mortem meam ac-
celeret: dudum egreſſa eſt hæc ſors a Deo & confirmata eſt. Mox
P. 133. enim moriar. Attamen ne putes, mortem meam contingere, quia ora-
tio tua exaudita eſt, ſed quia voluntas eius, qui me creavit, impleta
eſt. Tibi autem, o regina, dico, ut pares tibi multum pulveris & ſimu-
lac audiveris, me mortuum eſſe, imponas pulverem capiti tuo. His au-
ditis valde commota eſt regina, expectabatque, quid hoc ſermone fie-
ret. Paucis poſt diebus mortuus eſt Theophilus & 20 diebus poſt obiit
MohdiCalipha. Factum igitur eſt, quod Theophilus decreverat. Anno
C. 779. 1090 Mohdi profectus eſt Halebum, & obviam ei iverunt Tanuchæi,
(139) qui circa Halebum in tentoriis habitabant, Arabibus equitan-
tibus & ornatis. Quum ei narratum eſſet, hos omnes Chriſtianos eſſe,
ira efferueſcens coëgit, ut Muhammedani fierent. Muhammedani

facti

facti ſunt circiter viri 5000, fœminæ autem liberæ evaſerunt. Ex illis vir quidam manſuetus, nomine Let, martyrium ſubiit. Poſtea profectus eſt Mohdi in regionem Romanorum & iuxta fluvium Pyramum in agro Arbiſeno caſtra poſuit. Poſtquam filius eius caſtellum Semilaſum expugnaverat: captivis abductis abiit. Anno 1092 Arabes Epheſo abduxerunt circiter 7000. Arabum mortui ſunt 4000. C. 781.
Leo imperator copiis miſſis Syros orthodoxos in captivitatem abduxit, & in Thraciam tranſtulit. Fertur, etiam hunc Leonem imperatorem odio habuiſſe imagines, & orthodoxis adhæſiſſe, uti pater eius fecerat. Hoc anno Leo mortuus eſt, regnavitque filius eius Conſtantinus annos 22. Quia ætate minor erat, quum regnum capeſſeret: mater eius Irene gubernavit, & cum eo proclamata eſt. Anno 1094 Mohdi miſit filium ſuum Harunum contra metropolin. Romani igitur inſidiis ſtructis Arabes expectarunt iuxta fluvium Sagarin, a cuius altero latere mons, ab altero mare erat. Quum Arabes opprimerentur: pacem quæſiverunt in tres annos, quam Irene, ut erat animo muliebri, ratam habuit. Abierunt igitur Arabes. Anno ſequenti condidit Ali Hadatham urbem. C. 783. Pag. 134.

*Muſa filius Mohdii*, annum unum, menſem unum & dimidium menſis. Antequam regnum adeptus eſt, præcipue anno Græcorum 1095 irruerunt locuſtæ volantes, corruperunt ſemina, proiecto ſemine ſerpſerunt, aſcenderunt muros atque parietes, & e feneſtris & portis domos ingreſſæ ſunt. Impletæ iis ſunt hydriæ, pavimenta, menſæ, catini. Poſtquam a latere meridionali domos intraverant: a latere ſeptentrionali egrediebantur, conſumtis herbis, arboribus, etiam veſtimentis laneis & indumentis hominum. Vaſtata omni regione Edeſſena & Sarugenſi, occidentem verſus tranſierunt. Tribus annis poſt plagam hanc gravem fames C. 784. C. 786.

Digitized by Google

fames in terra fuit. Anno 1097 Romani egreſſi diruerunt Hadatham ab Arabibus recens conditam, eiusque muros funditus everterunt. Huius anni menſe Thamuz mortuus eſt Muſa. *Harun Raſchid frater Muſæ* annos 23 & menſes 2. Hic, miſſo Abdal Malcco, diruit eccleſiam magnam Chiſumi & 15 templa, quæ ibi erant; & ſuper curribus 2000, lapidibus deportatis Hadatham, quam Romani deſtruxerant, eam reſtituit. Arabes invaſerunt regionem Romano-
C. 789. rum, oramque maritimam, unde multos captivos abduxerunt. Anno 1100 Walidus, e ſecta Hararæorum, coactis hominibus 5000, Neſibin venit, occidit Emiram, ſpoliavit mercatores, & a ſingulis Chriſtianis exegit quinque zuzas. Poſtquam exercitum Abdal Malcci vicerat, Arabes interfecerat, & peregrinatores expulerat: irruit in eum Yazidus, coactis copiis, & eum interemit. Anno ſequenti Harun venit Bagdado Callinicum, ut ibi habitaret. Ampliavit eum ædificiis, paradiſos multos ibi conſtituit, aquamque illuc ex Euphrate diduxit.
C. 793. Alium fluvium Sarugo illuc diduxit. Emit aquam civium Sarugenſium a
Pag. 135. domino eorum, illisque novum fluvium effodit. Anno 1104 Kiſſæi pugnarunt cum Iemanitibus Emeſſæ, multique occiſi ſunt. Abdal Malecus multos captivos abduxit ex terra Romanorum. Filius eius Abdalrahman cepit arcem Rabſam in Cappadocia; 400 enim viris ibi ſiti extinctis, arx tradita eſt. Hoc tempore quum Conſtantinus imperator oculos effodere vellet Helpidio, patricio Sciliciæ, quia cum matre ſua ſcortatus erat: aufugit hic ad Arabes. Imperator vero præcepit & magnates iuramento obſtrinxit, ne mater eius amplius imperatrix ſalutaretur. Helpidius coacto exercitu Arabum 40000 una cum Emira Solimano, irrupit in regionem, quæ vocatur Samiſun. Superveniente hieme obierunt eorum 4000, reliqui calamitates evitatu-

Digitized by Google

táturi ad Romanos confugerunt. Hi humanitatem oſtenderunt, neque Arabes læſerunt. Egreſſi ſunt menſe Chanune poſteriori, quando pedes eorum glacie valde contabuerant. Mar Dionyſius, Patriarcha Telmaharenſis, narravit, ſe vidiſſe circiter 400 horum hominum Edeſſæ. Poſtea reconciliatus eſt Conſtantinus cum Irene matre ſua, iuſſitque eam imperatricem proclamari. Proclamata igitur eſt ubique locorum; at (legiones) Armenicæ propter iuramentum præſtitum eam non receperunt. Quare imperator tyrannus eas occidit. Anno 1108 C. 797.
Harun Raſchid Edeſſam profectus eſt & accuſarunt Moslemii Chriſtianos, imperatorem Romanorum ſingulis annis clam venire & in eccleſia eorum precari. Re explorata, quum mentiri illos comperiſſet, expulſi ſunt Moslemii, immo cæſi. Hoc tempore nonnulli Gaumæi Edeſſæ, qui omnia bona ſua diſſipaverant, domi terram effoderunt, ut theſaurum invenirent. Qui Arabes intemperantes erant,* illecti ſunt tanquam equites & canes venatorii. (140) Quum fama de iis ad Harunum regem perlata eſſet: Callinici eos incluſit & miſſo eunucho ſuo quicquid rerum regiarum vendiderant, recepit. Erant in his imagines ſerpentum & ſcorpionum, quoniam argentum, quo repletæ erant, ablatum erat, ipſi vero clam diſperſi erant. Eunuchus igitur prehendit matrem eorum, vetulam, & fœminas eorum liberas, il- Pag. 136.
liſque demit, quod relictum erat; urnas aureas & argenteas, nummos & denarios Romanos, quos abduxit. Sororem autem eorum virginem incluſit ædibus viri cuiusdam Chalcedonenſis in cœnaculo ſuper quatuor * monachis, adhibitis Perſis, qui eam cuſtodirent. Illa vero noctu, quum ſtrepitum pedum audiret, credidit unum ex Perſis advenire, ut illam corrumperet. Itaque facie abſcondita in linteolo ſemet ipſam proiecit e feneſtra et poſtridie mortua eſt. Eu-

S nuchus

nuchus timore perculſus eſt, & imperatori de ea condoluit. Dimiſſis igitur fratribus eius, reddidit eis quintam partem opum, quas poſſederant. Mar Dionyſius, qui ex hiſtoria Iohannis Reſaphenſis pendet, de hac hiſtoria valde perſuaſus eſt, contenditque domum, ubi theſaurus inventus fuerit, Iohannis fuiſſe, & cum dote filiæ regioni Gaumæorum datam eſſe, argentum autem ab uxore Iohannis abſconditum eſſe, quum iuſſu Coſrois captiva abduceretur. Conſtantinus imperator, proculcata lege, uxorem duxit, dum uxor eius adhuc ſuperſtes erat. Acceſſivit etiam filias magnatum & corruptores. Quum Bulgaris in Thracia bellum inferret, ibi inebriatus & lapſus eſt. Principibus igitur cum matre eius conſentientibus, illa oculos eius, quum rediret, fucavit. Excœcato eo illa regnavit ſola, conſtituitque Aetium, eunuchum, vicarium ſuum et principem patriciorum. Quum Arabes regionem Romanorum invaderent, vicit eos Ætius. Anno ſequenti, quum bellum inferrent Arabes, Ætius victus eſt. Iterum Arabibus aggredientibus & vincentibus, Romani voluerunt imperatorem creare Nicephorum Logothetam Cappadocem. Qua re audita Irene iuſſit eum excœcari, quem tamen Ætius eunuchus celavit. Nicetas vero patricius & patriarcha deliberavit cum ſenatu, & omnibus placuit, Nicephorum regnaturum eſſe. Im-
C. 803. perium igitur adeptus eſt anno 1114 & honorifice habuit Irenen re-
Pag. 137. ginam, & (141) Ætium. Hi cædem eius parare voluerunt manu monachorum. Inſidiis (142) vero manifeſtatis, Irene in exilium miſſa eſt Athenas, ubi monacha facta eſt. Ætio retribuit, uti ei facere voluit. Monachos vero imperator non læſit. Hoc tempore, quum Harun Raſchid intentus eſſet (143) in ædificandam urbem Saubathram Armeniæ minoris iuxta Malatiam: Saturacius, dux Romanorum, Peloponneſum

Digitized by Google

neſum adortus eſt, quæ dudum Arabum fuerat, eaque potitus eſt. Præſidio illuc collocato abiit, poſtquam ingentem captivorum copiam oves, gregesque equorum & camelorum inde diduxerat. Fertur, Gabalam Arabem fuiſſe regem Tejenſium Chriſtianorum. Quum vero ope Omari filii Chetabi Muhammedanus factus eſſet, & cum illo veniſſet in templum Medinenſe: conculcavit eum vir quidam ex familia, quæ Peſareh vocatur. Ille ſe convertit, percuſſit eum, naſumque eius fregit. Quod quum conqueſtus eſſet Peſarenſis ille: dixit Omar ad Gabalam: pacem cum eo compone aut trade ei naſum tuum frangendum. Regerit iſte: quomodo rex mei ſimilis reptabit ad parvum, ut ab eo percutiatur. Reſpondit Omar: etiamſi illi dignitate regia antecellis: tamen ei quoad Muhammediſmum ſimilis es. Dixit Gabala: Sine me usque ad craſtinum diem, donec alterutrum, quod mihi propoſuiſti, conſideratum eſt. Noctu Gabala eiusque ſocii ſurrexerunt & in Cappadociam fugerunt, atque iterum Chriſtiani facti ſunt. Ab hoc originem traxit Nicephorus imperator vir fortis, prudens, ieiuniis & precibus deditus. Quapropter etiam Helpidius apoſtata dixit Abdalmaleco duci Arabum. Si Nicephorus imperaverit, exue veſtimentum hoc delicatum, armis accingere & ad bellum paratus eſto. Nicephorus autem, ſimulac imperium adeptus fuerit, literis ad Harunum miſſis, eum excitavit. Bellum ſibi invicem illaturi per duos menſes caſtra poſuerunt, atque per legatos & epiſtolas collocuti ſunt. Tandem pacem compoſuerunt, atque, donis miſſis, quisque in regionem revertit. Hoc tempore Korſchæus quidam Moslemus, nomine Ruhi, habitabat prope eccleſiam, & tempore precum percuſſit ſacerdotem, ut proiiceret * pus (144) formatum ex pulvere. Alio die quum attenderet tempore ſacrificii, vidit in patina ſuper menſa, Pag 138.

 cui

cui vinum impoſitum eſt, agnum membratim diſſectum. Quum ad ſacerdotem deſcenderet, vidit panem fractum. Iterum aſcendit ad feneſtram & vidit agnum. Tunc credidit, & relicta domo ad cœnobium abiit & baptizatus eſt. Perlata fama huius rei ad Harunum arceſſi eum iuſſit, & allexit, ut rediret. Noluit autem ille. Conſtrictus igitur catenis quum per biennium cuſtodiretur, nihilque remitteret: caput eius abſcindi iuſſit, ſuſpendique ſuper muro Rafikæ, ubi multi ſplendorem viderunt, quo obtegebatur. Chriſtianus quidam, natione Perſa, illud abſtulit, atque in urbem ſuam diduxit. Hoc tempore adiit Harunum Romanus quidam, nomine Thomas, filius Moſmari, contenditque ſe filium eſſe Conſtantini, imperatoris. Harunus, quanquam eum contemneret, honorifice tamen excepit, tanquam filium impe-
C. 804. ratoris. Anno 1115 quum Harunus in Perſide eſſet: exercitus Romanorum magnus diripuit agrum Mopsveſtenum & Anzabenum, atque Arabes prehenderunt et in captivitatem abduxerunt. Harunus, re audita, venit ad urbem Callinicum & menſe Niſan vaſtavit Heracleam. Venit igitur Nicephorus, pugna eum aggreſſurus & quum videret copias multas Romanorum, pacem petiit tradiditque omnes Romanos, quos captivos in terris ſuis tenebat. Poſtquam Nicephorus pacem compoſuerat, dedit ei Harunus etiam tentoria, in quibus habitaverat, eorumque ornamenta. Hoc anno Harunus condidit urbem ſupra Callinicum eamque appellavit Heracleam ſecundum nomen uxoris, quam ex regione Heracleenſium duxerat. Etiam Nicephorus, pacatis Arabibus, condidit Ancyram, aliaque loca in vicem Tyanæ & Heracleæ, quam eius tempore Arabes eripuerant.
C. 808. Anno 1119 gravis inceſſit
Pag. 139. fames etiam beſtias rapaces, quæ cadavera e ſepulcris eruta comedebant, atque homines vivos aggreſſæ ſunt. Mulieres & pueri, qui ad colli-

colligendas herbas, quas comederent, exierant, a beſtiis devorati ſunt. Harunus, in Perſida profecturus, contra rebellem, Muhammedem filium ſuum regem conſtituit Bagdadi, Kaſemum filium alium, in Syria, Alamunum ſecum duxit in Choraſanam eique vice regni mille myriadas nummorum *argenteorum (145) donavit. Poſtquam Tuſum pervenerat, rebellemque occiderat: ibi mortuus eſt anno 1120. Hoc tempore floruit Bochti ieſchua filius Georgii medici Elymæi. Quum Calipha Harun Raſchid ægrotaret: eum accerſivit Elymaide. Accedens regem ſalutavit Perſice & Arabice. Rex autem riſit, ceteroſque medicos advocavit, ut cum eo diſputarent. Dixit Iſa Abu Koreiſch, medicus: O rex miſerere noſtrum. Noſtrum enim nemo eſt, qui cum illo loqui valeat. Quod enim ad ſermonem attinet, ille pariter ac pater & familia illius, philoſophi ſunt. Præcepit Calipha clam eunucho cuidam, ut adduceret urinam animalis cuiusdam, qua Bochti ieſchuam tentaret, num eam cognoſceret, nec ne. Quæ quum adduceretur, conſpecta illa, dixit: non eſt hæc urina hominis. Altercatus itaque eſt cum eo Koreiſch medicus & dixit: mentiris. Vrina hæc eſt cuiusdam ex puellis regiis. At Bochti ieſchua confirmatus eſt, illique dixit: Tibi affirmo, o ſenex honorate, nequaquam ita mingere hominem. Conſidera colorem, ſubſiſtentiam, & odorem, ſi intelligens ſis. Dixit ei: num * comedemus, cuius hæc ſit aqua? Bochti ieſchua reſpondit: pili novi (animalia recentia) decenter non comeduntur. Riſit itaque Calipha, eique donari iuſſit veſtimenta multumque auri. Excepit illum filius, Gabriel, filius Bochti ieſchuæ, filii Georgii filii Bochti ieſchuæ. Etiam hic in medicina excelluit, & Haruno Raſchido inſerviit. Fertur, aliquando extenſam fuiſſe C. 809.

Pag. 140. quandam ancillarum, quæ a Calipha amabatur. Quum manum porrigeret, dementata eſt, neque eam retrahere potuit. Medici igitur licet defatigati ſunt, adhibendis multis unguentis, mediisque humectantibus, nihil profecerunt. Accerſivit Calipha Gabrielem eique rem narravit. Dixit: medicina ei parata erit, ſi eam huc coram congregatione adduxeris, eique fecero, quod mihi libuerit, tu vero mihi non ſuccenſeas. Conſenſit adductaque eſt. Simulac eam videret Gabriel, accurrit ad eam, fimbrias eius prehendit, quaſi tunicam eius retecturus eſſet. Quum autem puella pudore ſuffuſa eſſet: incaluit corpus eius, ſudavit, laxataque ſunt membra eius. Extendit igitur manum ſuam, quæ in altum ſuſpenſa erat, verſus fimbrias, easque prehendit, ſe velatura. Statim igitur reliquit eam Gabriel & Caliphæ dixit: En profecto ſanata eſt, & extendere valet puella hæc manum ſuam dextrorſum & ſiniſtrorſum. Admiratus eſt Calipha, omnesque qui aderant, eique afferri iuſſit numos 500000. Interrogatus de cauſa (ſanationis) dixit (Gabriel): humor quidam tenuis effuſus eſt in membra eius tempore concubitus. Quum autem motus concubitus ſubito ceſſaret & quieſceret: congelatus eſt humor eius in interiori parte nervorum manum moventium, neque liquefactus eſt, niſi calore fervido, ſimili eius, quo obſtrictus fuit. Stipendium eius annuum fuit denariorum 900000. Mortuo Raſchido miniſtravit filio ipſius Almino. Almino interfecto inſerviit Mamuno fratri ipſius. Primum iratus ei fuit Mamunus, omnesque eius opes diripuit. Poſtea reconciliatus eſt, & reſtituit omne quod ei abſtulerat, atque eum amavit honoravitque (146). Iſti Gabrieli narravit Neſtorianus quidam, qui in Ægyptum profectus erat, Iacobitas in Ægypto inſultare Neſtorio, & ſepulcrum eius lapidibus obruere, dicentes, pluviam non deſcendere ſuper illum. Ex-

Digitized by Google

Exarſit igitur ira, epiſtolam accepit a Calipha ad Sultanum Ægypti,
(huius argumenti) ut ſibi mitteret oſſa Neſtorii arcæ incluſa Bag- Pag.141
dadum, quæ in eccleſia Cochenſi depoſiturus eſſet. Non nemo autem
monachorum Neſtorianorum, quum opprobrium hoc a ſocietate ſua
amovere et oſtendere vellet, non Neſtorium eſſe, quem Iacobitæ
conviciis proſcinderent & lapidarent, dixit: unus apoſtolorum ſan-
ctorum dixit mihi per ſomnium nocturnum, errorem hunc eſſe, ne-
que eſſe oſſa Neſtorii, neque quenquam ſcire ſepulcrum eius. Itaque
pœnituit Gabrielem medicum, oſſa ex Ægypto transferre. *Mu-
hammedes Amin frater Harun Raſchidi* annos 4 & menſes 7. Hic ab-
ſolvit ædificationem Heracleæ, quam pater inchoaverat, & gazas Cal-
linico Bagdadum transportavit, etiam argentum & familiam Mamu-
ni fratris ſui, qui imperavit in Choraſana. Anno 1121 litigare alter C. 810.
cum altero inceperunt Amin & Mamun, initio mali ab Amino orto,
qui laſcivus & ἄσωτος erat neque fratri ſuo argentum dabat, quod
pater ei donaverat, quin occupavit totam * ditionem (147) fratris
ſui, contra quem inſidioſe ablegavit, qui eum prehenderet. Verum
ille, cognitis inſidiis, non venit. Tum multi rebelles apparuerunt.
Quidam nomine Omar, qui propter cædes, quas Samoſatæ perpetra-
verat, Callinici vinculis conſtrictus erat, interfecit cuſtodem carce-
ris, aufugit Samoſatam, & Emiram occidit, cuius cauſa incluſus erat.
Spoliavit mercatores, &, copiis collectis, magno ſtudio cædere &
prædari incepit in Palæſtina, & exercitum, qui duce Solimano contra
eum miſſus erat, profligavit. Alius rebellis in Armenia, nomine
Nazar, ad Omarum, venit, & cum eo ſocietatem iniit. Ambo inten-
ti erant in exitium mundi. Aminus ducem Ali una cum 30000 miſit
contra fratrem ſuum Mamunum, qui ducem Tahirum ſtipatum mili-
tibus

Digitized by Google

tibus 4000 ei oppoſuit. Manus conſeruerunt iuxta fluvium Balech,
Pag. 142. victusque eſt Ali. Multi milites fluvio ſubmerſi ſunt. Anno 1122 Ni-
C. 811. cephorus, imperator Romanorum, Bulgaros aggreſſus eſt, urbem regiam cepit, diripuit, multosque trucidavit, ita ut pueros ſuper terra expanſos plauſtris calcaret. Hoc anno interfectus eſt Nicephorus
C. 812. a Romano quodam. Anno 1123 Nazar & Omar rebelles, copiis coactis, Gazartam tranſierunt & absque miſericordia interfecerunt, qui ibi erant. Captivos abducebant, prædabantur, ſcortabantur cum mulieribus, virginibus, quin pueris. Poſtquam Harranem oppugnaverant, & ceperant: Arabes Edeſſeni rebellibus nunciarunt, ſi miſſuri ſint, qui ſepulturas Chriſtianorum vaſtarent, omne aurum eos propter eccleſiam daturos eſſe. Quia autem murum Edeſſenum Abujaafar dudum deſtruxerat: valde timuerunt Edeſſeni, ieiunium decreverunt, & vigilias precesque inſtituerunt. Tum Deus mentem impulit ſenis Habch filii Said, ut Nazarum & Omarum adiret, iisque conſuleret abire. Hi conſilium ſenis ſecuti ſunt, & acceptis ab Edeſſenis zuzis 5000 migrarunt. Hoc anno die 14 menſis Ijar fuit eclipſis ſolaris tota per duas horas. Conſpectæ ſunt ſtellæ, & homines lucernas accenderunt. Tum ſol revelatus eſt circiter unam horam veſpere. Anno
C. 813. 1124 reliquerunt rebelles illi, Tarſechinæos regionem Zabirorum, & Bamarenſes, atque invenerunt in cœnobio extra oppidum Hadiz monachum quendam vinctum, & exegerunt ab eo, quicquid habebat ſive ſuum ſive aliorum eſſet. Quod quum illis effudiſſet: cremarunt eum & cellam eius. Omar profectus eſt Samoſatam, & in arce, quam extruxit, habitavit. Nazar abiit Sarugum, urbemque ad ſolvendum ei tributum adegit. Quum hæc inter Arabes agerentur: ſimilia apud Romanos acciderunt. Occiſo enim Nicephoro regnavit filius eius Sa-

tara-

Digitized by Google

turacius. Quinque menſibus poſt Bulgari oppugnarunt civitatem regiam cæderuntque Saturacii oſſa (148) ita ut moreretur. Michael gener eius eum excepit annum unum (imperans). Sunt, qui dicant, Procopiam, ſororem eius, veneno eum ſuſtuliſſe, ut Michael maritus eius imperium conſequeretur. Bulgaris iterum bellum inferentibus, Michael cum illis pugnam detrectavit. Quare Leo patricius zelo incitatus dimicavit, Bulgaros ſuperavit regemque eorum interfecit. Prehendit etiam Michaelem, eumque capite abraſo in cœnobium detruſit, & filios eius caſtravit. Imperavit annos ſeptem & dimidium & pacem cum Bulgaris iniit, reddita illis ſalina, cuius cauſa bellum intulerant. Anno 1125 Nazar cepit Reſcipham, Sarugum, Chiſumum, & ſtruxit tres muros Chiſumo. Abuſchalach condidit murum Edeſſenum ſumtibus Edeſſenorum. Tum Abdallah filius Heſchami cepit Haranem, Omar cepit Telam, Hobibus Reſainam, & Abdallah Mardam, Abas Sarugum (149) Othman Kinneſrinum, Antiochiam & Apamæam. Tabet conſtituit portas * Iſaurorum Ciliciæ (150) cuſtodesque poſuit ita, ut Cilicia perfugium eſſet exulibus & miſeris. Hoſainus dux exercitus, quando defectionem meditabatur a rege Amino, Perſis dixit, Aminum opitulari Arabibus, & odio habere Perſas. Parato ſibi eorum auxilio, aggreſſus eſt Aminum, qui in vincula conjectus & prehenſus eſt. Hoſainus progreſſus eſt, occupavit pontem Bagdadenſem, copiasque provocavit, ut Mamunum traderent. Aminus e cuſtodia nuncio miſſo ad Hoſainum, eum obteſtatus eſt, ut tantum vita & opes ſibi concederentur. Hoſainus igitur & Perſæ ægritudine affecti eum libertati reſtitutum in throno collocarunt, qui Hoſaino iuramentum præſtitit, ſe contra eum nihil flagitioſi excogitaturum eſſe. Dedit etiam ei annulum ſuum. At Hoſainus non credi-

P. 143.

C. 814.



Digitized by Google

dit, ſed fugit ad Harthemam, ducem Mamuni. Nazar rebellis, coactis
Pag. 144. omnibus Arabibus Kiſæis, oppugnavit Callinicum. Caſtra poſita ſunt in vicis Chriſtianorum, qui impenſis gravibus vexati ſunt. Obſeſſa etiam fuit Rafika, ubi Cyriacus patriarcha & Theodoſius Edeſſenus præſentes erant, & præ fame panem ex oryza & leguminibus confectum comedebant. Poſtea pacem compoſuerunt, rebus nondum pacatis, quum Akulenſes Callinici, & Perſæ Rafikæ dominarentur. Hoc anno, quum Mamun videret, multos ab Amino fratre ſuo diſſentire, miſit Harthemam & Tahirum ducem exercitus Bagdadum, cuius incolæ in binas partes ſciſſi ſunt. Fugitivi irruperunt in univerſam civitatem, abſtulernnt etiam gazas regias, diripuerunt aurum, veſtimenta, quin adverſus ſe invicem populationem fecerunt, ſpoliaque ſibi ademerunt. Quum lapides Bagdadi deficerent: columnas eccleſiarum vaſtarunt (151), fractasque fundis proiecerunt. His viſis Aminus ab Harthema vitam opesque iuramento ſibi confirmandas petiit. Iuramentum hic præſtitit. Tahirus autem hæc audiens ſuccenſuit, & cuſtodes collocavit, qui Aminum noctu apprehenderent, quum ſcapha aufugeret. Ille vero in fluvium ſe proiiciens natavit & effugit atque in ædibus viri aſtuti (152) delituit, ubi quum repertus eſſet, occiſus eſt, capite eius ha-
C. 813. ſtæ affixo, & Bagdadi * volutato, die primo ſeptimanæ, quinto menſis Moharem, anno Hagarenorum 198. *Mamunus frater Amini* annos 20 & dimidium. Accerſivit Harthemam ducem, qui iuramento Amino pactus erat, in Choraſanam, eumque interfecit. Socii eius zelo correpti iverunt Blanaſum, & trucidarunt, qui eum interfecerat. Hi igitur iuſſu Mamuni cruci affixi ſunt. Nazar rebellis coactis Kiſæis Tanuchæos adortus eſt, qui iuxta fluvium Kuik prope Halebum caſtra poſuerant. Poſtquam cum illis per decem dies pugnaverat: Tanuchæi re deſperata aſſumtis viris

&

Digitized by Google

& mulieribus Kinneſrin migrarunt. Deinde Kiſæi & Halebenſes profecti ſunt, relictis domiciliis ſuis magnis, quæ opibus & mercibus referta erant. Vti paulo antea fide ſua privabantur, ita nunc exuti divitiis egrediebantur pedibus nudis & orbati. Poſtea venit Tahirus dux Mamuni cum Perſis 4000 Callinicum, rebelles perſecuturus. At maiora impoſuit tributa ac rebelles fecerant, incolasque Sarugi & Edeſſæ tantis malis affecit, ut ſodales eius contra eum cogerentur, interemturi, quia legibus eorum eos interdixerat. Quod quum ſentiret, ſeſe muro proripiens aufugit (Edeſſa) Callinicum. Diluculo ſodales eius rem experti, veritique, ne Nazar eos prehenderet, fugerunt, atque Edeſſeni a tributis gravibus liberati ſunt. Nazar igitur contra eos profectus eſt, quia Perſæ partes Tahiri ſequebantur, illique quinquageni & centeni capti tanquam oves iugulati ſunt. Nazar & Omar Edeſſam tendebant, eam depopulaturi, & gravi obſidione eam cingebant. Perſæ igitur una cum incolis civitatis murum aſcenderunt, & dimicarunt, ipſis mulieribus lapides,ad pugnandum (afferentibus) et aquas ad potandos milites. Qui vero apportare non potuerunt, precibus incurvati ſunt, quorum unus ego eram, inquit Mar Dionyſius Telmaharenſis. Dominus autem propitius fuit, cæſus eſt Omar, migraruntque rebelles. Bagdadenſes, quum violentiam rebellium viderent, & Mamunum abſentem eſſe, adduxerunt patruum Mamuni, ſcilicet Abrahimum filium Mohdi regemque eum conſtituerunt. Hoſainus, dux exercitus Mamuni, qui Akulam procul a tumultu ſeceſſerat, bellum contra Bagdadenſes moliebatur. Tahirus Callinici rebelles nonnullos familiares ſibi reddidit donis, alios regionibus præfecit. Abrahimum Korſchæum Sultanum fecit Harane, qui quum in periſtylio (153) ſuo alto Harane ambularet: vidit ædi- Pag. 145.



Digitized by Google

ficia nova. Arabes, qui circa eum erant, interrogati dixerunt: hae ſunt eccleſiæ Chriſtianorum, quas diebus tuis condiderunt, qua de cauſa Moslemi in te offenduntur. Iratus igitur iuſſit deſtructionem eccleſiarum novarum, atque, antequam ſol occideret, deſtructum fuit altare eccleſiæ noſtræ magnæ Harane, & eccleſia Deiparæ, Kubæ, & exigua
Pag. 146. pars templi Mar Georgii, & alia templa, quæ Chalcedonenſium, Neſtorianorum & Iudæorum erant.* Hac nocte, quum dormiret Sultanus, a Deo per ſomnium commotus eſt. Mane igitur Chriſtianos advocavit, illisque permiſit, ut reſtituerent quod deſtructum erat. Intra paucos dies repararunt iacturam, quam fecerant. Abrahim permiſit gentilibus Haranenſibus, ut arcana ſua manifeſte proferrent. Itaque eo libertatis proceſſerunt, ut bovem indumentis pretioſis ornarent, floribus coronarent, cornibus eius tintinnabula (154) appenderent, atque per omnes plateas circumducerent nabliis tibiisque: quo facto eum in victimam (155) Deorum offerebant. Abdal Allah, præfectus Edeſſenus, incolas multis tributis oneravit. Quum ad eum clamarent Edeſſeni oppreſſi ab iis, qui in eorum domiciliis commorabantur reſpondit: tempore Romanorum delicatam vitam egiſtis in terra hac. Maiores autem noſtri in deſertis aridis errarunt, quando cameli paſcentes frigore horrebant, vel calore exurebantur. Quum autem gladio noſtro hanc terram comparaverimus: quare aſpere vos geritis ad eam nobis tradendam? Itaque Edeſſeni exierunt, ægritudine afflicti. Tahirus exſtruxit murum inter Callinicum & Baſikam. Enixo ſtudio incubuit in lectionem, interpretationem,
C. 819. & cogitata Philoſophorum. Anno 1130 Mamunus venit ex Choraſana Bagdadum. Abrahimo patruo eius fugiente & occultato Bagdadenſes adhæſerunt Mamuno. Anno 1132 Mamunus miſit Tahirum in Choraſa-

raſanam, ut eam gubernaret. Abdallam filium eius exaltavit & in
locum patris ſui ſuffecit. Tum Nazar rebellis invaluit, redemit ar-
cem Bethbaleſi, & copiis coactis deſcendit ad fluvium Hane iuxta
Callinicum. Exeunte Iſa, quem vicani comitabantur, omnes occidit
Nazar, direptis & in captivitatem abductis oppidanis. Tum Mamu-
nus contra eum miſit Schabibum, virum fortem, cum Perſis 7000
electis. Impetu facto in Mazarem, terga verterunt Arabes, qui cum Pag. 147
eo erant. Perſæ vero ſuper præda oppidanorum miſerorum diſperſi
ſunt, comedentes, bibentes, & gloriantes, rebellem victum eſſe. Tum
Nazar in eos ſe convertit, Perſæque præ timore fracti ſunt. Schabi-
bus, videns, ſe ſuperatum eſſe, noctu clam verſus Antiochiam ten-
dere (156) voluit. Nazar autem, qui hoc ſentiebat, eum perſecu-
tus eſt, Perſarumqae cum eo coniunctorum cædit circiter 3000, om-
nesque cepit; Schabibus cum paucis Bagdadum evaſit. Nazar in-
ſidias celavit contra oppidanos iuxta fluvios ساجر i. e. incidenti aquæ
fluxu repletos haud procul a Mabugo. Quum quilibet ſe operi ſuo ac-
cingeret: impetus factus eſt in eos, occiſique ſunt viri & fœminæ.
Multis autem ruſticis & miſeris in cœnobium Borimi aſcendentibus,
ignis iniectus eſt, horumque aliquot cremati ſunt. Eorum qui ſe pro-
ripuerant, ceciderant, fractique erant, capita abſciſſa ſunt, quæ ſecum
Sarugum deportavit. Mamunus, his auditis, Abdallam filium Tahi-
ri miſit cum militibus 20000. Profecti ſunt Baleſum. Hanc obſidio-
ne arcta cinxit, & muris dirutis intravit, cepit rebelles, qui a parte
Mazaris ſtabant, eosque in vincula coniectos Bagdadum miſit. Nazar
vero in confinio Sarugi interfecit Chriſtianos & Perſas. Anno 1133 C. 822.
quum Leo prævaleret, multosque magnates occideret: Romani con-
ſilium ceperunt, eum occidendi & Michaelem ducem exercitus im-

 pera-

peratorem creandi. Quod quum ſentiret Leo, miſit, qui Michaelem prehenderent. Conſtitutum erat, ut die veneris i. e. crucifixionis cruci affigeretur. Vxor autem eius effecit, ne die iſto interficeretur. Miſit igitur Michael (157) nuncium ad magnates: ſi non liberaveritis me: indicabo, vos omnes doli participes eſſe. Magnates igitur ſtipati irruerunt in imperatorem, altari adſtantem & precantem eumque occiderunt atque Michaelem eduxerunt & imperatorem conſtituerunt. Poſtquam 4 annos regnaverat: obiit uxor eius Tecla. Edu-
Pag. 148. xit igitur ex cœnobio filiam ex filia Conſtantini eamque in matrimonium recepit. Quæ quum filium ei peperiſſet: ægre tulit, ſe, quæ filia filiæ Irenes imperatricis ſit, filium educaturum eſſe ex gente Iudæorum. Callide igitur occidit filium ſuum. Senior enim huius Michaelis Iudæus erat, qui credidit & baptizatus eſt. Hoc tempore accerſivit Mamunus Thomam, qui de ſemet ipſo contendebat, ſe filium eſſe Conſtantini imperatoris, eumque cum exercitu miſit Conſtantinopolin. Oppugnavit igitur eam per ſex menſes. Imperator Michael anguſtia incluſus promiſit Arabibus captivis reditum, ſi cum Thoma prœliarentur. Romani una cum Arabibus egreſſi fregerunt exercitum Thomæ, qui in arcem quandam effugit, ubi prehendebatur, et manus pedesque amputati lanceæ affigebantur. Michael autem promiſſo ſuo revocato, captivos Arabes non dimiſit. Anno
C. 824. 1135 menſe Tiſrin oppugnavit Bar Tahir Chiſumum, ibique ſtruxit machinas, ad proiiciendos lapides, quorum unus oneri aſinino par eſſet. Chiſumum quinque muris gaudebat. Nazar vero præcepit, ut fœminæ Chriſtianæ murum aſcenderent, portantes liberos ſuos, qui plorarent & deprecarentur, ne lapidibus obruerentur. Bar Tahir, quia miſericors erat, iuſſit lapidem non in civitatem proiici, ſed

Digitized by Google

ſed murum tantum peti. Tum Nazar aperuit portam urbis, miſit tres filios ſuos, & 200 onera farinæ, 300 onera hordei, 500 oves, 10 (00) mulos, 10 ſervos, tres concubinas, tres eunuchos, dixitque: craſtino die ego ipſe venturus ſum. Bar Tahir vero præcepit pueris abire ad familiares ſuos, ne eſſent ſolliciti. Matutino tempore exivit Nazar, quum adhuc procul eſſet, pedes inceſſit, appropinquans autem adoravit & oſculatus eſt pedem manumque Bar Tahiri. Tum etiam Bar Tahir deſcendit, atque ambo ſederunt, & ſecrete inter ſe collocuti ſunt. Tum iuſſit Bar Tahir, Nazarum in urbem reverti atque 20 diebus poſt Callinici ſe convenire. Bar Tahir credidit ei in ſimplicitate ſua, & quum abiret, Manzurum filium Nazari ſecum Samoſatam abduxit, cepitque rebelles, qui ibi erant. Nazar incepit reſtituere & munire Chiſumum, & nunciavit Bar Tahiro: ego ad bellum tecum gerendum paratus ſum. Manzurum filium non ſolum Bagdadi in vincula coniice, ſed igni aſſatum comede. Tum menſe Ab Bar Tâhir iterum Chiſumum oppugnavit urbemque arcte clauſit. Nazar vetuit, ne quisquam ſuper mortuis ploraret. Obſidione urgente, fractoque (158) muro exteriori, Nazar iuſſit iterum aſcendere mulieres Chriſtianas murum (interiorem) portantes liberos ſuos atque flentes: quarum Bar Tahir miſertus eſt. Solvit igitur obſidionem, militesque ſibi in hiemem domicilia condiderunt, in quibus commorarentur. Quum vero fames in urbe adeo increſceret, ut caput aſini decem zuzis venderetur, coactus fuit Nazar, ſimpliciter Bar Tahirum adire. Deductus fuit iſte, ſociique eius, mulis equitantes, Bagdadum. Hæc liberatio a rebellibus contigit menſe Adar anni 1136. Hoc anno circiter 30000 Baſſorenſium navibus recti irruunt in Baharainenſes, qui naves prædati erant ex India, Sina & Per-

Pag. 149.

C. 825.

Digitized by Google

Perſide adventantes. Ad regionem Baharainenſium appulſi ceciderunt in mare profundum, quia ingreſſum non noverant. Exierunt igitur contra eos Baharainenſes naviculis, et omnes Baſſorenſes ſubmerſerunt. Hoc tempore Mamunus quatuor principes Korſchæos prehendit, qui rebellionem contra eum meditati fuerant. Conſpiraverant enim cum quibusdam, ignem in plateam oppidi coniicere, regemque, quando ad locum incultum accederet, occidere. Quod quidem conſilium quum Mamunus ſenſiſſet: noctu miſit, qui Korſchæos inſidioſe interficerent. Diluculo cadavera eorum ligno ſuſpendit. Cepit etiam Abrahimum patruum ſuum, quem quum ſeneſcentem cognoſceret: vitam ei conceſſit. Hic citharam pulſare doctus fuit, emit vendiditque pueros, puellas atque vinum. Hoc tem-
Pag. 150. pore Ægypto potiti ſunt duo rebelles, Gauri & Sari, qui collegerunt aurum tanquam lapides. Mortuis illis ſucceſſerunt filii eorum Obidus filius Sari, Foſtati & in parte meridionali, atque Ahmedus,
C. 826. filius Gauri, in plaga ſeptentrionali. Anno 1137 pervenit Bar Tahir Lariſſam. Convenit eum Ahmedus atque pactus eſt cum eo de opibus patris ſui Gauri, qui moribundus dixerat: pudet me terræ, (conſiderantem) quantum auri in ea depoſuerim. Obidus autem reſtitit, quia numerus exercitus eius erat 80000. Bar Tahirus menſe Niſan Foſtatum obſedit, viasque occupavit, quo minus commeatus terra marique apportarentur. Tum Obidus vitam opesque ſuas ſervaturus Bar Tahirum adiit, amboque pace compoſita comederunt
C. 827. & biberunt. Anno 1138 oppugnavit Bar Tahirus Alexandriam, quia filii Andaluſii eam ceperant, atque expulſis Chriſtianis & Iudæis in domiciliis eorum ſedem fixerant. Elapſis novem menſibus, poſtquam Bar Tahir eos obſidione & fame oppreſſerat, ſubiecit eos ſibi.

Quin-

Digitized by Google

Quinquagenos ex eorum multitudine Callinicum miſit. Ceteri in patriam profecti ſunt. Potitus eſt etiam Africa, præfecitque duos principes ex viris iuſtis, qui ibi erant. Anno 1140 obiit Michael imperator Romanorum atque regnavit Theophilus, filius eius, cui quatuor annis, antequam pater eius moreretur, corona impoſita eſt, quia, ex quo, Tecla uxore eius mortua, aliam duxerat, coronam ſibi non impoſuit, neque in ſolio regio ſedit. Nam Romanis non imperant, qui ſecundas nuptias celebrarunt. Uxor altera, quam ex cœnobio eductam ſibi iunxerat, poſtquam mortuus eſt, caput abraſit & in cœnobium migravit. Hoc tempore Curdæi, viri Moslemi, defecerunt ab Arabibus, quia illis rex Mohdi comparuerat, qui expectabatur. Velamen magnum faciei eius impoſitum erat, & appellabat ſe Meſſiam atque ſpiritum ſanctum. Congregatæ ad eum ſunt turmæ & cuſtodes, quia regio Curdæorum munita erat. Etiam Mamunus eum timuit, & Hoſainum, ducem, contra eum miſit, qui Turabdeni eum ſuperavit, regione Karthemin direpta. Fractis Curdæis Mohdi fugit in regionem Iſaaci, qui caput eius abſcidit. Curdæi igitur iterum collecti ſunt, & oppugnarunt caſtellum Iſaaci, quum ille foris eſſet. Valde commoti ſunt, qui intus erant. Monachus, frater uxoris Iſaaci, quum videret Curdæos paratos eſſe ad intrandum caſtellum, ex muro ſe proripuit, arrepta haſta atque in caput Curdæi vibrata, confodit eum atque occidit, & incolumis in caſtellum rediit. Inſequenti nocte nulla ſpes obſeſſis relicta erat præter ploratum & humiliationem (159) coram Deo, ut eos liberaret. Ipſa uxor miſera Iſaaci filium ſuum, quem lactabat, tota nocte coram Domino proiecit, infante & ſemet ipſa flente. Diluculo advenit Iſaac cum acie inſtructa. Curdæi in fugam ſe coniicientes nive impediti ſunt, unde multi

C. 829.

P. 151.



Digitized by Google

eorum capti & occiſi ſunt. Pauci, qui evaſerant, ducem ſibi conſtituerunt Harunum, quem Ali interfecit. Hunc excepit Babæ, bubulcus. Multi etiam eorum ad Theophilum, imperatorem Romanorum, effugerunt. Bulgari iterum ei ſubiecti ſunt, quibus coactis Saubathram oppugnavit eaque expugnata trucidavit mares, qui ibi erant, & mulieres atque pueros abduxit. Deinde incenſa eſt. Poſtea Arabes eam reſtituerunt. Anno ſequenti Emanuel patricius a Theophilo defecit, adiit Mamunum, eumque ſollicitavit, ut terram Romanorum invaderet. Menſe Haziran adortus Mamunus in Cappadocia quatuor caſtella cepit. Menſe Ijar anni 1142 Luluam caſtellum
C. 831. oppugnavit, ſed capere non potuit. Anno ſequenti, quum incolæ fame opprimerentur, expulerunt Ogaphum. Emanuël patricius relictis Arabibus ad Theophilum ſe convertit. Mamunus ſuccenſuit, iuravitque, ſe Romanos conculcaturum eſſe. Quod quum audiret
Pag. 152. Theophilus, timuit miſitque, qui cum Mamuno de pace & ſolutione tributi paciſcerentur. Reſpondit: Hac conditione pacem componam quod me proclamaveritis regem veſtrum. Quod ad quantitatem tributi attinet: non contendo, num magnum, an exiguum ſit. Theophilus, his auditis, obticuit, neque quidquam reſpondit. Mamunus in Ciliciam profectus eſt. Adiit illum ſpeculator quidam, qui contendit, ſe ex ſtirpe regia eſſe. Mamunus eum excepit, mandavitque Iobo patriarchæ Chalcedonenſium, ut pro eo precaretur, regem eum ſalutaret, coronamque ei necteret. Quum autem per biennium in caſtris Arabum commoraretur, & Romanorum nemo ad eum veniret: Mohammedanus factus eſt per Abuſachek filium Mamuni. Contra Iobum patriarcham, qui eum proclamaverat, epiſcopi congre-
C. 832. gati ſunt, illumque excommunicarunt. Anno 1143 Mamun in Ægyptum

Digitized by Google

gyptum profectus eſt, & cum eo Mar Dionyſius patriarcha. Invenerunt, Nilum congelatum eſſe, quod iterum non auditum eſt. Menſe Ijar ingreſſus eſt Mamun in terram Romanorum. Erant cum eo duo filii eius Motaſem & Abas. Congregavit opifices ad ædificandam Taawiam, quæ ab Arabibus diruta erat. Ibi ægrotavit & mortuus eſt feria quarta, (die) octavo menſis ſeptimi anni 418 (160) Hagarenorum & ſepultus eſt Tarſi in Cilicia. *Motaſem filius Mamuni,* annos 8 & menſes 8. Mortuo Mamuno, erat inter Arabes diſſidium per tres dies, quinam binorum eius filiorum regnaret. Quum omnes congregati eſſent, ſubito ſuſpenſum eſt velum portæ, exiitque Abaſus & dixit: regnum Motaſemi eſt. Precamini igitur pro cuſtodia vitæ eius. Tum pacata ſunt caſtra. Incenſis ædificiis Taawiæ, proventibus & frumentis, Motaſemus Bagdadum profectus eſt, obviam ei iverunt magnates, eumque exceperunt, quanquam propter duritiem eius ei non favebant. Regno ſibi firmato, cœpit ædificare palatia celebria, piſcinas, hortosque Pag.153. in ſui oblectamentum. Laſcivus erat corpore, vinique potationi deditus. Quum videret, Zuweitenſes latrones, in ſinubus lacuum, quos Euphrates & Tigris alluit, a militibus ſuis ſuperari non poſſe, quia illi ſcaphis utebantur: Ægyptios miſit, quos ex Ægypto captivos diduxerat. Hi enim aquis aſſueti in ima, piſcium inſtar, deſcendebant, & ſubito Zuweitenſes haſtis percutiebant, & perrumpebant; (161) itaque Zuweitenſes victi, atque una cum familiis eorum capti ſunt & Bagdadi in captivitate vitam finiverunt. Hoc tempore comparuit in mari Bahairanenſi piſcis magnus, longus uno milliari, & per tres menſes mare infeſtavit, neque potuerunt, qui ad capiendos margaritas mare profundant, illuc deſcendere. Tunc



Digitized by Google

Deus miſit piſcem parvum, qui aures illius aſcenderet, eumque tru-
cidaret. Extractus eſt ex fluctibus, forasque proiectus. Quum
admoto igni caro non coqueretur: radiis ſolis ſiccatam & commi-
nutam comederunt. Hoc tempore adductus eſt ad Abed Allah Bar
Tahir, Sultanum Choraſanæ, puer qui eodem anno ex matre ipſius
natus ad ſtaturam viri adoleverat, & cuius tumores exierant. Fa-
C. 835. ctum ſupernaturale. Anno 1146 fuit inundatio fluvii Saubathræ
noctu, qui, rupto muro, in domicilia penetravit, ut homines 3000
in ædibus mergerentur. Etiam Tigris, aqua exundans, vaſtavit do-
mos Bagdadi. Hoc anno iuſſi ſunt Hagareni, mane in ſeptimana
reſurrectionis deſtruere templum Mar Georgii Tigritani, (161 *)
& Mar Ahudemis, etiamſi recens condita eſſent. Omar, Sultanus
Malatiæ, invaſit regionem Romanorum. Hunc adortus eſt Theo-
philus imperator. Vicerunt quidem initio Romani Arabes, ſed
poſtea prævaluerunt Arabes pedeſtri regis exercitui, & diripuerunt
C. 836. lectum veſteſque imperatoris. Anno 1147 poſtulavit Motaſem a
rege Nabadiſorum vel Nuborum ut munera mitteret ſecundum mo-
rem antiquum, niſi bellum ſibi inferri velit. Legatus quum adve-
niret, invenit regem Nuborum mortuum eſſe, & iuvenem nomine
P. 154. Georgium, cuius mater ex ſtirpe regia orta erat, ſucceſſiſſe, patre
eius Zacharia rem publicam adminiſtrante. Zacharias quum vide-
ret, Arabes validos eſſe, reſpondit legatis: re vera mittentur vobis
dono ſingulis annis 360 ſervi Mauri, (162) aſſuefacti & edocti ut
mores humanos imitentur, alaudæ ſive camelopardali, oſſa elephan-
torum nervique tigrium. Verum etiam nos a regibus Arabum de-
bitum exigimus, ſcilicet eorum tritici, & veſtes ſplendidas veniam-
que petimus, ut ſit, qui æs (163) colligat a Nubis, qui in terra Ara-
bum

Digitized by Google

bum habitant. Quando illi paciſcuntur: etiam nos pactum inibimus, quia benignitas regis veſtri et magnificentia familiæ eius nobis laudata eſt. Nos autem per legatum colloquium non inſtituemus (164) ſed rex noſter novus ipſe venit eum adoraturus. Legatus ſtatim per nuncium Motaſemo rem indicavit, qui reſpondit, ſe advenientem ſublevaturum eſſe. Iuſſit igitur operarios Ægypti usque ad Syenen urbem in confiniis ſitam ei obviam ire, et, poſtquam Foſtatam adveniſſet, ei tot camelos dare, quot impedimentis eius ſufficerent, atque ſingulis diebus denarios 30 in ſumtus eius. Hoc modo geſtatus eſt Georgius in terra Romanorum. Vehebatur camelo, cui ephippium impoſitum erat. Supra eum erat umbraculum, quæ quidem ſtructura inducta erat craticula ænea. Capiti eius appenſa erat crux aurea. Manu tenebat ſceptrum, atque a latere dextro atque ſiniſtro ibant pueri Nubienſes. Præcedebat epiſcopus (camelo) vectus, in cuius manu crux ſalutaris erat, quemque equites & pueri equis inſidentes cingebant. Bagdadum profectus ibique in plateis geſtatus ſedem fixit in atrio quodam regio. Tum Nubus quidam, qui tributa Nuborum in terra Romanorum collegerat, a rege Nuborum defecerat, atque Mohammedanus factus erat, Georgium accuſavit, quod non regis filius, ſed impoſtor eſſet. Quare Motaſemus Georgium deſeruit a menſe Schebat usque ad Ab Bagdadi, donec Ægyptum miſerat, remque perſcrutatus erat. Quum compertum eſſet, mendacia locutum eſſe rebellem hunc, & Georgium revera regem eſſe: eum accerſivit, militibus ei obviam miſſis. Poſtquam advenerat, ſedem ei coram ſe conceſſit, eumque laute excepit. Dedit ei dona ſplendida, eumque honorifice in patriam remiſit. Mar Dionyſius patriarcha (165) dicit: Hoc tem-

 pore

Digitized by Google

pore Bagdadi fui, & poſtquam ad Motaſemum profectus eram in
urbem novam, quam inter binos fluvios Euphratem & Tigrin con-
debat, Solimanus medicus eius nuncium miſit, ut regi Nuborum
obviam irem. Adveni cum epiſcopis & fidelibus, vidi iuvenem
prudentem, natum circiter annos 20. Orthodoxam fidem per inter-
pretem profeſſus eſt, declaravitque, ſe communionem hæreticorum
ſpernere. Quadam feria obtuli ſacrificium, cuius illum & popu-
lum eius participem feci. Erant enim penes illos vaſa ſacra & ci-
melia myſtica. Hoc tempore Babec, Chorzamæus contra Arabes
rebellari magnamque in Perſide ſtragem fecit. Quum ſuperatus
eſſet (166) aufugit dux eius Nazar cum multis ſociis ad Theophilum,
C. 837. & Chriſtiani facti ſunt. Anno 1148 Theophilus iterum Saubathram
petiit, & absque miſericordia Arabes Chriſtianos & Iudæos æquali-
ter afflixit. Tranſiit deinde in ditionem Malatenſem, captivos ab-
duxit, ignem iniecit, et oppugnavit Samoſatam. Coacta Arabum
& Malatenſium quarta parte, Romanos aggreſſus eſt. Sed profli-
gati ſunt Arabes, cæſique eorum 4000. Theophilus Malatiam re-
diit, minatus, ſe, niſi in deditionem eius venirent incolæ, illis fa-
cturum eſſe, uti Saubathræ fecerat. Tum egreſſi ad eum ſunt iu-
dex & magnates, dona ei obtulerunt, & captivos Romanos, qui
Malatiæ eraut, libertati reſtituerunt. Abiit igitur & profectus eſt.
Babec Chorzamæus, rebellis, quum videret, infirmas eſſe ſuas par-
tes, corrogavit pecuniam, & aufugit cum 400 ſociis in terram Ro-
manorum. Quum in Armeniam perveniſſet, patricius quidam, no-
mine Stephanus ei adulatus eſt, et in domum ſuam, quaſi eum hono-
raturus eſſet, allexit. Vbi in vincula eum coniecit. Motaſemus, hoc
P. 156. audito, miſit Aphſchinum ducem, cum donis ad Stephanum. Ce-
pit

pit igitur Babecum eumque occidit. Ille enim plus 100000 e copiis Arabum ſtravit. Anno 1149 Motaſemus terras Romanorum invaſit erumpens ex anfractibus Tarſi cum 220000, miſſoque Aphſchino cum 30000 ab alio latere. Motaſemus Niſæum progreſſus, quum eam vacuam inveniſſet, muros eius deſtruxit. Hinc procedens Ancyram, quum ſimiliter ibi neminem inveniret, quia Amorium in metropolin aufugerant, muros Ancyranos deiecit. Theophilus igitur imperator Aphſchinum aggreſſus cædit Arabum circiter 3000, & ſtatim immiſit Deus, cuius benignitati laus ſit, pluviam gravem. Quum Theophilus cum militibus 2000 ad alterum cornu ſemotus eſſet: reliqui Romani arbitrati imperatorem occiſum eſſe, Conſtantinopolin fugerunt. Ceſſante pluvia, & ſole illuceſcente, multæ copiæ Aphſchini cinxerunt illos duo mille, qui cum Theophilo erant, ſed lædere illos non potuerunt, donec machinas adducerent ad lapidibus eos obruendos. Tum proruperunt Romani, & ſtrage facta, occiſis etiam eorum multis, aciem Arabum preſſerunt, & evaſerunt. Ingruente veſpera accenderunt Romani lumina nocturna circa caſtra ſua, & feſtinanter Amorium profecti ſunt. Statim advenit nuncius miſſus a matre Theophili, qui diceret: Romani, qui advenerunt, nunciarunt, te occiſum eſſe, & imperatorem creare ſtudent. Feſtinanter veni. Tum Theophilus adhortatus eſt præſidium Amorinum, iuſſit portas claudi, urbemque reliquit tanquam ſuper acie novaculæ poſitam. Conſtantinopolin profectus magnates occidit, qui imperatorem proclamare voluerunt. Motaſemus, eius itinere non intellecto, reſipuit dixitque: parum decore egimus, quod huc venimus. Convertit igitur ſe ad abeundum. Tum Ahmedes, conſiliarius eius, dicit: Non decet regem, C. 838

tui

Digitized by Google

tui ſimilem, fruſtra egredi. Ecce Amorium urbs non longe diſtat
Pag.157. a nobis. Age, capiamus eam. Quam quidem oppugnaturi machinas contra eam erigebant. Quum obſidentes lapides iacerent in obſeſſos: obſeſſi ſaxis, quæ populus in muro poſitus devolvebat, eos, qui muro appropinquabant, contundebant. Nihil autem profuerunt tripodes pellibus obducti fodientibus ſciſſuras (167) ſub muro. Intra tres dies multi perierunt ab utraque parte. Obſeſſi igitur, aſpecta rima quadam in muro, contra eum machinas applicarunt, & biduo eum ruperunt. Obſeſſi igitur milites circa fracturam congregati ſunt, tantamque inter obſidentes ſtragem fecerunt, ut iſti intrare nequirent. Romani igitur veniam, eum adeundi petierunt, quæ conceſſa eſt. Exiit igitur epiſcopus & tres magnates: Petierunt ut urbem evacuarent & abirent. Ille vero, obdurato corde, quia multi militum ſuorum occiſi erant, denegavit. Quum urbem redituri eſſent, unus magnatum, nomine Bodin, ad Motaſemum reverſus eſt, & inito pacto pro opibus ſuis, promiſit ſe urbem traditurum eſſe. Dedit ei rex 500000 drachmas. Poſtquam intravit, tardavit milites, qui intus erant, dicendo: ſat Arabum interficietis (alio tempore). Propter rimam capti ſumus. Quare contrahite manus veſtras. Fortaſſe miſericordiam in nos exercebunt. Intrarunt igitur urbem Arabes, & ceperunt Ætium, patricium, Hyparchum, & Bodinum, qui eam tradiderunt. Ingentem in modum vaſtata eſt. Lex lata eſt, ne quis adhuc interficeretur, ſed hominibus in captivitatem abductis civitas diriperetur. Poſtquam captivi abducti, & urbs direpta erat: crematæ ſunt perquam multæ eccleſiæ & monaſteria. Mille virgines captivæ adductæ ſunt, præter illas, quæ occiſæ ſunt. Poſtquam captivis congregatis, rex multitu-

Digitized by Google

titudinem viderat: iuſſit interfici viros 4000. Quum milites inciperent filios & filias matribus eorum eripere: aſcendit clamor ma- Pag. 158. trum, quo audito rex indignatus eſt. Equum conſcendit furibundus & manu ſua tres viros trucidavit, ductores ſervorum, qui ei obvenerunt. Statim, coacta præda, (168) eam diſtribuit inter duces exercitus, & Turcas ſervos eius. Pars etiam mercatoribus vendita eſt, quum tota domus venderetur & filii a patribus non ſepararentur. Arabes magis quam Romani obſtupuerunt aſpectu ruinæ huius acerbæ, quia dicebant, ſcriptum penes ſe extare, Amorio occupato, ceſſaturum eſſe regnum eorum. Quum Motaſemus in evertendo Amorio occupatus eſſet: Abas, filius Mamuni, fratris ſui et Oigaiphus dux inſidias ſtruxerunt, ut eum occiderent. Dolo eorum revelato a viro Neſtoriano & medico, per literas: prehendi eos iuſſit rex & camelis imponi. Profectus eſt Amorio. Abas in itinere ſiti confectus obiit Mabugi. Motaſemus per literas locis indicavit, maledictum eſſe Abaſum, filium Mamuni, quia integra caſtra Arabum Romanis prodere voluit. Theophilus quum videret, quod Arabes Amorio fecerant, ſemet ipſum accuſavit, quod ipſe primus Saubathram everterit. Miſit igitur dona & munera ad Motaſemum, cum Baſilio patricio Carſenenſi, atque epiſtolam, qua culpam profitebatur. Expetiit Ætium patricium, qui ab Arabibus captus erat, in cuius locum Arabes captivos redderet. Scripſit aliam epiſtolam comminatoriam & ignominioſam, quam ſi pacem declinaret (Motaſemus) Baſilius traderet. Motaſemus, accepta epiſtola pacifica poſtulavit ſibi tradi una cum reliquis captivis Arabibus Nazarum Curdæum, atque Emanuelem patricium, qui ad Arabes venerat, & iterum aufugerat. Quum Baſilius reſponderet, hoc fieri non poſſe, di-

 xit,

Digitized by Google

xit, bellum gerendum eſſe. Tum tradidit Baſilius epiſtolam com-
minatoriam, qua perlecta Motaſemus iratus reddidit legato dona
Pag. 159. Theophili. Miſit etiam Abuſaidum, ut inſidias pararet ab una par-
te, & Baſchirum Satrapam, atque Metſitſatenſes, ut ab altera parte
irruerent. Quum Baſchirus captivos abduceret, deprehendit eum
Nazarus Curdæique, & captivos liberarunt. Tum, adveniente Abu-
ſaido, Arabes prævaluerunt, atque Nazarum & multos Curdæos occi-
derunt. Capita multa congregata ſale condiverunt, & Metſitſatam
deduxerunt. Quum mulieres huius urbis egrederentur, ut obviam
irent maritis ſuis, ſcilicet, victoria reportata, redeuntibus, & luge-
rent de capitibus Curdæorum: cognoverunt multæ, capita maritorum
ſuorum eſſe, eorum ſcilicet Curdæorum, qui antequam victi erant,
multos Arabes interfecerant. Gaudium igitur earum in luctum
commutatum eſt. Motaſemus gaviſus eſt, Nazarum occiſum eſſe,
C. 840. & torquem aureum in ornamentum colli Baſchiro dedit. Anno 1151
ſexto die menſis Niſan viſum eſt ſignum rubrum in ſeptentrione.
Fuit pluvia gravis & inundatio, quæ deſtructionem magnam fecit Ha-
rane. Menſe Hazirin fuit terræ motus Erzerumi, de cuius muro
deciderunt 18 turres (πυργοι) circiter 200 hominibus mortuis. Men-
ſe Thammuz incendium ortum eſt Bagdadi & Baſſoræ eodem die
eademque hora, & plus 5000 tabernæ Bagdadi crematæ ſunt. Eo-
dem die urbs quædam in Choraſana (169) everſa eſt, obvolvit inco-
las ſuos, & cumulus pulveris evaſit. Poſtero die ſciſſa fuit pars cu-
muli, atque homo & aſinus vivi ex ea egreſſi ſunt. Die 14 Elulis
viſa eſt ſpecies nubis in oriente, quæ verſus ſeptentrionem usque
ad occidentem profecta eſt. Pars eius ſuperior rubra erat ſicut
ſanguis, & inferior ſimilis lunæ, ita ut ſuper omnibus corporibus,
parie-

Digitized by Google

parietibus, muris & domiciliis tota nocte lumen ſplendeſceret. Hoc tempore venerunt Romani mari in portum Antiochiæ, diripuerunt mercatores & captivos abduxerunt. Iuſſu Motaſemi arx condita eſt in portu. Anno 1152 Abuſaidus terram Romanorum adortus captivos abduxit. Quum egrederetur, ceperunt eum Romani, qui Haditham, Maraſcham & agrum Malatienſem vaſtarunt. Hoc tempore miſit Theophilus Motaſemo dona, & captivos cum Arabibus commutari deſideravit. Motaſemus dona accepit, & duplum ſolvit. At dixit: Non permittit lex noſtra, ut Moslemum cum Romano comparemus. Verum ſi mihi donaveris Arabes, non deſiderata eorum commutatione: poſſumus tibi duplum ſolvere, alias contumelia vos afficiemus. Remiſit legatos Romanorum onuſtos donis excellentibus, quæ a 50 camelis portabantur. Pax igitur compoſita eſt. Anno 1153 defecit in Palæſtina non nemo nomine Tamim, cognominatus Abuhareb. Huic adhæſerunt egeni & nudi 30000. Texit faciem ſuam * collyrio, (170) & indicavit, ſe pro lege, quæ proculcata ſit, zelo commoveri. Cœpit etiam ille prædari & occidere. Hieroſolyma profectus eccleſias comburere voluit. Sed, dato ei (171) a patriarcha auro multo, abiit. Aggreſſus eum eſt Raga dux, qui occiſis 8000, captis 1000, ipſum Abuharebum prehendit vulneratum & ad Motaſemum miſit. Hoc tempore Moſes dux Curdæorum defecit in regione Curdoæ. Aggreſſi eum ſunt Perſæ tempore hyberno & Curdæi cæderunt circiter 15000, Perſarum quia rebelles ex habitationibus eorum progreſſi erant, quando illi quieti fuerunt. * (172) Hoc tempore fuit fames gravis & peſtilentia dura, & anguſtia præ gravitate exactionum, & rebellibus. Doræi Neſibeni & Amideni exierunt, ſuperbientes. Sed irruerunt in eos Perſæ,

C. 841

P. 160.



eosque

Digitized by Google

eosque profligarunt. Quia vero Chriſtianos occidere non ſolent:
C. 843. Arabes multi ratione crucis ſalvati ſunt. Anno 1154 Motaſemus obiit, ſuaque morte liberavit 8000 ſervos ære emtos. Reliquit equos 40000 curribus aptos, 20000 mulos ſarcinis portandis idoneos, & ſervos ſtabularios 30000. Iisdem diebus obiit etiam Theophilus imperator Romanorum. *Watek filius Motàſemi* annos 5 &
Pag. 161. menſes 9. Iſte vexavit ſcribas terrarum ſuarum cruciatibus duris, illisque extorſit ingentem copiam denariorum. Eodem anno, quo
C. 844. regnum capeſſivit Watek, id eſt, anno Græcorum 1155 imperavit Michael filius Theophili Romanis, dum puer erat natus tres annos, matre eius regnum adminiſtrante, & Emanuele duce omnibus militibus præfecto. Romani legatos miſerunt ad Arabes propter negotium pacis, & ob commutandos captivos. Quum legatus Romanorum adveniret: hilariter eum excepit Watek rex Arabum, neque tam arroganter locutus eſt ac pater eius, qui dixerat: Non concedimus, Chriſtianum comparatum cum Arabe huic parem eſſe commutatione. Sed ſtatim petiit, ut commutarentur ſinguli cum ſingulis. Legatus vero Romanorum initio recuſavit, dicens: Arabes captivi, qui apud nos ſervantur, omnes milites ſunt, quos in præliis cepimus. Multi autem Chriſtianorum captivorum, qui penes vos ſunt, operarii ſunt, quos ex oppidis deduxiſtis, ſenes, vetulæ, pueri ſutorum & puellæ. Quomodo ſingulos ſingulis commutemus? Poſtquam hac de re aliquot dies altercati erant: tandem conceſſit legatus commutationem ſingulorum contra ſingulos. Quia autem numerus Arabum captivorum æqualis erat 4362, captivi Chriſtiani hoc numero pauciores erant: accerſivit rex Watek ex omnibus regni limitibus ſervos, & ancillas, quos a dominis eorum redemerat. Quum autem ne ſic

qui-

Digitized by Google

quidem numerus compleretur: ex palatio ſuo eduxit ancillas Romanas, ſibi electas & cum legato dimiſit. Congregati ſunt Arabes & Romani iuxta fluvium Seleucum, in confinio Tarſi, ubi libertas reſtituta eſt. Fertur Watekum legatis ſuis mendaſſe: Singulos Arabes, quos ex captivitate redimetis, antea interrogate, num verbum Dei creatum ſit, necne? Illum qui reſponderit non creatum eſſe, redimite, ſed illum, qui creatum contenderit, in manibus Romanorum relinquite. Watek morbo hydrope confectus eſt. Medici enim hypocauſto eum ſanare voluerunt. Quum utilitatem quandam inde perciperet: iuſſit illud ultra regulam medicam calefieri. Poſtquam deſcenderat ibique commoratus erat (173) mortuus inde eductus eſt, P. 162.
Hucusque victorias & prælia curarunt reges Arabum. Ab illo inde tempore fœditati magnæ obtemperarunt, & ebrioſitati dediti fuerunt. Watekus iſte laſcivus erat & valde libidinoſus, a quo pretium ancillæ citharœdæ, ſcilicet denarii aurei 100000 & ſatrapia Ægypti pro domino eius exactum eſt. Niſi theſaurarii pecuniam iſtam recuſaſſent, ille integram ſolviſſet. Poſtremo autem pro aureis 10000 ancillam nactus eſt. *Motawaccel frater Wateki* annos 14 & menſes 9. Rex conſtitutus eſt anno 231 Arabum. Chriſtianos odio habuit, eosque coëgit ad cidares laneas in capitibus eorum geſtandas, & absque cingulis & funiculis (174) nemo eorum foris apparuit. Si horum quidam ſervo utebatur: binos pannos obſoletos colore diverſos tunicæ eius a parte anteriori & poſteriori aſſuere debebat. Eccleſiæ novæ ruebant & ſi qua eccleſia ſpatioſa erat, etiamſi antiqua fuerit, pars tamen eius ſacellum facta eſt. Interdictum etiam iis eſt exaltatione crucis in hoſannis eorum. Hæc mandata tyranno digna & ſimilia horum etiam Iudæis dedit. Sepulcrum Hoſaini filii Ali, qui ex filia prophe-

tæ Mohammedanorum prognatus erat, deſtruxit, &, deiectis etiam aliis ædificiis circa illud ſitis, vindicavit ſibi planitiem ibique ſemina proiecit, ita ut locus ſepulcri penitus deleretur. Diebus eius apparuit homo quidam, Binſabur, qui ſe prophetam eſſe diceret. Compoſuit librum colloquiorum, quæ cum eo Gabriel angelus inſtituiſſet. Multi ei adhærebant. Prehenſus & flagellatus mendacium ſuum indicavit. Anno eius tertio tres eius filios regionibus præfecit. Montaſerum Africæ,
Pag. 163. Ægypto, Meſopotamiæ, Chaburæ, Karkeſio, Tagritæ, Temanæ, provinciæ Schabæ & Sabæ usque ad limites Indiæ, & Scharſuræ, Iſpahano, Kumo, Kaſchano, Kurino, (175) Kezuino, omnibusque montanis Perſidos; Moatazzum filium alterum, Choraſanæ, Tabreſtanæ, Raiæ, Armeniæ, Aderbijanæ, (eidem computatio proventus totius ditionis Arabum in univerſum commiſſa erat) Moawidum, filium tertium Damaſco, Emeſſæ, regioni Iordanicæ, Palæſtinæ. Anno 237 Bokratus filius Aſchuti, patricius Armeniæ, quum ad Ioſephum filium Mohammedis, ducem exercitus Arabici veniret pacis componendæ cauſa, captus & Bagdadum captivus miſſus eſt. Tum coactæ ſunt copiæ Romanorum & Armenorum iuxta Tarunum urbem, ubi Ioſephus erat. Quum manus confererent, occiſus eſt ipſe omnesque milites, qui cum eo erant. Reliqui Arabes, qui non milites erant, quum ab Armenis dimitterentur, relinquebantur exuti et ſpoliati, multique eorum nive conſumti & mortui ſunt. Poſtea venit Boga, dux exercitus magni Arabum, Armenos vaſtavit, multosque occidit. Paulo poſt Boga adortus eſt Zirachum Turcam, qui Tiphliſi defecerat, iuxta fluvium Chur, qui Tiphliſin tranſit. Accenſa urbe, cremati ibi ſunt homines circiter 50000. Quia omnia eius ædificia ligno cedrino extructa erant, quod ſubito inflammatur, & ſubito extinguitur, neque carbones huius ligni

Digitized by Google

ligni tanta vi, rapiuntur * quanta carbones ligni quercini: eodem die extinctum eſt incendium. Emeſſeni iterum defecerunt a præfecto urbis & eum interfecerunt. Hoc tempore quum Arabes viderent, fœminam regnum Romanum adminiſtrare, eos ſpreverunt, pacemque ſolverunt. Tum Theodora imperatrix miſit exercitum Romanum qui in Ciliciam profectus anno Græcorum 1172 depopulatus eſt omnem regionem Anzarbanam. Qua quidem re audita, Motawaccel Naſchiphum, eunuchum, ad eam ablegavit, ut pacem componeret, & de redemtione captivorum ageret. Hæc vero reſpondit: Pacem quidem inimus: at unde vobis erunt Chriſtiani captivi 20000, quos dederitis in locum Arabum, qui penes me ſunt? Poſtquam ei ſermonibus blanditus erat eunuchus: libertati reſtituit 8000, at de 12000 contendit, baptizatos & Chriſtianos factos eſſe atque reddi non poſſe. Fertur, quum his ablatis Naſchiphus profectus eſſet, Theodoram omnes occidiſſe, quia viderat, omnes ad exeundum inclinare, poſtquam crediderant & baptizati erant. Alii dicunt, Nicolaum eunuchum imperatricis eos occidiſſe, imperatrice non iubente. Eodem anno exiit populus ex carceribus, qui vocantur Bogenſes, (176) omnesque Arabes occidit, qui occupati erant in metallifodinis auri & lapidum pretioſorum in confinio Ægypti & Bogenſium. Agreſſus eos eſt dux Arabum nomine Anbaſch cum 20000 curruum & peditum. Secum portabant viatica multa & aquas, quia iter triduanum erat per deſertum aridum, ubi neque aquæ neque domicilium erat. Quia autem Bogenſes iſti camelis vehuntur, cameli autem eorum, omnem aſpectum & auditum peregrinum expaveſcunt (177) Anbaſch milites appendere iuſſit tintinnabula collis equorum. In Bogenſes irruentes eos fregerunt, multosque eorum occiderunt. Rex igitur eorum Arabibus iterum

Pag. 164.
C. 861.

iterum ſubiectus eſt, deditque quotannis 400 ſiclos Iſauricos ſecundum conſuetudinem. Hoc tempore in medicina excelluit Bochtiieſchua filius Georgii, filii Bochtiieſchuæ Elymæi. Ille inſerviit Chaliſæ Motawaccelo & ab eo magni factus eſt, adeo, ut veſtibus, digni-
P. 165. tate, multitudine opum, poſſeſſionum, ſervorum & ancillarum ei æqualis eſſet. Valde dilectus erat Chaliphæ, ita ut aliquando, quum ad Chalipham accederet, & cum eo pro more in ſolio regio ſederet (erat autem medicus indutus tunica e ſerico Romano & ſutura fimbriæ paululum ſciſſa.) Chalipha cum eo confabulari inciperet, & ſuturam laceraret, donec manicas pertingeret. Colloquium conſerebatur inter eos de inſanis & ſtultis. Interrogante Chalifa, quonam modo cognoſcitis, neceſſe eſſe, ut vinculis ligetur, Bochtiieſchua, quia dudum animadverterat, quod Chalipha veſte eius fecerat, reſpondit ei: quando inſanus rumpendo tunicam medici ſui usque ad manicas pervenerit, tum novimus, vinculis opus eſſe. Motawaccel tantopore riſit, ut retrorſum decideret. Iuſſit veſtibus ſplendidis eum indui. Etiamſi autem eum valde amaret, poſtremo invidit ei, omnesque eius opes ſpoliavit, poſtquam convivium lautum ei medicus paraverat. Hoc enim inſtructæ erant menſæ 5000, ſingulis menſis impoſitus agnus aſſatus, & duæ gallinæ, duo pulli columbarum, & tres oves coctæ, calix dulcedinis, panis farinaceus, quantum ſatis erat, poma arida, aromata, & nix, quia æſtas erat, copioſa, quæ ex montibus Aſſyriis illuc deportata erat. Fertur, direptis eius opibus lignum, carbones, & vinum, quæ in atrio eius manſerant, emta eſſe denariis 6000 a magnate quodam, nomine Hoſaino, filio Mochalledi, qui denariis 12000 ea vendiderit. Hic Bochtiieſchua, filius Gabrielis, transgreſſus eſt leges eccleſiaſticas, & cum duabus ancillis ſimul rem habuit.

Con-

Digitized by Google

Conceperunt ambæ, & pepererunt quæque filios gemellos, quorùm alter Gabriel, alter Iohannes nominatus eſt, qui fuit Metropolitanus Mauſelæ. Ab illo tempore non amplius proſper fuit. Olim enim curru ebenino vehebatur, et quando ex atrio Chaliphæ domum veniebat, circiter 1000 famuli ei miniſtrabant. A veſpera Pag. 166.
usque ad mediam noctem inter ſcorta vilia laſciviebat. Media nocte ſurrexit & precabatur, cinctus eunuchis nigris, qui ei cari erant. Finita oratione ſedit in lecto & Evangelium legit, usque dum lux oriretur. Vectus deinde curru ad miniſterium Chaliphæ abiit. Fertur, ſingulis noctibus pro cera, oleo & aromatibus denarios 500 erogatos eſſe. Poſtquam pauper eſt effectus, reliquit duos filios & tres filias atque in locis erravit. Anno Græcorum 1176, C. 865.
id eſt, Arabum 245 legatus miſſus eſt a Michaele imperatore Romanorum, ſenex, nomine Atrophilus, ad regem Motawaccelum, & honorifice exceptus. Sancita igitur eſt pax. Eodem anno fuit terræ motus gravis Antiochiæ, quo ædificia 1500 & plus 90 turres e muris deciderunt. Auditæ ſunt voces terrificæ & tremendæ e terra. Per omnes urbes Syriæ multa loca motu concuſſa ſunt. (178) Laodiceæ & Gabalæ incolæ penitus perierunt. Anno Arabum 246 Motawaccel miſit legatum ad Michaelem imperatorem ſcilicet Nazarum filium Ashari, & cum eo mille modios (179) muſci, veſtes ſplendidas, multum aloes & alios proventus. Honorifice exceptus eſt, traditique ei ſunt captivi 2000, inter quos fuerunt fœminæ 20, & pueri 10. Dixit Nazar: per omne tempus, quod Conſtantinopoli tranſegi, regem non vidi, loquentem; Poſtquam enim verba mea per interpretem audiverat, tantum nictatus affirmavit. Avunculus enim eius pro eo locutus eſt, quia

adhuc puer erat. Quum multi Arabes baptizati eſſent, iuſſit imperator Romanorum, omnes abire ad limites ditionis Romanæ & Arabicæ, & qui Chriſtianismum amplecti velit, inde reverſum tan-
Pag. 167. quam verum fidelem recipiendum eſſe. Dixit Nazar, duos auri fabros, artifices præclaros Africanos & alios multos ex confiniis
C. 866. rediiſſe, neque cum eo venire voluiſſe. Anno 1177, id eſt, Arabum 247 Montaſerus filius Motawaceeli conſpiravit, accitis ſervis Turcis, qui patrem eius inebriatum ſtricto gladio petierunt & occiderunt. *Montaſer filius Motawaceeli* menſes ſex. Hic regnum adeptus oppreſſit fratres ipſius duos Motazzum & Moawidum, illisque mortem minatus eſt, niſi regno ſe abdicarent, & in gratiam eius filiorumque eius iſtud deponerent, quum e contrario pater eorum decreviſſet, alterum alterius ſucceſſorem fore. Coacti ſcripſerunt chirographum, teſtibus viris honeſtis, illos libera voluntate renunciaſſe, & Montaſero fratri libertatem concedere, ut filium ſuum ſucceſſorem deſignaret. Itaque, quum ei non ſatis eſſet, patrem occidiſſe, etiam adverſus fratres ſuos, doloſe egit. Sex menſes tantum vixit. Obiit morbo ſuffocationis, natus annos 25. Fertur, antequam mortuus ſit, ei in ſomnio apparuiſſe ſpeciem hominis ſcalam aſcendentis, cui quum ad gradum 25 perveniſſet, dictum eſt: ſiſte gradum, hic eſt finis tuus. *Moſtain filius Motaſemi*, annos 3 & menſes 3. Montaſero mortuo, conſilium ceperunt magnates, ne regem conſtituerent fratrem Montaſeri, quia omnes cædis patris eius rei erant. Tum adduxerunt magnates Moſtainum filium Motaſemi fratris Mamuni, eumque,
C. 869. iuramento præſtito, regem crearunt. Anno 1180 ſive 249 miſſus eſt Omar dux Arabum cum copiis ad invadendam regionem Romano-

manorum. Irruerunt copiæ Romanæ in Margam Huſiæ, quæ urbs eſt in limitibus Malatiæ, & occiderunt Omarum cum Arabibus 2000. Quod quum audiviſſet Ali, filius Halieh, dux, coëgit ſimiliter exercitum magnum ex Maiphercata & Armenia. Aggreſſus eſt Romanos. Sed etiam ille occiſus eſt. Quum igitur incolæ Bagdadi & Samarræ audirent, binos magnates occiſos eſſe, & ſervos Turcas regno Arabum imperare, & pro lubitu interficere, vivere & regnare ſinere: multi congregati ſunt incolæ, iuncti cum vicanis & venatoribus leonum. Irruerunt in portas carceris easque fregerunt. Dimiſſis hominibus flagitioſis, omnes lætati ſunt. (180) Abrupto ponte, qui ſuper Tigri erat, diripuerunt ærarium, & archivum combuſſerunt, devaſtarunt etiam duo domicilia Chriſtiana. Baſchari & Abrahami filiorum Aaronis. Tum invehebantur ſervi Turcæ, multosque venatorum aliosque occiderunt. Ceſſavit denique tumultus P. 168.

*Motabri filius Motawacceli* annos 4 & menſes 7. Anno Arabum 251, quum deſcenderet Moſtainus Samarra Bagdadum, Turcæ congregati ſunt atque Motazzum & Moawidum, filium Motawacceli, ex carcere dimiſerunt. Iuramento præſtito Motazzum regem conſtituerunt, ſimul Moawaido fratri eius adiurarunt, eum ſucceſſurum eſſe. Samarrenſes ſteterunt a parte Motawacceli. Diſſidium magnum ortum eſt inter Arabes, multique in prælio occiſi ſunt, quod inter binas partes commiſſum eſt. Anno Græcorum 1179 (181) obiit Michael imperator Romanorum, poſtquam regnaverat annos 25. C. 868. Quia filio non utebatur, ſucceſſit ei vir, nomine Baſilius, annos 5. Motazzem etiam fratri ſuo Moawido amorem non ſervavit & iuramenta fœderaque, quæ cum eo pepegerat, ſolvit. Vinxit

 eum,

Digitized by Google

eum, immo flagellis percuſſit, donec chirographum conficeret, quo dimitteretur. Attamen ne ſic quidem eum dimiſit. Quum vinctus eſſet, indui eum iuſſit cute capitum (182) vulpium, quæ valde uncta erat. Iuſſit caput eius illa intus includi, manibus pedibusque eius ligatis. Veſte pellicea ei aſſuta, dimiſſus eſt, donec
Pag. 169. in illa moreretur. Tum exuit eum, adduxit iudicem & teſtes honeſtos, qui viderent, nullum in eo reperiri ſignum cædis cultro perpetratæ, vel præfocationis in cervice, ſed morte naturali eum obiiſſe. Ad Moſtainum, qui ſe abdicaverat, Turcas miſit, qui caput amputarent, ſibique afferrent. Fertur, quum caput adduceretur, Motazzum latrunculis luſiſſe, & dixiſſe: Sinite horam, donec ludus finitus ſit; deinde eum intuebor. Motazzus, occiſo fratre ſuo eoque, qui regno ſe abdicaverat, fiduciam collocavit in exercitu ſuo, ſprevitque Turcas, eisque debita non ſolvit. Anno Arabum 255 Turcæ congregati ſunt, armis induti, coram porta eius, & ſtipendia flagitarunt. Mater ſua ab ipſo rogata, ut daret, quod illis offerret, reſpondit, nihil ſibi eſſe. Tum aſcenderunt contra eum, conſpuerunt in faciem eius, percuſſerunt genam, & coëgerunt ſignare notam, qua regno abdicaretur. Tum vinctum in domunculam intruſerunt, faciem incluſerunt, ibique aliquot dies ſiverunt, donec obiret. Deinde eduxerunt & ſepelierunt. Vti aliis fecerat, ipſi factum eſt. *Mohtadi filius Wateki* menſes undecim & dies 20. Dicunt, eum non in ſe recepiſſe, ut regnaret, donec Motazzus ad eum adduceretur, & ore ſuo confiteretur, ſe libere abdicaſſe. Hoc tempore exiit rebellis quidam nomine Ali, qui de ſe ipſo affirmavit, ſe ex Ali filio avunculi prophetæ Muhammedanorum originem trahere. Aggregata ei eſt ingens multitu-

titudo Cuſchæorum & Arabum & appellati ſunt Karmatiani, a nomine civitatis principis eorum, Ali. Multum ſanguinis Arabici profuderunt, & potiti ſunt multis urbibus meridionalibus, & nonnullis Syriæ, atque Sincaris, per annos multos. Mohtadi expulit cantores & cantatrices ex Surmenrei (183) ubi tum temporis reges eorum (Chaliphæ) commorabantur. Fregit inſtrumenta muſica. Occidit leones, tigres, & canes, quibus reges ante eum luſerant. P. 170. Contra eum inſurrexerunt ſervi Turcæ, eumque occiderunt. Fugerat enim ante eos equo vectus, exclamans: o homines, opitulamini regi veſtro. Nemo autem ei reſpondit. Quum in domum aliquam ingreſſus eſſet: ſecuti eum ſunt Turcæ. Fugiens a tecto in tectum prehenſus & occiſus eſt anno Arabum 256. Hoc tempore (184) floruit Honainus, medicus præſtantiſſimus, filius Iſaaci, cuius pater aromatopola fuit, oriundus ex civitate Hartha. Medicinam diſcendi cupidus Bagdadum profectus eſt. Cœpit operam dare ſcholæ Alexandrinæ penes Iohannem medicum filium Meſſuæ. Aliquando, quum Iohanni quæſtionem iterum propoſuiſſet, & iſte iratus eſſet: expulit eum his verbis: quid tibi res eſt cum medicina? Hominibus tui ſimilibus obolos convenit negotiari in via. Ægre tulit iuvenis Honainus et plorans exiit. Abiit in terram Romanorum, ibique fuit, donec lingua Græca probe inſtitutus calleret libros ex Græco Syriace vertere atque ex Syriaco Saracenice. Reverſus eſt Bagdadum habitu Græco, & adiit Gabrielem principem medicorum, filium Bochtiieſchuæ, qui explorata eius cognitione, valde eum honoravit, magiſtrum noſtrum Honainum appellavit, atque adſtantibus dixit: Si hic iuvenis vivus manſerit, obliterabit memoriam Sergii Reſainenſis. Perlata

 eius

Digitized by Google

fama ad Iohannem, qui eum eiecerat, hic Honainum accerſivit, atque veniam ab eo petiit. Itaque in dies aucta eſt eius fama, cœpitque exponere ſpecies ſcientiarum, donec obiit menſe Canunis
C. 877. prioris anno Græcorum 1188 ſive Arabum 260 (185). Reliquit duos filios Iſaacum & Davidem. Iſaac interpretatus eſt multos libros. Honaini libri 25 reperiuntur, præter illos, quos ex lingua Græca in Syriacam & Arabicam vertit. Fuit illi filius ſororis nomine Hobaiſus filius Hoſanis, altera manu mutilus, pariter interpres admirabilis ſcriptorum medicorum. Sed bono Honaini fato accidit,
Pag. 171. ut multi libri, quos interpretatus eſt Hobaiſus, ab hominibus cognitione deſtitutis, qui in eos inciderent, Honaino tribuerentur. Scribæ etiam errarunt in literis, quibus nomen conſtat, & eraſo nomine Hobaiſo, ſcripſerunt Honainum. Inde factum eſt, ut pauci libri remanſerint, inſcripti nomine Hobaiſi & reliqui multi nomen Honaini præferant. *Moatmer filius Motawacceli* annos 23. Hic, quamdiu regnavit, bellum geſſit cum rebelli, qui in partibus meridionalibus ſurrexit. Anno Arabum 275 Romani Arabibus eripuerunt arcem Lukleh. Anno ſequenti Bar Raſchid, dux Arabum collectis equitibus 4000, invaſit ditionem Romanorum. Adorti eum ſunt patricii Romani, ſcilicet patricius Seleuciæ, Tyanæ & Carſchenæ, aliique, atque exercitum Arabicum iunxerunt. Arabos, de vita ſua deſperantes, equis deſcenderunt, quos, dum trahebant, genubus flexis ſagittis pugnare cœperunt. Sed nihil illis profuerunt ſagittæ eorum. Irruerunt enim Romani in Arabes, atque horum alios occiderunt, alios prehenderunt una cum duce eorum Bar Raſchid. Anno Arabum 270 Moptek dux Arabum congregavit exercitum magnum, & partim navibus partim exercitu pede-

Digitized by Google

pedeſtri bellum intulit rebelli in meridie. Ingenti commiſſo prælio ſuperatus & victus eſt exercitus rebellis, & ipſe rebellis occiſus inter fluvios Babylonis. Ali ille non ſolum ex propheta Mohammedanorum ortum ſe ducere aiebat, ſed etiam prophetam ipſum rem divulgaſſe, atque aliquando, quum in deſerto habitaret, ſe obvolutum eſſe nube, tonitru auditum eſſe atque vocem ex tonitru, quæ diceret: Abi Baſſoram & vincis. Vicit etiam et cepit urbem. Fuerunt ei duces. Sed principatus eius capiti non impoſitus eſt. Anno Græcorum 1194 obiit Baſilius, imperator Roma- C. 883.
norum, cui ſucceſſit Leo, filius eius, annos 13. Hic, conculcata lege, dimiſit uxorem ſuam aliamque duxit. Qua etiam repudiata aliam duxit, dein iunxit ſibi aliam quarta vice. Habebat duas uxores ſimul atque anno 271 venatores leonum Bagdadenſes combuſſerunt partem cœnobii poſt fluvium Iſam [illegible], & ſpoliatis eius P. 172.
opibus, partem muri deſtruxerunt. Tum Haskin, filius Iſmaelis, tardavit impetum eorum, & refecit, quod diruerant. Anno ſequenti etiam Arabes Tarſenſes diruerunt ædificia nova eccleſiæ magnæ, quæ ibi erat. Fuit terræ motus gravis, quo corruit ſacellum magnum in Ægypto multaque domicilia. Fuit ibi etiam peſtilentia, atque die quodam numerabantur mortui 20000. Fuit etiam Bagdadi annonæ caritas. Anno Græcorum 1200 ſciſſus eſt collis C. 889.
quidam iuxta fluvium Baſſoræ, infra Bagdadum ſitæ. Reperti ibi ſunt ſeptem mortui, poſiti in urna lapidea, colore quidem mutato, at ſervatis cadaveribus, & indumentis, quibus involuti erant. Spiravit ex corporibus eorum odor muſcoſus. Servatæ etiam erant aures, nares, labia, crines & palpebræ eorum, & oculi eorum colorati tanquam ſmaragdi. Iuxta latus iuvenis, qui inter mortuos erat,

Digitized by Google

erat,* locus (186) erat ad deponendas haſtas deſtinatus. Harum urnis literæ inſcriptæ erant * Cumarthenſes, quas nemo legere poterat. Hoc tempore floruit Mohammedes, filius Zachariæ, medicus. Natus annos 30 Bagdadum profectus eſt Raia, urbe Perſidos. Intravit xenodochium, & doctrinam amavit. Tranſiit deinde ad filios avunculi ſui, & libros multos compoſuit circa medicinam & chemiam. Edidit etiam librum magnum, quem Iſon fecerat. Quum mortuus eſſet, dominus regionis multum auri dedit ſorori ipſius, & accepit fragmenta, quæ diſcipuli eius ediſcerent. Quare librum non poſſedit ſerie iuſta. *Hiſtoria* (187) *eorum, qui vocantur Nazaræi in Phœnicia*, quoniam multi illam ſcire
C. 891. cupiunt. Anno græcorum 1202 apparuit vir quidam, ſenex, in
Pag. 173. regione Akula in oppido, quod vocatur Nazaria. Valde deditus erat ieiunio, & orationi atque paupertatem præ ſe ferebat. Multi igitur incolæ regionis ei adhæſerunt. Elegit ſibi viros 12 ſecundum numerum apoſtolorum, illisque præcepit, ut homines doctrinam peregrinam erudirent. Quæ quidem res quum perlata eſſet ad præfectum regionis, miſit, qui eum prehenderent & in conclave ædium ſuarum detruderent, juravitque ſe mane poſteri diei eum cruci affixurum eſſe. At hac nocte bibit præfectus vinum & inebriatus eſt. Poſtquam lectus paratus erat, ubi dormiturus eſſet: quæſivit clavem cellulæ, ubi ſenex incluſus erat, eamque ſub cervicali poſuit. Ancilla vero, quæ apud eum dormiebat, quia cognoſcebat ſenem illum ieiunantem & orantem, de eo contriſtata eſt, quumque videret dominum ſuum ſomno ſopitum, ſumta clave, abiit, ſenem liberavit, & clauſa porta, clavem loco ſuo reſtituit. Præfectus, quum expergefactus, ſumta clave portam aperiret, neque

neque virum in cellula reperiret, admiratus eſt. Ancilla autem revelare timuit, quod illa portam aperuiſſet & ſenem eduxiſſet. Itaque fama ſparſa eſt, per portas clauſas eum exiiſſe. Paulo poſt quum duo eius diſcipuli in terris verſarentur ab oppido remotis, vidit eos, venit ad eos, iisque perſuaſit, angelos eum eduxiſſe, & in deſerto collocaſſe. Compoſuit librum fidei, illisque eum tradidit, ut ſecundum eum homines inſtituerent. Scripſit enim ita: Mihi, non nemini, qui habitus ſum filius Otmani, ex oppido, quod nominatur Nazaria, apparuit per viſionem Meſſias, qui idem eſt ac Ieſus, & verbum, & ductor, & Ahmed filius Mohammedis filii Hanaphiæ ex poſteris Ali, & Gabriel angelus, mihique dixit: Tu es, qui legis. Tu es veritas. Tu es camelus, qui cuſtodit iram adverſus infideles. Tu es iumentum ferens onus fidelium. Tu es ſpiritus. Tu es Iohannes filius Zachariæ. Prædica igitur hominibus, ut quatuor genua flectant in orationibus eorum, bina, Pag. 174. antequam ſol ortus ſit, & bina, antequam occiderit, verſus Hieroſolyma, quum quavis vice tria hæc verba dicent: Deus ſublimis præ omnibus, Deus excelſus ſuper omnibus, Deus omnium maximus. Feria ſecunda & die Veneris nullum opus quisquam faciat. Binis diebus quotannis ieiunent, neque multiplicent ablutionem membrorum virilium, neque ſiceram bibant, ſed vinum, quantum velint, potent. Carne animalium ferocium tantum ne veſcantur. Poſtquam doctrinam huius ſimilem, mutilam & inſipidam, eos docuerat: migravit illinc in Palæſtinam, atque inſtituit et erudivit homines rudes & oppidanos. Hinc iterum ſe ſubduxit, neque locus eius ad hodiernum usque diem cognitus eſt. Anno Græcorum 1198 C. 887. exiit Andreas ſatrapa cum exercitu magno in ditionem Arabum,

 eum-

Digitized by Google

eumque adortus eſt Nazman eunuchus dux Arabum. Victi ſunt Romani, quibus Arabes cruces eripuerunt aureas & argenteas ſummitati lancearum impoſitas. Anno Arabum 279 Motamer ſedibus expulit mimos, aſtrologos, illosque qui in viis magiam exercent. Vetuit etiam, ne venditores librorum venderent libros philoſophicos vel commentarios & diſputationes circa confeſſiones fidei. Eodem anno, quum nimium bibiſſet & inebriatus eſſet, moleſtia affectus (188) & mortuus eſt. *Motaſad filius* (189) *Mowaffek* annos 9 & menſes 9. Regnare cœpit anno Arabum 279. Anno Arabum 280 Iſmael filius Ahmedis dux Arabum invaſit terras Hunnorum & cepit regem eorum una cum eius uxore. Direpta eius civitate eduxit captivos Turcas circiter 10000, oves & multa pecora. Hoc anno fuit terræ motus gravis. Corruit metropolis in India exteriori, & educti ſunt homines 150000 ex ruinis domi-
Pag. 175. ciliorum, quæ diruta erant, atque ſepulti ſunt. Anno Græcorum
C. 896. 1207 laboravit Leo imperator Romanorum morbo inteſtinorum atque mortuus eſt. Succeſſit ei Alexander filius eius per annum unum. Quia cor ſuum deduxit a timore Dei, deditusque fuit magis & incantatoribus: percuſſus eſt virga iuſtitiæ & mortuus eſt. In eius locum ſuffectus eſt Conſtantinus per annos 4. Initio regni eius Simeon, dux Bulgarorum & Slavorum, contra Conſtantinopolin profectus eſt, vaſtavit multos pagos, etiam urbem preſſit, dum foſſam magnam contra eam duceret (190) quæ portam appellatam auream pertingeret. Imperator Romanorum per nuncium eum compellavit: Quum nos omnes Chriſtiani ſimus, filii unius baptiſmi; quare lites harum ſimiles inter nos ſint? Quum autem ad reconciliationem permoveri noluerit: imperator Conſtantinopolitanus colle-

Digitized by Google

collegit captivos Arabes, qui Conſtantinopoli erant, illisque indicavit, ſi Romanos ad vincendos Bulgaros adiuvarent, libertatem illis conceſſum iri. Quum iuramento obſtricti eſſent, data iis ſunt arma & Romani cum Arabibus unanimi conſenſu proruperunt. Vicerunt Slavos, multosque occiderunt, reliquis fugientibus. Imperator autem a promiſſis non ſtetit & demtis iis armis in catenas eos denuo deiecit, & per provincias ſuas diſperſit. Timuit enim, ne caput extollerent. Hanc narrationem in hiſtoria de bello Romanorum cum Arabibus adduxit beatus Mar Michael. At exemplaria Arabica eam memorant in bello cum Slavis geſto, quod comprobatum eſt, quia in bello cum Arabibus Romani non auſi eſſent captivos Arabes vinculis ſolvere, iisque arma tradere. Eodem anno Arabes Bagdadi collecti ſunt contra iuvenem Abugalbenſem, Chriſtianum, medicum regis & contra eum teſtati ſunt, cum prophetæ eorum maledixiſſe. Voluerunt igitur eum occidere. Rex Motazer, quum hæc audiret, dixit, Arabes mentiri, militesque miſit, qui iuvenem liberarent. De hoc anno prædixerunt aſtrologi, multum pluviæ fore, fluvios exundaturos eſſe atque Bagdadum ſubmerſum iri & interituram eſſe. At a principio usque ad finem eius gutta pluviæ non decidit in terram, & defecerunt fontes. Itaque aſtrologi pudefacti ſunt. Hoc tempore (191) viguit Abulhaſen Tabet ex ethnicis Haranenſibus, qui fuit filius Korræ, filii Mervani, filii Ķajuræ, filii Abrahami, filii Kajuræ, filii Marini, filii Salomonis. Olim fuit trapezita in vico Harane, deinde admirabili ſtudio navavit operam philoſophiæ, & in tribus linguis, Græca, Syriaca & Arabica, egregie verſatus erat. Compoſuit etiam Arabica lingua circiter 150 libros dialecticos, mathematicos, aſtrologicos

P. 176.



Digitized by Google

logicos, medicos. Syriacæ ſcripſit circiter 16 libros, quorum magnam partem vidimus & poſſidemus, librum de lege & canonibus ethnicorum, librum de ſepultura mortuorum, librum de munditie & immunditie, librum de animalibus ſacrificio aptis, librum de temporibus precum, librum de lectionibus ad orationes aptatis in ſingulos ſeptem planetas, librum de pœnitentia et oratione, librum de muſica, librum chronographicum de regibus Syriacis antiquis, id eſt, Chaldæis, librum de religione Sabiorum, librum de diſtributione dierum hebdomadis ſecundum ſeptem planetas, librum de notitia ſtemmatis ſui maiorumque ſuorum qui inde originem duxerunt, librum de legibus Hermetis & orationibus, quibus utuntur ethnici, librum de eo, quod duæ lineæ rectæ, quando * paululum educuntur ex duobus angulis rectis, coincidant, librum alium eiusdem argumenti. Dicit enim in gloſſa quadam, laudi-
Pag.177. bus extollens Haranem & ethniciſmum: Quum multi in errorem ſeducti fuerint per cruciatus, patres noſtri a Deo adiuti pertulerunt & fortiter locuti ſunt: neque unquam polluta eſt urbs hæc benedicta errore Nazareno. Ecce ſumus hæredes ethniciſmi, qui in orbe hoc celebratur. Fortunatus enim ille eſt, qui onus ſuſcipit ſperans, fore, ut ab ethniciſmo comprobetur. Quis quæſo terram habitabilem reddidit & in civitates diſtribuit niſi optimates & reges ethniciſmi? Quis portus & fluvios diſpoſuit, quis ſcientias abſconditas protulit, cuinam Deus divinationes conceſſit & res futuras indicavit, niſi illuſtribus inter ethnicos? Hi hæc omnia inveſtigant, revelant medicinam animarum, oſtendunt earum redemtionem, manifeſtant etiam medicinam corporum, indicant orbi directionem negotiorum, & ſapientiam meritorum ſummorum. Sine

Digitized by Google

Sine his ethnicifmi virtutibus vacuus fuiſſet orbis, atque inopia & egeſtate obductus. Hæc quidem adduximus ex verbis viri huius, ut eius excellentiam in lingua Syriaca oſtendant. Græce & Arabice adhuc magis eleganter verba ſua protulit. Anno Arabum 280 flavit ventus ſubflavus in plaga Cufæ & rediit niger. Venit deinde pluvia vehemens, cum tonitru gravi & fulgoribus terrificis. Deciderunt ex aëre lapides nigri, (192) & albi. Fuit tum nox feriæ primæ. Baſſoræ irruit grando, cuius unus calculus erat pondo zuzarum 150. Latrones Arabici aggreſſi ſunt multas naves Romanorum, easque omnes una cum hominibus combuſſerunt. Fertur homines 3000 in navibus fuiſſe. Anno Arabum 287 defecit Waziph, eunuchus, dux Arabum, qui in Cilicia erant. Quum ſe accingeret, ut mari effugeret, iuſſit Motaſer comburi omnes naves Arabum. Quia autem Arabes Tarſenſes mari in illis militabant, hæc res Chriſtianis valde profuit. Anno ſequenti fuit peſtilentia P. 178. gravis in urbibus Aderbijanæ, ita ut vivi mortuos ſepelire non poſſent, quia etiam illi feſtinanter moriebantur. Eodem anno Mohammedes, dux Arabum, intravit regionem Romanorum, vaſtavit pagum quendam, & prehendit 100 milites, atque 60 viros eccleſiaſticos, presbyteros atque miniſtros, item cruces, et bona templorum. Tum Romani, coactis multis copiis, exierunt terra marique pervenerunt Chiſumum, & ceperunt plus 12000 virorum fœminarum & iuvenum ex Arabibus. Multos etiam Chriſtianos colligatos ſecum abduxerunt in ditionem Romanorum, ne Arabes irruerent & eos interficerent. Anno Arabum 289 obiit Motaſer. Magnates igitur accerſiverunt filium eius Moctaphi, qui erat Callinici. *Moctaphi filius Motaſadi,* annos 6 & menſes 9. Simul-

ac advenit & inauguratus eſt, opplevit foveas, quas pater ipſius in terra fecerat, malefactoribus ad id opus condemnatis. Huic Chaliphæ Moctaphio erat filius nomine Iaafar. Hic excellebat in aſtrologia, ita ut præſtaret omnibus antiquioribus. Quodam die acceſſit ad eum eunuchus quidam, qui aſtrolabium ſecum portabat, eique dixit: aſpice ortum huius pueri, qui nunc naſcitur in oppido.. Conſiderato oriente reſpondit: Puer hic ingenio deſtitutus eſt, & elapſis diebus 43 cibum aſſumit & comedit. Dic
C. 902. mihi vere, quiſnam ſit. Eunuchus dixit: revera ortus eſt puer, qui alacritatem comedendi (193) tibi attulit. Hoc anno, id eſt, Græcorum 1213 media æſtate flarunt venti vehementes Emeſſæ.
C. 907. Fuit frigus ingens, & glacie aſtrictæ ſunt aquæ. Induebantur homines veſtibus pelliceis, ſeque igni calefacere (194) cœperunt.
Pag. 179. Factum valde mirabile. Anno Græcorum 1218 miſſus eſt Baſilius eunuchus legatus ad Moctaphium regem Arabum propter captivos commutandos. Adduxit ſecum dono 10 Arabes & honorifice exceptus eſt. Anno ſequenti facta eſt permutatio et permutati ſunt Arabes 3000, utriusque ſexus, atque e vinculis liberati. Hoc anno, id eſt, anno Arabum 289 obiit Moctaphi, fraterque eius regnavit. *Moktader frater Moctaphii* annos 27. Natus annos 13 erat, quum inaugураretur. Pœnituit autem magnates, quod regem eum conſtituiſſent, quum intellectu & ſtatura nondum adoleviſſet. Horum unus Abaſus ita reni curavit. Coëgit magnates, qui poſtquam ad Montaſerum filium Motazzi iverant, eumque iuramento obſtrinxerant, a Moktadero, eius matre, nutricibus & eunuchis exegerunt, ut ex palatio egrederentur. Muneſus princeps eunuchorum zelo incitatus congregavit reliquos eunuchos, & ſervos

ſervos Turcas, atque arreptis armis ſubito in magnates irruerunt penes filium Motazzi congregatos. Occiderunt Abaſum una cum magnatibus & ceteros vinxerunt. Filium Motazzi in palatium deduxerunt, atque noctu ſtrangulatum in atrio ſepelieruut. Confirmatum itaque eſt regnum Moktadero. Anno Græcorum 1220 deſcendit multum nivis Bagdadi, atque tecta opplevit quatuor digitis alta; neque fuit tunc temporis quisquam Bagdadi, qui ibi nivem viderat. Annis 18 poſt, nempe anno Arabum 315 id eſt anno Græcorum 1238 fuit frigus vehemens Bagdadi, ita ut congelaretur acetum vini in lagenis, (195) item ova, & unguenta, (196) atque arbores areſcerent. Hoc anno Munes eunuchus coacto exercitu Arabico profectus eſt in regionem Romanorum ex faucibus Malatiæ. Poſtquam diripuerat & depopulatus erat, exiit. Anno Arabum 299 venit Roſtam dux Arabum in regionem Romanorum ex faucibus Tarſi. Cepit arcem Damlati (Damliah) Armenam, eamque combuſſit. Hoc anno denarios aureos 100000 diſtribuit Moktader inter mulieres muſicæ peritas, quæ in palatio eius erant. Quum modis horum ſimilibus gazam ſuam diſſiparet, & a ſervis Turcis propter ſtipendia iis debita premeretur, neque haberet, quod illis ſolveret: ſcribas, & homines divites tormentis crudelibus cruciavit, eorumque opes diripuit. Quo tempore Arabes regnum ſuum primi fundarunt, ſoli illi victorias reportarunt. Poſtquam autem regnum extenderant, cœperunt vincere & vinci. His vero temporibus, quum laſciviæ, voluptati & luxuriæ ſe penitus dediſſent, magis vincebantur quam vincebant. Quapropter quum pacem cum Romanis renovare vellent, nolebant Romani, ſed ſperabant, fore, ut denuo poſſeſſionibus eorum imperarent, atque in nego-

C. 909.

C. 927.

Pag. 180.

negotio circa permutationem captivorum tantum legatos mittebant.
C. 913. Anno Arabum 300, id eſt, anno Græcorum 1224 (197) apparuit pulcra quædam figura (198) quæ peperit, multique viderunt eius embryonem in regione Indiæ exterioris. Eodem anno mortuus eſt Alexander, imperator Romanorum, quem excepit Conſtantinus
C. 916. filius eius, natus annos 12. Anno 1227 exiit exercitus Romanorum Tarſum, & alius exercitus Maraſcham. Abduxerunt in captivitatem Arabes circiter 50000, magnusque luctus obortus eſt Arabibus ubique locorum. Eodem anno Dedakuka Metropolitanus Neſtorianus Mohammedanus factus eſt Bagdadi, & anguſtia fuit Chriſtianis. Anno Arabum 305 miſſi ſunt ab imperatore Conſtantino ad regem Arabum legati bini ſenex et iuvenis. Quum Tagritam perveniſſent, detenti ſunt ibi duos menſes, usque dum palatium ſuum ornaverat rex Moktader. Collectis militibus & mag-
Pag. 181. natibus ſuis invitavit eos. Fertur, equites 150000 collocatos fuiſſe ab atrio, ubi diverſati erant legati, usque ad palatium ab utroque latere. Intra portam exteriorem ſtabant equi 500, inſtrati (199) ephippiis aureis & argenteis ab altero latere, & alii 500 ab altero latere. In area atrii exterioris multi cervi, cervæ, capreæ & hinnuli, & in area atrii alius, quod ibi erat, fuerunt 4 elephanti magni, quorum cuique inſidebant octo Indi, manibus tenentes vaſa, quibus ſtacte & ignis impoſitus erat. Intra hoc atrium erat aliud atrium, ubi erant 100 leones, 50 ab altero & 50 ab altero latere, vincti catenis. Poſtquam per hæc omnia legati tranſierant, ducebantur in hortum ſpatioſum, ubi erant piſcinæ ex ſtanno albo, quod ab argento non diſtinguitur, confectæ. Super piſcinis erat arbor ex argento conflata, multis ramis & foliis auratis, quæ, exiguo

Digitized by Google

guo vento flante, movebantur. Illis inſidebant aves colore aureo
& argenteo, quæ ope filorum ſub terra abſconditorum volabant,
& voces diverſas cantando & pipiendo emittebant. In eo-
dem horto erant multæ palmæ, quæ aſſeribus ebeninis usque ad
locum ramorum incruſtatæ erant, atque pariter multæ arbores
aurangiis onuſtæ. Ex horto educebantur legati in atrium quod-
dam ſpatioſum, cuius parietes tecti erant velis (200) ſplendidis,
in quibus ſuſpenſæ erant loricæ 10000, ſcuta, arcus & gladii.
Fertur, numerum velorum parietinorum fuiſſe 22000, præter ta-
petia ſuper terra expanſa. Inde aſcenderunt per ſemitas longas,
ubi ab altero latere diſpoſiti erant 1000 eunuchi albi geſtantes arma,
ab altero 1000 eunuchi nigri ſimiliter armati. Quum portam intraſ-
ſent, viderunt proximum ſive Veziram, qui ſedebat ſuper ſolio alto
cinctus ſcribis & magnatibus, qui ſtabant. Legatis, qui putabant
regem eſſe, narrabatur, Veziram eſſe. Inde, ubi Vezira erat,
aſcenderunt illuc, ubi rex erat, collocatus in throno ebenino ope- Pag. 182.
re concamerato. (201) Ab utroque cornu ſolii erant novem ordi-
nes lapidum pretioſorum, qui ſplendeſcebant. Quinque filii eius
ei adſtabant, tres a dextra, duo a ſiniſtra. Fertur ſeptem vicibus
legatos ſediſſe, & requieviſſe, donec ad regem pervenirent. Quum
aſcenderent legati, tantum capite ſalutabant & interpreti dixerunt:
Oſculari terram nobis licet: At quia iſtud imperatores Romani a
legato veſtro non poſtulant: terram non oſculati ſumus. Hæc in-
dicavimus, ne nobis ea exprobretis, niſi fœdus violaturi ſitis.
Abſoluta legatione datum eſt reſponſum paratum & ſcriptum.
Ipſe rex manu ſua tradidit legatis volumen, quo reſponſum contine-
batur. Dimiſit deinde eos, atque horum cuique datæ ſunt zuzæ

20000. Miſit una cum illis legatos ſuos, qui ſecum afferebant denarios aureos 150000 ad redimendos captivos Arabes, quia multo plures Arabes erant in manibus Romanorum, quam Romani in manibus Arabum. Poſtquam autem legati Romanorum advenerant, noluit eos neque permutare neque redimere. Anno Arabum 308 tumultuati ſunt ſatellites Arabum, & fregerunt portam carceris, quo captivi & homines malefici incluſi erant & manus iniecerunt in Chriſtianos, diripiendo domum Abed Allæ filii Simeonis, medici & domus ſcribarum aliorum (202) Chriſtianorum. Tum præfectus collectis ſpeculatoribus cepit latrones illos, horum principem cruci affixit, atque ſodalibus eius manus præcidit. Anno Arabum 309 captus eſt miles ab Arabibus, nomino Hallagius, Bagdadi, qui Deum corporeum ſe eſſe dixit, & artibus vafris facta mirabilia oſtendit. Iuſſu regis flagellatus eſt 1000 virgis, deinde manus & pedes eius abſciſſi ſunt, cadaver combuſtum, &
P. 183. caput haſtæ ſuſpenſum eſt, etiam in Perſida miſſum & circumdu-
C. 927. ctum. Anno 1238 venit exercitus Romanus Samoſatam, & aulæum regium fixit in delubro magno, quod ibi eſt. Sculpturis ibi deletis et direptione facta abierunt. Perſecutæ eos copiæ Arabicæ partem prædæ receperunt. Prehenderunt etiam affinem ſtirpis regiæ Romanorum, eumque vinctum Bagdadum deduxerunt. Munes eunuchus præliis multis famam conſecutus ita, ut Motapher ſive victor appellaretur, ſenſit invidiam a parte regis, & veritus inſidias, cœpit cautus eſſe. Tandem, manifeſtato odio, ei adhæſerunt magnates multique milites. Animum ei addituri dixerunt: quid times? ecce donec barba tibi exeat, prœliamur coram te, ſcilicet in æternum. Moktader, obſervata defectione, timore per-

perculſus hæc Muneſo nunciavit: Tu me evexiſti, & iureiurando mihi obſtrictus es. Quare ſi quietas animum tuum: per Deum iuro, quod delicti reum te non acturus ſim. Si vero aliter ſenſeris, Deo confido & bellum tecum gerendum nihil curo. Munes autem ad reconciliationem non attendit, ſed violenter Chalipham ad ſe abduxit, & ædibus incluſit. Mohammedem filium Motaſeri e carcere eduxit, &, iuramento præſtito, Kaherum vocavit, atque in throno collocavit. Viri aulici quum viderent, ſe educi & alios in locum eorum aſcendere, ſtrictis gladiis occiderunt magnates, qui cum Kahero erant, præter Muneſum, qui domi erat. Capto Kahero alta voce clamabant: conſervemus regem Moktaderum. Egreſſis his ex palatio multi cives adhæſerunt, intrarunt domum Muneſi atque Moktaderum inde in palatium reduxerunt. Muneſo vero vim inferre non potuerunt, quia omnibus valde tremendus erat. Moktader iterum nuncio miſſo ad P. 184. Muneſum petiit, ut reconciliaretur. Ille vero quum ei non crederet, celeriter Mauſelam profectus, &, copiis ſuis collectis, denuo Bagdadum tetendit. Moktader pariter copiis ſuis coactis Muneſo obviam ivit et victus eſt. Interfectus etiam eſt ipſe Chalipha Moktader & caput eius in ſummitate haſtæ ſuſpenſum. Anno Arabum 320 & tempore Chaliphæ vixit Senan princeps medicorum filius Thabet, Haranenſis. Sine mandato eius nemo quidquam Bagdadi valuit. Memorabilium eius hoc eſt exemplum. Acceſſit ad eum aliquando medicus ſenex habitu pulcro. Surrexit Senan, & honoravit eum ſecundum aſpectum eius exteriorem. Quum autem eum explorare & cum eo diſputare vellet: ſenex faſciculum eduxit, quo erat quantitas inſignis auri, eique dixit; crede, o

 domi-

Digitized by Google

domine, quod nomen ſcribere neſciam, neque quidquam legere. Sed ſunt mihi domeſtici multi, et operibus noſtris vivimus. Quare peto a te, ut alimentum divinum dare illis non detrectes. Riſit igitur Senan & ei dixit: Profecto ſi regulam obſervaris, te morbis difficilibus non appropinquaturum, neque venam (203) ſecturum eſſe, neque radicem evacuantem epotandam daturum eſſe. Iuravit ſenex, ſe præter oxymel, & quod eius ſimile eſt, alia re non uſum eſſe. Permiſit igitur ei, ut alicuius momenti eſſet. Poſtea alio die convenit eum medicus alius iuvenis laudabilis (204) quem Senan interrogavit: apud quem ſtuduiſti medicinæ? Reſpondit apud patrem meum. Ait ille: quiſnam eſt pater tuus. Reſpondit: ſenex ille, qui apud te heri fuit. Similiter riſit Senan & ei dixit: abi feliciter, quando obſervas regulam, quam patri tuo propoſui. Hunc Senanem vi coëgit Kaher tranſire ab ethniciſmo ad religionem Arabum. *Kaher* annum unum & menſes 6.

Occiſo Moktadero conſuluit Muneſus magnatibus, ut Abulabaſum
Pag. 185. filium Chaliphæ interfecti regem conſtituerent. Dixit enim: ſi hoc feceritis, conſolationem accipient mater, & presbytera eius, atque ſoror presbyteræ, item familia eius, atque ſine moleſtia aurum ab illis abſconditum producent. Magnates vero renuerunt dicentes: Nihil nobis, agite, commune ſit cum mulieribus. Quum cum illo, qui matre ſola utebatur, hæc omnia nobis acciderint: quænam, quæſo cum illo, cui præter matrem presbytera eſt, contingent? Coniunctim igitur omnes adduxerunt Mohammedem filium Motaſedi, eumque regem conſtitutum appellarunt Kaherum. Hic regnum adeptus multum cruciavit matrem Moktaderi, ſuſpendit eam pede uno vinctam & ſuis ipſius manibus membra profunda

corpo-

Digitized by Google

corporis eius flagellavit, ut aurum revelaret. Sed præter illud, quod ante tormenta indicavit, nihil aliud apud eam inventum eſt. Etiam filiis Moktaderi eorumque matribus aurum abſtulit. Fertur, bona magna matrem Moktaderi in hunc Katerum contuliſſe, quum palatio incluſus eſſet, dum cibum, potum, ſcorta & ancillas ei afferebat, ita, ut etiam e carcere eum educeret, atque in locis collocaret, ubi clam convivium filii ſui aſpiceret, & vocem cantricum audiret. Dominium adeptus adeo male ei gratium retulit. Muneſus & ſocii eius, quia reges contemnere aſſueti erant, & de vita ſua timebant, omnes cuſtodes portarum ex domeſticis ſuis elegerunt, & decreverunt, quicunque atrium intraret, ſive mas ſive fœmina, inveſtigandum eſſe, ne quis, niſi volaret, in negotio eorum ad regem accederet. Eo proceſſerunt, ut, quum aliquando lac coagulatum ad comedendum ei afferetur, cuſtodes portæ ollæ manus iniicerent ad eam explorandam. Tum Deus, laus ſit eius iuſtitiæ, diſſidium et rixas ſeruit inter milites & Muneſum reliquosque magnates, qui, relictis illis, in deſertum egreſſi ſunt, ubi locum Kadar invenerunt & omnes occiderunt. Firmato ſibi regno eiecit ex palatio omnes cantores, cantrices, ſervos, & ancillas, aere coemtos. Mercatoribus venditi ſunt, iis (205) exceptis, qui citharoedi erant. Quum Kaher multos principes & magnates interficeret, & opes eorum diriperet: hi, qui manſerunt, velut in acie gladii ſiti erant, docueruntque mulieres vetulas & ſenes ex libris Arabicis narrare ſomnia ementita ſervis, cuſtodibus regis Kaheri, illis, qui capiti regis noctu & interdiu aſtant, item præfectis cohortum & centurionibus (Hos ita alloquebantur) ſomnia mala, quæ ad vos pertinent, vidimus, ſed cavete a rege, Pag. 186.

ne vos perdat. Eodem modo inſtituebant hariolatores & aſtrologos, ut hac de re interrogati eandem reſponſionem darent. Quum igitur in opinione confirmarentur, Kaherum ad exitium eorum paratum eſſe, nocte quadam, quum multum vini bibiſſet, ligarunt, & excœcarunt eum atque in fugam ſe dederunt. Acciderunt hæc anno Arabum 322. Ille aliquot annis poſt in delubro apparuit eleemoſynam petens, quum alius eum flagellaret. *Razi filius Moktaderi* annos 6 & menſes 10. Hunc ex carcere eductum magnates regem conſtituerunt. Fertur, eius iuſſu Kahero oculos erutos eſſe. Anno Arabum 323 fuit incendium magnum Bagdadi in vico, qui vocatur Carcha. Multæ merces & ædes conflagrarunt. Iuſſit Razi, ex ærario ſolvi denarios 3000 mercatoribus, quorum merces corruptæ erant, & denarios 10000 poſſeſſoribus ædium, ut eas reſtituerent. Paulo poſt incendium iterum ortum eſt in eodem

C. 938. vico. Anno Græcorum 1249 quum Conſtantinus imperator Romanorum ægrotaret, & ſentiret, ſe mori, advocavit Romanum generum ſuum, eique ſua manu diadema impoſuit & imperatorem

Pag. 187. creavit. Eodem anno, id eſt, anno Arabum 326 miſit legatum ad Razi regem Arabum, cum donis præſtantibus, vaſis aureis & argenteis, quæ lapidibus pretioſis interſtincta erant, atque cum epiſtola ſcripta Romane literis aureis, cuius interpretatio Arabica hæc eſt: Romanus, Conſtantinus, Stephanus & Conſtantinus imperatores magni Romanorum, celſiſſimo, & nobiliſſimo monarchæ Moslemorum ſalutem. Quia amore tui quieti ſumus, miſimus, quo animum noſtrum propenſum ad amorem fraternitatis tuæ confirmaremus, hæc tibi munera, ſperantes, benevole te accepturum; & quæ fuerunt multa alia pacem conciliantia verba.

Rex

Digitized by Google

Rex Arabum, acceptis donis legatum etiam cum donis & epiſtola huius argumenti miſit: Abdallah Abul Abas Razi, caput fidei, fidelium princeps, Romano, Conſtantino, Stephano & Conſtantino, Romanorum principibus ſalutem. Dona veſtra, quod petiiſtis, benevole & ad confirmandam pacem, quæ nobis vobiſcum eſt, accepimus & vos etiam donis & legato quodam honoramus. Regnante apud Romanos Romano, Semaiunus Bulgarus, bello Conſtantinopoli illato, incendit atque vaſtavit Thraciæ & Macedoniæ regiones. Adrianopolin obſedit & cepit. Romanus blandis verbis donisque pacem impetravit, & cum Semaiunus Romani colloquium expeteret, ut pax magis confirmaretur; rex aptum in mari locum præparavit, ubi in cercuris ſe invicem excipientes concordiam perfecte confirmarunt. Poſtquam Romanis quies ab occidente contigerat, verſa ad Orientem facie, anno 1252 ad Caphartatam usque penetrarunt, unde, direpta tota regione, abierunt. Eodem C. 941. anno, qui erat Arabum 329, aucta ſunt regis Arabum Razi mala adeo, ut ne ullius quidem rei curam gerere poſſet. Permultum eius cauſa laborabat medicus Sinanus, Thabeti filius: ſed nihil Pag. 188. profecit. Erat ei ſervus Turcus, eunuchus, quem omnibus rebus præfecerat, ſed hic eodem anno in morbum incidit & mortuus eſt. Tum rex, magna miſeria afflictus, ex 400 vini veteris & generoſi doliis in Tigrin fluvium proiectis effundi vinum iuſſit. Paullo poſt ipſe mortuus eſt. *Poſt Razi regnavit Mottaki, filius Moctadiri* tres annos et menſem unum. Anno Arabum 329, quo regnum capeſſiverat, magna Bagdadi erat penuria. Tritici corus venditus eſt 130 denariis aureis & homines fructibus & gramine veſcebantur. Secuta eſt peſtilentia tam magna, ut multa mortuorum cada-

vera

Digitized by Google

vera in uno ſepulcro ſine precibus ſepelienda eſſent. Exundavit Tigris fluvius & multas aulas & palmas aliasque res corrupit. An-
C. 942. no Græcorum 1253 Romani iterum Ciliciam ingreſſi ex regione Chammuſch 15000 hominum, incenſis oppidis, in captivitatem abduxerunt. Bagdadi tanta fames exſtitit, ut tritici corus 210, imo 317 denariis aureis venderetur & homines mortuorum cadaveribus veſcerentur. Pons Bagdadi ruptus multos homines in Tigride ſuffocavit. Anno poſt Romani ad Mephractam, Reſenam & Niſibin progreſſi magnam hominum turbam, incenſis oppidis, captivam abduxerunt. Anno Arabum 331 Romanorum rex, miſſo ad Arabum regem Mottadium legato, expetiit ſibi ſudarium in eccleſia Edeſſena (aſſervatum) quo Dominus noſter ſuam faciem abſterſerat & in quo imago eius expreſſa erat, Abgaro, a quo invitatus erat, olim miſſum. Promiſit etiam (rex Romanorum) ſi tibi daretur, multos ſe captivos Arabes liberaturum. Itaque Mottaki fidei antiſtites congregavit quaeſivitque ex iis, num lex huius generis rem Chriſtianis tradere iuberet vetaretve. Reſponderunt illi: etiamſi æquum eſſet, ut nobis potius ob hoc ſudarium bene-
Pag. 189. diceretur, tamen ob Moslemios, qui mali habentur, eſuriunt & nudi ſunt, tradere illud convenit. Hoc tempore vires adeptus eſt dux quidam exercitus, nomine Thuzun Bagdadi; quem cum rex Mottaki metueret, aſſumtis mulieribus & ſervis, Callinicum adſcendit, ubi aliquamdiu manſit. Miſit deinde ad eum Thuzun reprehenditque, quod thronum ſuum reliquiſſet & iuravit etiam, idque ita, ut ei perſuaderet; quo facto ille ſurrexit & Bagdadum deſcendit. Thuzun quam primum audiverat, adventare eum cum aqua (206) copiis contractis exiit. Obviam factus equo deſcendit & ter-

terram oſculatus eſt pedibus ante eum incedens, donec, rege cogente, equum rurſus conſcendit. Sed fraudem tegebat animo Thuſun, cuius ſocii, ſigno dato, regi huiusque comitibus circumdati, antequam in palatium veheretur, gladios ſtrinxerunt, eum occiſuri, niſi regno ſe abdicaret. Oppreſſus ille ſe abdicavit, teſtibus etiam adhibitis. Tum in palatium introductum incluſerunt proque eo Abdollam, filium Moctaphii eductum regem conſtituerunt, nomine Moſtacphii impoſito. Hæc facta ſunt anno Arabum 333. *Poſt Mottakium regnavit Moſtacphius filius Moctaphii* annum unum & quatuor menſes. Anno, quo regnare cœperat, exierunt varii populi, Alani, Sclavi & Lagzi, qui usque ad Adorbiganam progreſſi urbem expugnarunt Bardoam, in qua ad 20000 occiderunt. Regi quoque Moſtacphio magnates eius inſidiati ſunt. Quum aliquando in ſolio ſederet, ingreſſi ſunt, uti mos erat, magnates eius, ut terram primum, deinde manum eius oſcularentur. Surrexit ipſe & quum omnes acceſſiſſe viderentur, unus eorum, qui ultimus terram oſculatus erat, ad regem acceſſit; qui opinatus, ad manum quoque oſculandam venire, porrexit manum, qua ille apprehenſa regem ad ſe tractum in faciem ex ſolio proſtravit. Circumſtiterunt eum tum omnes, et ex palatio, pedibus euntem, eduxerunt; eductum in aula Moazoddaulæ, ducis exercitus, incluſerunt; quo facto Pag. 190. filium Moctadiri, Phazelum, regem conſtituerunt & nominaverunt Motium. *Poſt Moſtacphium regnavit Motius filius Moctadiri 27 annos.* Quem poſtquam magnates in throno collocaverant, ante eum adduxerunt Moſtacphium, qui ſe conſentire & regno ſe abdicaſſe declaravit; quo facto iterum in palatio incluſus eſt. Eodem anno, quo regnare cœperat Motius, anno 334 Arabum, ini-

micitia orta eſt, inter duos magnates, quorum unus Nazer erat, alter Moazzoddaula qui regem Motium conſtituerat. Occupavit Nazer latus Bagdadi orientale, Moazzodaula occidentale, qui deinde prævalens in latus orientale tranſiit. Nazer Mozalam fugit & quum incolæ, qui illud urbis latus inhabitabant, Moazoddaulæ gladium reformidarent, egreſſi Mozalam etiam fugerunt, viri feminæque. Multi in via præ ſiti & laſſitudine mortui ſunt, maxime feminæ itineribus non aſſuetæ. Conſpecta eſt nobilium feminarum una iuxta viam abiecta, ſplendidis veſtibus induta, quæ manu marſupium tenens eiulabat: Accipite inquiens, hos 400 denarios & aquæ pauculum mihi porrigite, ſed nemo eam adſpexit, ne in id quidem, ut marſupium gratis ex eius manu auferret. De ſe tantum quisque in fuga ſollicitus erat. Decem hominum millia in hac fuga perierunt; quod cum Moazoddaula comperiſſet, pace promiſſa fugientes, quibus aquam obviam ferri iuſſerat, reduxit. Tantam miſeriam, quanta huius diei erat, Babylonii per totam vitam ſuam non vidiſſe dicuntur. Eo tempore ferunt hominem quendam dæmoniacum Bagdadi fuiſſe, futura tempore delirii prædicentem, quem paucis diebus ante in vicis exclamaſſe: Docete, o Bagdadenſes, feminas veſtras nudis pedis ire (207) & aſſuefacite eas tolerandis malis. Inſtat enim magna calamitas; id quod
P. 191. etiam factum eſt. Eo anno magna fames Bagdadi exſtitit. Tritici corus 400 denariis aureis venditus eſt & 1000 litræ dactylorum (ponderis) Bagdadenſis, ſexaginta denariis. Pro buccellis & placentis emi poterant domus, vineæ & horti. Ex equorum & aſinorum ſtercore eruebant homines grana hordei, quæ comederent. Multæ feminæ deprehenſæ ſunt, infantes in furno ad edendum aſſantes

eamque

Digitized by Google

eamque ab cauſam interfectæ ſunt. Hac fame tam multi perierunt, ut, quia non erant, qui ſepelirent, a canibus devorarentur. Anno Græcorum 1260 qui eſt Arabum 337, in Arabum regionem irruperunt Romani, quos quamvis Siphoddaula, Hamadæ & Halebi Emira, adortus eſſet, ſuperati tamen Arabes ſunt. Romani ceperunt Germaniciam, quæ Maraſch eſt, & ad Tarſum usque progreſſi ſunt nihil non cædentes & diripientes. Anno 339 Arabum coëgit Siphoddaula equitum peditumque 30000, cum quibus Romanorum fines ingreſſus magnam prædam abegit. Redeuntem aſſecuti ſunt Romani & quia anguſtos exitus obſederant, omnem eius exercitum tum interfecerunt, tum vinxerunt prædamque reportarunt. Siphoddaula cum paucis tantum evaſit, amiſſis militibus, equis, mulis, theſauris & facultatibus. Hoc anno allatus eſt lapis niger, qui in pariete (208) oratorii Meccani (209) eſt, idem ille, ad quem ut benedictionem accipiant, conveniunt ad precandum, poſt tres & viginti annos, quam a Karmatis, meridiei tyrannis, ablatus erat. Reſtituerunt eum pro 150000 denariorum, qui illis ſoluti ſunt. Attulerunt eum in duas partes diffractum, quas annulis (210) argenteis ad hodiernum usque decem uniunt. Eo tempore magna erat annonæ vilitas. Viginti panis litræ (ponderis) Bagdadenſis una zuza venditæ ſunt. Anno Græcorum 1258, C. 947
qui eſt Arabum 345, Romani mari Tarſum venerunt, unde, incenſis multis vicis occiſisque 1800 militibus Arabibus, abierunt. Paullo poſt Siphoddaula coacto exercitu Romanorum fines ingreſſus P. 192
usque ad Carſchenam proceſſit, quam cum partim diripuiſſet, partim incendiſſet & incolas occidiſſet, ad Adanam Ciliciæ urbem perrexit, in qua aliquamdiu manſit, ut erigeret Tarſenſis Emiræ, ne

 Roma-

Digitized by Google

Romanos metueret, animum. Inde Halebum profectus eſt. Romani cum ab alia parte ſecuti usque ad Mephractam venerunt huius regionis homines in captivitatem abducentes & vicos incendentes. Anno Arabum 346 magna locuſtarum vis irruit & ſemina perdidit. Secuta eſt peſtilentia, quæ homines ſuffocatione abſumſit, tam magna, ut fur quidam, cum divitis cuiusdam Bagdadenſis domum perfoderet, in ipſa apertura moreretur, & iudex quidam ad locum iudicii ad iudicandum proditurus, poſtquam nigram veſtem ſibi circumdediſſet, cum unum calceorum (pedi) indueret, prolapſus exſpiraret ante quam alterum calceum inducere poſſet. Hiemis tempore magna pluvia decidit; imminutum (211) eſt mare magnum, cuius aquæ introrſum contractæ ſunt ad 300 ulnas, ut montes multæque inſulæ, quæ nunquam antea cognitæ erant, denudarentur. Anno poſt valde tremuit terra; qui motus multa loca evertit multoſque homines ruinis ſuffocavit in montibus Dailamitarum & Caſchan. Egreſſi Romani usque ad Amidam, Reſenam & Mephractam venerunt, multa oppida aut arces ceperunt & 1500 occiderunt. Paucis poſt diebus Romani iterum exierunt verſus Halebum. Occurrit illis iuxta Dolucum Siphoddaula, ſed victores Romani non propinquos tantum & gentiles Siphoddaulæ vinxerunt, ſed multos peditum Arabum occiderunt, ut non niſi pauci ſervarentur. Ceperunt etiam Romani Samoſatam atque combuſſerunt. Anno Arabum 347 Nazeroddaula, Mozalæ Emira, cum animo elatus tributum mittere Bagdadum recuſaſſet ob eamque rem Moazoddaula, Emira, i. e. Bagdadenſis exercitus dux, copias eduxiſſet, fugit Niſibin et inde, perſequente Moazoddaula, Mi-
Pag. 193. phractam. Sed ne ibi quidem manere potuit, imo confugit Halebum

bum ad fratrem Siphoddaulam, qui non tantum magno eum amore excepit, ſed usque eo illi ſe ſubiecit, ut fratris Nazeroddaulæ calceos manibus ſuis ipſe extraheret. Anno 348 Arabum vinxerunt Romani Nazeroddaulæ filium Muhammedem & aliquos ex ſervis eius, e regione Halebi (oriundis) cum Abul Hithamo, exercitus duce huiusque ſervis ex urbe Caphartuta. Poſtea in regione Tarſi multos occiderunt & vinxerunt arcemque Haruniam, occiſis in ea viris, dimiſſisque feminis & pueris, ceperunt atque vaſtarunt. Eo anno, qui Græcorum eſt 1272, mortuo rege Conſtantino, regnare cœpit filius eius Romanus, qui ſenatum virosque principes multum honoravit, erga omnes autem magnanimus fuit. Eo anno Iones, qui etiam Schumuſchchig, dux exercitus, et Nicephorus, domeſticus, miſſi ab eo in Arabum fines, progreſſi ſunt usque ad Abiram, unde, occiſis 100 militibus & incenſis frugibus, cum triginta captivis abierunt. Siphoddaula, Halebi Emira, cum 3000 egreſſus, Carſchenam quum perveniſſet, permagnam prædam inde abduxit. Redux, propter ea quod Romani omnes anguſtos exitus interceperant, cum 300 tantum ex ſervis ſuis evaſit. Reliquos Romani partim occiderunt, partim vinctos cum præda recuperata reduxerunt, multis inſuper equis, armis & numis, qui Siphoddaulæ, filii Hamdani fuerant, potiti. Nobilium, qui cum eo (militaverant) ſimul occiſi ſunt Hamed, filius Namuſi, Muſaſia Chan & Cadi Abu Hozain. Hoc anno in agro Mozalæ magna locuſtarum vis apparuit. Orta calamitate & fame, tritici corus 2200, hordei 800 zuzis venditus eſt. Multi in Syriam & Bagdadum perfugerunt, Chriſtiani in urbes mari adiacentes. Hoc anno Tripoli ſancta eccleſia ad nomen celebris Mar Bahnami, martyris,

C. 961.

Pag. 194.



Digitized by Google

tyris, condita eſt. Anno Arabum 349 Ægyptios, qui Meccam ad precandum profecti erant, redeuntes, quum in valle quadam, ubi a longo inde tempore nihil aquarum fluxerat, pernoctarent, torrens omnes noctu ſomno oppreſſos abripuit & cum ſupellectile in mare magnum eiecit, in quo omnes perierunt. Eodem anno ad 200000 tentoria (familiæ) Turcorum orientalium, ad fidem Arabum tranſeuntes, Moslemii (212) facti ſunt. Anno 350 Arabum magna Arabum caterva Antiochia Tarſum profecta in Romanorum inſidias incidit, qui ex iis aliquos occiderunt, reliquos, magnam turbam, vinctos abduxerunt. Indignati ſunt Arabes ideoque ſervus Siphoddaulæ, Naga, irruptione a latere Miphractæ in Romanorum regionem facta, magnam prædam cum 2000 hominum, & in his 50 catenis vinctos abduxit. Anno Græcorum 1274, Arabum 351, Nicephorus domeſticus cum 160000 equitum in Ciliciam profectus Anazarbam obſedit gravique bello vexavit, donec qui intus erant, Arabes, de auxilio deſperantes, pacti, ut ſi arcem traderent, incolumes cum facultatibus exirent, fide a Nicephoro accepta, maxime quod viderent, hoſtes a montis latere murum brevi perrupturos, portas aperuerunt. Nicephorum, quum ingreſſus vidiſſet, parum abfuiſſe, quin gladii ope ſine moleſtia aperiret (urbem), pœnituit promiſſi. Itaque edixit, ut in oratorium templum omnis populus congregaretur & quicunque non introiret, ſanguine poenas lueret. Inſequenti die pedites mane in urbem intromiſſi, quemcunque invenerunt, viros, mulieres et pueros, trucidarunt. Tum comportari arma in urbe coepta. Inventa
P. 195. ſunt 40000 loricarum præter gladios & arcuum magnum numerum. Palmarum arborum 40000 ſucciſa erant. Exire deinde omnes, qui

Digitized by Google

qui in templo erant, iuſſit &, quorſum vellent, abire, mortem minatus omnibus, qui ad veſperam remanerent. Exeuntes adeo ſe compreſſerunt, ut multi eorum, viri, mulieres & liberi, ea compreſſione perirent. Multi in via mortui ſunt. Qui autem remanſerant, quorſum tenderent, ignorabant. Nicephorus templum evertit, & duos urbis muros nec non aulas deſtruxit. Duobus & viginti diebus, quibus in Cilicia commoratus erat, Nicephorus 55 arces cepit, partim vi, partim deditione. Quum ex arce quadam, quam domini eius fide accepta tradiderunt, mulieres Arabes egrederentur & in has Armeni quidam irruerent, mariti earum, zelo correpti, gladios ſtrinxerunt. Nicephorus Arabibus, qui gladios ſtrinxerant, iratus, 400 viros, & mulieres multas occidit (213). Quia ieiunium quadrageſimale appropinquaverat, Nicephorus cum ſuis Cæſaream abiit poſt feſtos dies rediturus. Tarſenſis Arabum dux, coactis 4000, adortus Romanos victus & non ipſe tantum ſed omnes etiam Arabes & frater quoque Tarſenſis ducis, Bar - Rababi, occiſi ſunt. Romani, iterum Ciliciam ingreſſi, expugnarunt arcem Ziz &, præſidio non ei tantum, ſed reliquis etiam arcibus impoſito, profecti ſunt Halebum. Oppoſuit ſe Siphoddaula Romanis, ſed victus eſt. Ceciderunt etiam omnes Hamdani filii & ipſe Siphoddaula cum paucis tantum cædem effugit. Subegit Domeſticus aulam eius, quæ extra urbis murum ſita erat, ab eaque non tantum 390 argenti talenta, ſed etiam 2400 mulorum & armorum infinitum numerum exegit. Aula incenſa urbem ipſam oppugnavit, in cuius muro cum aperturam feciſſet, Romani transgreſſi cædi non prius finem fecerunt, quam defatigati erant. Invenerunt in ea 1200 Romanos vinctos, quos in libertatem Pag. 196.

tem

tem reſtituerunt. Plus quam 10000 puerorum et puellarum abduxerunt & prædæ tantum, quanto ferendo pares erant, aſportarunt. Quod reliquum erat, combuſſerunt. Invenerunt lacus oleo olivarum plenos, quos aqua impleverunt ut oleum omne ſupernataret & deinde in terram effuſum corrumperetur. Templa everterunt, quibus deſtruendis Romani novem dies abſumſerunt. Cum in eo eſſent, ut abirent, obſtitit ſororis filius regis Romani, Nicephorum in bellum ſecutus, Non diſcedimus, inquiens, donec arcem aperuerimus. Nicephorus, qui adverſari non poſſet, En, aiebat, arx ante te eſt; abi, ut capias. Hic regis ſororis filius vix arcis portæ appropinquaverat, quum, quia lapis ex apertura ſuper arcis porta contra illum proiectus apud eum deciderat, averſa facie fugit. Tum aperta porta Dailamita quidam, nomina Baſcha, fugientem ſecutus, haſtam inter humeros eius ita adegit, ut per pectus exiret & hoc modo interemit. Reverſi eius ſocii cadaver ad Nicephorum retulerunt, qui mortem filii ſororis regis ulturus 1200 Arabibus, qui vincti apud eum cuſtodiebantur, capita abſcindi iuſſit; quo facto in terram Romanorum rediit. In vicis Halebi omnino nihil corrupit, imo agreſtes ita commonuit: Ne ceſſate ab agricolatione. Nam noſtra eſt hæc terra; brevi ad vos redibimus. Hoc tempore iterum mille pedites Armeni, in agrum Edeſſenum irrumpentes, 1000 oves, 500 tauros & 10 viros Arabes abduxerunt. Hiſce temporibus quum Romani Arabibus prævale-
Pag.197. rent, & diripiendo omnia usque ad Armeniam maiorem perveniſſent, Armenorum illi, qui metu, ne ab Arabibus propterea, quod Chriſtiani eſſent, vexarentur, aufugerant, in fines Romanorum ſe contulerunt. Romani dederunt illis Sebaſtiam in Cappodocia,

Digitized by Google

docia, unde, cum numerus eorum valde auctus eſſet, miſerunt, qui arcibus ab Arabibus captis præſidio eſſent. In omnibus expeditionibus hi quoque Armeni pedites cum Romanis exierunt proſpere plerumque prœliantes. Nicephorum domeſticum cum Romanorum copiis a Halebo reverſum cum Simandoam perveniſſet, nuncio de morte regis Romani allato, omnes viri principes cum Schumuſchchigo unanimi conſenſu anno Græcorum 1275 pronunciaverunt regem, & ſervum eius Schumuſchchigum C. 964. domeſticum. Hoc ad bellum cum Arabibus gerendum dimiſſo, ipſe Conſtantinopolin ingreſſus in regno confirmatus eſt. Schumuſchchig Mopsveſtiam per 7 dies obſedit & quamvis plus quam ſexaginta locis murum perfodiſſet, ingredi tamen non potuit. Itaque agrum eius, & agros Adanæ & Tarſi incendit. Mopsveſtenis 5000 virorum Tarſo auxilio venerunt, ſed Romani obviam facti eos omnes occiderunt; quo facto relicta urbe diſceſſerunt. In Cilicia magna fames orta eſt, quam ob rem permulti Arabes Damaſcum confugerunt. Etiam Halebi, Harane & Edeſſæ gravis fames fuit. Anno poſt Domeſticus iterum Ciliciam ingreſſus Mopsveſtiam oppugnavit per tres menſes, ſed expugnare non potuit; itaque cum morbi & peſtilentia copias inveſtarent, tributo impoſito abiit. Anno Græcorum 1276, Arabum 354, cum rex Nicephorus Conſtan- C. 965. tinopoli Cæſaream Cappadociæ ſedem transtuliſſet, Tarſenſes & Pag. 198. Mopsveſteni, miſſo ad eum legato, deditionem pollicentes; regem ab eo expetierunt. Reſpondit ille: Nunc demum cum de regum veſtrorum auxilio deſperantes canum cadaveribus iam veſcimini & peſtilentia vos abſumit, mihi vos ſubiicietis (tam diu nempe) donec vires recuperaveritis, ut rebellare poſſitis. Vo-



Digitized by Google

bis a me nil niſi gladius exſpectandus eſt. Literis eorum ſuper legati capite ita combuſtis, ut huius quoque barba combureretur, legatum eiecit. Tum fama eſt quotidie 300 mortuorum lectos e Tarſo elatos eſſe. Rex Nicephorus congregato exercitu Mopsveſtiam obſedit et poſtquam cepit die Saturni, die 13 menſis Radſchabi huius anni, magnam cædem in ea edidit. Cum 200000 virorum, mulierum & liberorum vincta in terram Romanorum miſiſſet, ad Tarſum oppugnandam profectus eſt. Cuius cives cum ſupplices incolumitatem ab eo peterent pollicentes ſe portas aperturos, miſertus eorum promiſit, ſe vitam illis opesque ſervaturum. Ingreſſus urbem principes Arabes multum honoravit, menſæ adhibuit & iuſſos, quidquid opum poſſent, ſecum auferre, Antiochiam miſit, facta etiam poteſtate, ut, quicunque non Antiochiam, ſed in alias Arabum urbes ire mallet, quocunque vellet, abiret. Dedit quoque cuſtodes tres patricios, qui ab omni eos iniuria defenderent. Armenis quibusdam, qui nonnullis Arabibus manus intulerant, manus naſosque amputavit, poſtquam multum flagellis cæſi erant. Legatos in omnes vias cum illis miſit & omnem dedit operam, ut bona cum pace ad Arabes, ſocios ſuos, pervenirent. Templum Tarſenſe equorum ſtabulum fecit. Tarſo patricium cum 5000 equitum impoſuit præſidium. Etiam Maſſiſæ alium patricium reliquit. Reſtituta Tarſus multum florere cœpit. Tanta erat in
Pag. 199. ea annonæ abundantia, ut 14 panis litræ una zuza venderentur. Multi ex Arabibus, priſcis eius civibus, reverſi ſunt, quorum aliqui baptizati & Chriſtiani facti ſunt, aliqui, quorum tamen liberi omnes baptizabantur, in fide ſua perſtiterunt. Anno poſt rex Nicephorus Amidam obſedit, & cum capere nequiret, Antiochiam

Digitized by Google

chiam multos dies oppugnavit, ſed ſimiliter capere non potuit; itaque incenſis vicis hortisque vicinis abiit. Anno elapſo Halebi Emira, Siphoddaula, ſtranguria obiit. Mortuus etiam eſt diarrhœæ morbo Moazoddaula, Bagdadi Emira, in cuius locum filius eius Azoddaula ſucceſſit. Eodem anno, qui Arabum eſt 356, Nazeroddaulam, Mozalæ Emiram, cum in lecto ſuo dormiret, oppreſſit filius eius Abu Thagleb eumque in arce Chovaſchai incluſit, cuſtodibus appoſitis, quorum alter Curdæus quidam, eius inimicus, alter eunuchus erat, quem aliquoties etiam pepulerat. Utrique præcepit, ut de nulla unquam re certiorem eum facerent. Quam ob cauſam quærenti ei de filiis, & maxime de filio natu maximo, qui eum incluſerat, hoc ſolum reſponderunt: Rogo te, ut edas, rogo, ut bibas. Præter hoc nihil ex nobis quæras. Hunc dicunt, cum ſuper ponte traduceretur, expergefactum, conſpecto Tigride, exclamaſſe: me ſubmerſuri eſtis, et cum reſpondiſſent: non (ſubmerſuri) ſed in arcem Chovaſchai deducturi te ſumus, dixiſſe, imo hoc ipſo loco propoſitum mihi erat, ut filium meum includerem; ſed hic me prior rem executus eſt. Promiſit Abu Thagleb, ſe tributum, quod pater miſerit, Bagdadum etiam miſſurum eſſe, & ſic conſenſit Azoddaula, Bagdadi Emira, ut loco Siphoddaulæ, Emiræ Halebi & Hamadæ, filius eius Abul Maali (Emira) eſſet. Anno Græcorum 1279, Arabum 357 Choraſani nonnulli cum 3000 Arabum Antiochenorum in Cappadociam irruperunt, ſed 40000 Romanorum, qui occurrerant, permultos Choraſanorum & Antiochenorum tum interfecerunt, tum vinctos abduxerunt. Arabes Antiocheni Patriarcham Chalcedonenſium occiderunt & eccleſias Antiochiæ multas vaſtarunt. Romani Sarugum C. 968. P. 200.



Digitized by Google

gum profecti 300 Arabes & multas pecudes abduxerunt. Eo anno mortuus eſt Nazeroddaula in cuſtodia (arcis) Chovaſchai, unde in tumulum Thebaſchtæ e regione Mozalæ ſitum translatus & ſepultus eſt. Filii eius omnes ante lectum eius inceſſerunt nudis pedibus (214). Hoc anno cum compertum eſſet, Abul Alam Solimanum, filium Wahebi, filium Sophaini, iurisperitum chriſtianum Bagdadenſem 350000 zuzarum apud Marcſanum quendam depoſita et domi ſuæ duodecim vini dolia habere, centum quadraginta millibus argenteorum (215) multarunt & tum demum dimiſerunt. Hoc anno orto inter Choraſanos, qui Antiochiæ erant, & Arabes Antiochenos diſſidio, Ro-
P. 1169. mani ex regione Antiochena 12 hominum millia viros & mulieres, pueros puellasque, abduxerunt. Anno poſt, i. e. 1280 Græcorum, Romani Caphartutam profecti 800 homines cum multa præda abegerunt. Cum Hamadam habitatoribus vacuam inveniſſent, igne tectis ſubiecto, abierunt. Eo anno Bagdadi tanta annonæ caritas erat, ut tritici corus 90 denariis aureis venderetur. In regione Mozalæ multæ locuſtæ viſæ ſunt. Paullo poſt Nicephorus, Romanorum rex, Antiochiam obſedit et inde Tripolin perrexit, ubi omnia ædificia extra murum ſita combuſſit. Inde profectus arcem Gazæ bene munitam cepit & magnam numorum vim ex ea egeſſit. Deinde inter Hamadam & Halebum conſedit, ubi duos menſes commoratus eſt. Captivanti & diripienti nemo erat, qui occurreret. Puerorum puellarumque, qui apud
P. 201. cum vincti erant, 100000 numerata ſunt; inter quos non erat vir ſenex aut ſenex femina, nam hos partim occidit; partim liberos dimiſit. Niſi mortalitas Romanos invaſiſſet, etiam Halebum & Antiochiam cepiſſet. Hieroſolymam quoque faciem conver-

verterat, quorſum tamen, quia milites eius cæde patrata defatigati & præda magna onuſti erant, abire non potuit. Anno Græcorum 1280, qui eſt Arabum 359, Romani cum chriſtianis arcis Lucæ prope Antiochiam ſitæ conſpirarunt convenitque inter eos, ut hi Antiochiam ingrederentur ſeque metu Romanorum aufugiſſe ſignificarent atque, donec exercitus Romanorum veniret, ibi remanerent, deinde ad urbem aperiendam manus intrinſecus præberent. Quod cum hi feciſſent, duorum menſium intervallo frater regis Nicephori cum 40000 Romanorum murum Antiochiæ cinxit & tum habitatores arcis Lucæ a parte montis adiutores fuerunt, ut Romani Antiochiam introirent & caperent. Magna ibi cæde facta, ſepararunt viros feminasque ſenes cum parvis ſtatura eosque, quocumque vellent, diſcedere iuſſerunt. Virorum vero feminarumque iuvenum & puerorum plus quam 10000 in terras Romanorum miſerunt. Halebum etiam 10000 equitum quum miſiſſent, Halebenſes promiſerunt, ſe quotannis Romanis certum quoddam tributum ſoluturos eſſe, in cuius rei fidem 800 obſides dederunt. Eo tempore multum bello inclaruit imperator Nicephorus, qui omnes Ciliciæ urbes, Antiochiam & Syriam in poteſtatem ſuam redegit, quam ob rem omnes Arabum gentes metu perculſæ ſunt. Itaque animo elatus imperatricem Theophaniam, imperatoris Romani uxorem, invitam tamen, ſibi coniunxit; neque hac re contentus duos huius filios, Baſilium & Conſtantinum caſtrare voluit, ut eorum progenie exſtirpata, ex ſe tantum regia proles deduceretur. Theophania autem, cognito eius conſilio, de filiis ſuis admodum ſollicita domeſticum Schumuſchigum, quo- P. 202.
cum conſpiraverat, muliebribus indutum veſtibus cum quibusdam



Digitized by Google

aliis iniuriam paſſis in palatii ædem noctu nativitatis ſervatoris introduxit & Nicephorum certiorem fecit, ſe ſtirpis ſuæ feminas quasdam ad ſe in eccleſiam vocaſſe, ut earum, ſecum pernoctantium, colloquio uteretur. Hac ratione quam primum imperatorem ſomno gravatum ſentiebat, Schumuſchigus & qui cum eo erant, inducti in lecto eum occiderunt eorumque, qui palatii portas cuſtodiebant, plus quam 70 interfecerunt. Hanc cædis Nicephori cauſam in libris accurate ſcriptis invenimus; ea autem, quam beatus Mar Michael tanquam ab Ignatio Melitenenſi acceptam refert, occiſum eſſe ideo, quod in coniugio parum fidelis fuiſſet, minime veri ſimilis eſt, quia, eo occiſo, neque cum Schumuſchigo, qui poſt Nicephorum regnavit, neque cum alio quoquam rem habuit. Anno 360 Arabum propterea, quod inventi erant duo Arabes noctu in templo iuxta cœnobium Michaelis Neſtorianorum Mozalanorum ſito occiſi, Chriſtianos Mozalanos Abu Thagleb filius Nazeroddaulæ 120000 zuzarum multavit. Anno 362 Arabum Domeſticus cum Romanorum exercitu Niſibin profectus magnam ſtragem ibi edidit & per 22 dies nihil aliud egit, quam ut captivaret, diriperet & regionem vaſtaret. Poſtea cum Amidam tenderet, huius urbis dux militum impetravit a Mozalæ præfecto, Abu Thaglebo, ut magnas copias cum fratre ſuo mitteret. Romanos adorti victores Arabes fuerunt, & Domeſticum captum vinctumque, Romanis fugientibus, Mozalam miſerunt. Abu Thaglebus, quo amorem cum Romanis confirmaret, benigniſſime habuit Domeſticum, qui tamen cancri morbo ibi obiit. Hoc anno populus Bagdadenſis, qui multos Niſibenos in captivitatem incidiſſe, multos occiſos eſſe, audiviſſet, ad iram concitatus

tus

Digitized by Google

tus magnum adverſus Chalipham Motium, ludibrio habitum, tumultum excitavit, quod pro Arabibus certare nollet & in eius aulam amicosque tela coniecit. Adierunt etiam nobilium quidam Emiram Azoddaulam, Cufæ verſantem, ſollicitaruntque, ut contra Romanos milites mitteret. Anno Arabum 363 regi, i. e. Chaliphæ Arabum Motio paralyſis tantam linguæ gravedinem attulit, ut eius motus ceſſaret. Hanc ob cauſam magnatum Bagdadenſium unus, nomine Sabuchthegan regno eum ſe abdicare illudque filio Taio tradere coegit. Eo anno mortuus eſt medicus Thabet, filius Sinani, filii Thabeti, Haranenſis, ethnicus, qui illuſtre opus hiſtoricum ab anno Arabum 290 usque ad vitæ ſuæ finem temporum hiſtoriam complexum compoſuit. Niſi hic fuiſſet, multæ res a regibus Arabum geſtæ oblivioni traditæ eſſent, ſed hic eas ſervavit, quas poſteriorum temporum ſcriptores ordine narrarunt. *Poſt Motium filius eius Taius* annos 17 & 9 menſes, qui, poſtquam regnare cœpit, Sabuchtheganum, quo adiutore rex factus eſt, magnis honoribus ornavit & Nazeroddaulam cognominavit. In populo diſſidium ortum eſt, quod Arabes Sonnitæ & Turci a partibus Sabuchthegani, Arabes Schiitæ & Dailamitæ a partibus Azoddaulæ ſtabant, quam ob rem multi utrimque occiſi multæque aulæ vaſtatæ ſunt. Anno Arabum 364, Græcorum 1286, Romanorum imperator Ivan, idem ille Schumuſchchigus, Syriam ingreſſus, Hamadam & Balbecum cepit, & cum Damaſcum profecturus eſſet, Bar-Zauath, nobilis Arabs Syrus, ſcripta ad Damaſci præfectum, Pathganum, epiſtola, conſilium ei dedit, ne, cum imbecillior eſſet, Romanorum regi obſiſteret. Obtemperans ille huic conſilio imperatori Schumuſchchigo obedientiam & 300000 zuzarum tributum pro-

P. 203.

C. 1175.

Digitized by Google

ſtantinus, per 85 annos imperium obtinuerunt vero amore ſe invicem complexi. Baſilius quia bellicoſior erat, Conſtantino fratre in urbe regia relicto, continuo cum Arabibus bella geſſit. Anno 367 Arabum Tigris fluvius præter conſuetudinem viginti ulnarum incremento ita exundavit, ut, aquis etiam ex puteis et ciſternis Pag. 205. Bagdadi effluentibus, homines interdiu & noctu in naviculis veherentur & multæ aulæ deiicerentur. Domeſticum ſibi conſtituerunt ambo fratres, poſtquam imperium adepti erant, virum quendam, nomine Wardusum, ſed is ſtatim contra eos rebellavit, quia regnum in illis regionibus, quas Arabibus Romani eripuerant, concupiſcebat. Hic petiit ab Azododdaula, Bagdadi Emira, miſſo ad eum fratre, auxilium, promiſitque ſe, ſi operam daret, ut in orientali Romanorum imperio confirmaretur, per totam vitam in Arabum poteſtate futurum. Miſerunt etiam imperatores Baſilius & Conſtantinus legatos, qui Emiram monerent, ne rebellis precibus aures præberet. Azododdaula, quæ eius erat ſapientia, quamvis iudicaret, imperatori, non rebelli, ſubveniendum eſſe, rebellis tamen fratri externe amorem oſtendit & pollicitus eſt, ſe omnibus modis eum adiuturum eſſe. Secure igitur rebellis, cum Romanorum imperatores copias contra eum miſiſſent, cum paucis hominibus in Arabum fines venit & copias ab Azododdaula rogavit. Ille, poſtquam fiducia eum impleverat, miſſis quibusdam Arabum nobilibus, rebellem clam cepit & cum fratre & omnibus ſuis Bagdadum adductis ſatis diu incluſit. Anno Arabum 372 mortuus eſt Azododdaula, Emira Bagdadenſis. Eius tempore vixit Ali, filius Abaſi, medicus, qui huius nomine librum *regii* ſcripſit. Emiræ enim, qui cum Cha-

 lipha

lipha Bagdadi gubernabant, reges appellabantur. Hoc tempore in Choraſana fuit Abuſahel Meſſianus (217) medicus excellens, qui librum centum capitum illuſtrem ſcripſit alioſque libros edidit. Praeceptor erat venerandi doctoris (218). Vita defunctus eſt hic Meſſianus 40 annus natus ſucceſſoremque habuit fratrem ſuum Zamamoddaulam. Anno Arabum 373 fames Bagdadi orta eſt. Tritici corus
Pag.206. 4080 zuzis, hordei 2040 venditus eſt. Multi fame perierunt. Anno Arabum 376 ſedente Chalipha Taio in quodam eorum conventu ſuper ſolio ſuo, introiit præfectus Zamzamoddaula ad eum ſalutandam & terram oſculatus ad dextram throni ſe contulit, quod omnes principes introëuntes ſimiliter fecerunt. Deinde intraverunt poëtæ & carminibus ſuis Zamzamoddaulam magis quam omnes alios principes laudaverunt, qui ea re offenſi ſunt. Quam ob cauſam eorum unus, nomine Scharphoddaula, conſpiratione cum reliquis facta, Zamzamoddaulam clam captum in oppidum quoddam Perſiæ miſit includendum, poſtquam eius oculos excœcaverat. In eius locum ſucceſſit Scharphoddaula. Hisce temporibus nomen tantum & appellatio penes reges Arabum i. e. Chaliphas; imperium omne, adminiſtratio exercitus & ærarii penes principes Perſarum erat, qui omnia gubernabant. Anno 378 Scharphoddaula, congregatis philoſophis, qui in Arabum ditione erant, turrem ad obſervandos ſtellarum motus exſtruxit et obſervationum inſtrumenta cum circulis æneis, quales Mamunus etiam ſuo tempore fecerat, paravit. Operi præfecit Abaſahelem, Chajam, filium Roſtami, montanum. Hoc anno menſibus Iulii & Auguſti flantibus a meridie ferventibus ventis, multi repente in via Bagdadi mortui ceciderunt, inprimis nautæ ſuper Babyloniæ fluviis. Anno 379 in mortui Scharphoddaulæ lo-

cum

cum dux exercitus Abu Nazar ſucceſſit. Anno 380 Arabum Chalipha Ægypti, Aziz, ſubacta etiam Syria, Chriſtianum quendam Ægyptium, Iſam, Neſtorianum, quod vir erat dexterrimus & iuris ſcientiæ peritiſſimus, ſummum regni adminiſtrum ſibi conſtituit. Syriæ etiam præſidem dedit Iudæum, Manaſſen, Kazoræ filium. Hi duo, dimiſſis Arabibus iudicibus, in eorum locum Chriſtianos & Pag. 207. Iudæos ſubſtituerunt. Tum iudex Arabs feminam pauperem, ſed ingenio ſolertem, multis numis corrupit præcepitque, ut ſchedam parvam manu tenens eo loco, quo Chalipha tranſiturus eſſet, conſiſteret &, dum ſe oppreſſam eſſe clamaret, ſchedam porrigeret, ſcheda autem tradita, ne quæſita inveniretur, eo loco excederet. Scripſerat autem in illa ſcheda hæc: Per Deum, qui Chriſtianos per Iſam, Neſtorianum, & Iudæos per Kazoræ filium Manaſſen, fortunavit, per te autem Arabes oppreſſit, te adiuro, ut iniuriam meam ulciſcaris. Quæ cum ita feciſſet, Aziz, lectis & intellectis hisce verbis, adduci feminam iuſſit, ſed non invenerunt. Iratus (Aziz) Iſam & Manaſſen in cuſtodiam coniecit, Iſam tamen, qui magis quam omnes aulici amabatur, deprecante regis Azizi filia & patri pro eo 300000 denariorum aureorum pendente, in dignitatem reſtituit priſtinam. Eo tempore poſtquam Tagritenſes præfectorum tributis valde preſſi erant, tyranni ex eorum urbe egreſſi & per regiones ſparſi ubique locorum eccleſias & monaſteria condiderunt & templa ornaverunt. Horum e numero erant etiam nobiles illi tres fratres, qui filii Abu Imran cognominati ſunt. Hi ſede in urbe Melitene fixa eccleſias & cœnobia feminis & præterea etiam monachis monaſteria ædificarunt. Quovis veneris die pauperibus a tempore matutino usque ad meridiem

eleemoſynas diviſerunt. Imperator Romanorum fortunæ eorum invidens coëgit eos, ut per unum annum regios numos (ܕܝܢܪ̈ܐ 219) procuderent & tamen ne ſic quidem opes eorum imminutæ ſunt. Ipſe imperator Baſilius, cum quando indigeret, ad portam eorum venit, mutuum petens. Illi, quam primum conſpexerunt, non adorarunt tantum, ſed centum etiam auri talenta præbuerunt, quæ tamen hic, quia iuſtus erat, reddidit. Alio tempore, Turcis agrum
Pag. 208. Melitenenſem deprædantibus, ſenex quoque Abuſalem, frater natu maximus, qui tum forte aderat, ex cœnobio veniens, in captivitatem abductus eſt. Dixerunt ei Turci: redime te, quia dives es. Reſpondit ille: ſi captivos omnes venditis, ego emturus ſum. Riſerunt Turci & dixerunt ei: quantum dabis? Pro ſingulis, inquit, corporibus, quinos denarios. Hoc pretio, inquiunt Turci, vendimus; itaque, fide accepta, aurum ſibi afferri curavit, ſolvit & captivos, quorum 15000 erant, liberavit. Pauca hæc ſcripſimus, ut intelligeretur, quam fortunati hi noſtrates tempore noſtro fuerint & in quam miſeriam familiæ incidere tandem poſſint. Hoc anno Emira Abu Nazar captus eſt, in cuius locum dux exercitus Emira Bahaoddaula ſucceſſit. Hic ad tantam dignitatem evectus, opibus Chaliphæ Taii inhians, poſtquam cum Dailamitis conſpiraverat, die quodam Taium de ſolio ſuo deiecit eumque ſtragula, qua ſedebat, involutum in cuſtodiam dedit. Poſtea, cum coëgiſſent, ut chirographo teſtaretur, ſe abdicaviſſe ſe regno, Abul Abaſum Achmedum, filium Iſaaci, filii Moctadiri, regem conſtituerunt anno 381 & Kaderem cognominarunt. *Poſt Taium Kader* annos 41 & menſes tres. Anno Arabum 382, Græ-
C. 993. corum 1304. Romani Chelatæ quoque, Manazagerdæ & Archiſchi

ſchi regnare cœperunt, et cum Armeni exercitus dux, Abu-Ali promiſiſſet, ſe tributum ſoluturum, Baſilius imperator hac promiſſione contentus in eius poteſtate Armenos reliquit, decem annorum inducias pactus. Hoc tempore Armenorum magnus numerus, qui Sinacarnomitæ, hoc eſt, ex Sancheribi familia oriundi, cognominabantur, Baſilio Romanorum imperatori arces ſuas tradiderunt & pro iis Sebaſtiam Cappadociæ, ubi patricii Armeni erant, acceperunt, unde per totam Cappadociam, Ciliciam & Syriam ſe diffuderunt. Aradmelechum & Scharazarum, poſtquam patrem ſuum occiderant, aufugiſſe dicunt in montes Carduacos, cum Armenis miſtos eſſe, & ob hanc cauſam Armenis cognomentum Sancheribiturum adhæſiſſe. Eodem tempore cum Saoddaulla, Pag.209. Halebi Emira, valde ægrotaret, præcepit moriturus, ut ſibi filius Abu Phazel ſuccederet et Lulu, dux exercitus, regnum ſub eo adminiſtraret. Eo mortuo inceſſit Azizum, Ægypti Chalipham cupido capiendi Halebum & potiundi eius gazis; quo conſilio ſervum ſuum Manguthaganum cum 30000 equitum Halebum miſit. Lulu, qui nihil ſibi auxilii a Bagdadenſibus exſpectandum eſſe videret, ad Romanos confugiens ab imperatore Baſilio, miſſo ad eum legato, ſuppliciter auxilium petiit. Miſit ille peditum equitumque 50000 & cum hic Romanorum exercitus ſuper ripa fluvii Orontis, qui eſt Azi, iuxta Antiochiam conſediſſet, Ægyptii ſine mora fluvium tranſierunt, Romanos adorti ſunt & ſuperaverunt. Reverſi Halebum oppugnarunt. Lulu calliditate uſus multo auro Manguthaganum corrupit, ut, urbe relicta, Damaſcum abiret & Azizo ſcriberet: Copiæ tuæ, quibus præſum, fame conſumuntur & hanc ob cauſam Damaſcum duxi, eo tamen conſilio, ut, ſi vires repara-

 veri-

Digitized by Google

verimus, illic revertamur. Iratus ei Azizus, maxime quod clam edoctus erat, illum non hanc ob cauſam Damaſcum veniſſe, imo ut, quia iuvenis eſſet, nullis dum cicatricibus deformis, voluptati ſe daret, alium miſit exercitus ducem Rodabariam eumque Halebum reducere copias iuſſit. Annonam exercitui Alexandriæ ad mare ſitæ coëmit & Apameæ 200000 medimnorum (220) tritici & hordei coacervavit, quam in urbem etiam a Halebo 25 paraſangarum ſpatio remotam fœnum equis petentes commeabant. Per 13 menſes Halebum obſidentes balinea, caupônas & tabernas ædificarunt. In urbe magna fames fuit, quam tamen incolæ, quia Lulu ſingulos medimnos ſingulis denariis vendebat, ternis a ſe
P. 210. emtos, non valde ſentiebant. Denuo vir aſtutus imperatori Baſilio nunciavit, brevi hoſtes, niſi cum magno exercitu ſubveniret, Halebum expugnaturos, eoque facto & ipſum Antiochiam amiſſurum. Motus hoc nuntio Baſilius copiis contractis cum 30000 Romanorum 16 diebus 300 paraſangarum intervallum emenſus eſt & ſub adventum in Ægyptiorum equos, quia ver erat, in paſcuo diſpoſitos incidit. Tum Lulu Rodabariæ hæc nuncianda curavit: Arabiſmus, cuius nos ambo participes ſumus, ſuadet mihi, ut tibi tuisque copiis parcam. Adverte animum teque & Arabes tuos cædi eripe. Imperator Baſilius ipſe magna vi vos adorturus eſt. Cum exploratores idem nunciaſſent, tanto totus Ægyptiorum exercitus metu perculſus eſt, ut, relicta omni ſupellectile, uno quisque equo fugeret. Romani advenientes, quidquid inveniebant, diripuerunt. Baſilius ab AbuPhazelo & Lulu, qui obviam iverant, ſalutatus & donatus abiit & arcem Sirin cepit. Poſtea Hamadam expugnavit, ex qua plus quam 10 hominum millia in captivitatem abduxit. Inde copias Tripolin duxit, quam,



Digitized by Google

40 dierum obſidione cinctam, capere tamen non potuit. Infecta re in in regionem ſuam revertit. Azizus, Ægypti Chalipha, cum hæc audiviſſet, ægre ferens, magnum exercitum coëgit, ut ad Halebum expugnandum ipſe proficiſceretur. Quia autem coli morbo laborare inceperat, toto anno ex Ægypto vix Bolbiſium, decem paraſangis diſtantem, ubi etiam mortuus eſt, pervenire potuit. Poſt eum in Ægypto et Occidente Hakimus, Chaliphæ filius, regnare cœpit anno Arabum 386, quo etiam Iſa, Neſtorianus, in Ægypto interfectus eſt, cuius loco ſummus regni præſes factus eſt P. 211.
Iacobita quidam, Abu Ala Pahed, filius Ebrahimi, Ægyptius. Hic erat ſcriba Barguani, eunuchi albi, ducis exercitus, a quo ad honores promotus eſt. Eo tempore chriſtiani, quamvis fidem ſuam non permutarent, Veziri in regno Ægyptiorum Arabico conſtituti ſunt, quod ſecus eſt noſtris diebus. Nunc enim, niſi Muhammedani fiant, Veziratus illis non committitur. Anno Arabum 387, Græcorum 1308, Ducas, Romanorum Domeſticus, Apameam obſedit & tanta fame vexavit, ut canis duobus denariis aureis venderetur. Bar Zamzamum, Arabum Ægyptiorum ducem, cum in arcem perrumpere vellet, Romani repulerunt & perſecuti ex Arabibus ceciderunt ad duo millia, reliquis aufugientibus. Hac Arabum fuga & cæde, quam Romani fecerant, ut Domeſticus animum oblectaret, cum duobus filiis & decem equitibus in verticem tumuli cum aſcendiſſet, Curdæus quidam, Bar-Cepha, equo arabico vectus, lorica indutus, haſtam manu gerens, ad tumulum curſum direxit, & Ducaſum, qui opinaretur, ad incolumitatem ſibi ſuiſque impetrandam veniſſe, nihil tale ſuſpicantem haſta percuſſit et lorica perrupta inter coſtas transfixit. Intentis

tis omnibus in eum, quem equo lapſum viderant, Curdæus ad ſuos aufugit, qui mirum in modum gaviſi, Domeſticum occiſum eſſe, reverterunt & Ducaſi filium primum vinxerunt, deinde ſex denariorum millibus vendiderunt. Ex Romanis 10000 occiderunt, quorum capita in Ægyptum deportata ſunt. Arabes in agrum Antiochenum profecti homines tum cciderunt tum abduxerunt, vicos incenderunt. Inde Damaſcum reverſi ſunt eamque in ſuam poteſtatem redegerunt, hucusque Bagdadenſium imperio ſubiectam.

P. 212. Hoc anno rebellavit Tyri Arabs quidam, Alaca, quem, quamvis ad Romanos confugiſſet, prævalentes tamen Ægyptii captum in Ægyptum deduxerunt, & vivum excoriarunt. Cutem eius ſtramine differtam ſuſpenderunt. Hoc tempore chriſtiani duo, qui in urbe Dacuca iudicum officio fungebantur, urbem agrosque dure tractabant; quam ob rem, cum dux Perſarum, Gabriel, filius Muhammedi ad prædandum in agros Romanorum exiret, obviam facti Arabes ei dixerunt: quid opus eſt, ut in longinquas terras abeas. En! apud nos duo chriſtiani ſunt, qui peius nos habent, quam Romani habuerunt, cum nos ceperunt. Oſtende igitur vim tuam, ſi quid potes. Ille cum ira in urbem ingreſſus duos illos chriſtianos occidit urbemque ſibi, conſentiente tamen populo, ſubiecit, ipſe Dababoddaula, hoc eſt, imperii lancea cognominatus eſt. Anno Arabum 389 magnum hieme frigus fuit, quod Bagdadi aliquot pulmarum millia corrupit; & quæ non omnino corruptæ ſunt, poſt multos demum annos robur recuperaverunt. Hoc anno Hakim, Ægypti Chalipha, Barguanum eunuchum occidit, qui cura nimis magna, qua Hakimo proſpiciebat, non permiſit, ut ille equitaret, niſi tempore ſtato, aut hominibus munera diſtri-

diſtribueret, niſi ordine. Quod cum moleſtum eſſet, eum occidit. Ægyptii autem cædem eius ægre ferentes magno cum tumultu ad palatii portam accurrerunt, qua re ille peterritus cum in tabulatum ſuperius adſcendiſſet e porta quadam populum ſalutavit & ita fatus eſt: Barguani fraus quædam cognita eſt & hæc cædis eius cauſa exſtitit. Rogo vos, ut mei adiutores, non oppreſſores ſitis, quia adhuc iuvenis ſum. Blandis precibus addidit lacrymas ideoque manus ab eo abſtinuerunt. Produxit etiam, quo magis animos eorum ſedaret, Phahedum, ſcribam chriſtianum regiis veſtibus indutum eique præcepit, ne hac re commoveretur, ſed uti P. 213.
huiusque, poſtea regnum adminiſtraret. Poſt tres annos Arabes duo, legum periti, Abu Taher & Bar Adas Phahedo apud Hakimum obtrectarunt, & ab eo reprehenſi, per alios, quos ſollicitaverant, chriſtianos calumniati ſunt; quos quia ulterius non ſuſtinebat (221) Phahedum occidi iuſſit. Quia tamen magnæ fidei homo & ab Hakimo valde dilectus fuerat, Hakimus, qui Arabum importunitate coactus eum occiderat, adductos eius filios veſtibus ornavit atque edixit, ne quis eos læderet aut domicilia eorum invaderet. Ab eo tempore Bar Adas Ægyptum, Abu Taher Syriam, gubernabat. Ambo multa mala non chriſtianis tantum ſed Arabibus etiam inflixerunt, maxime tributis magnis & gravibus eo conſilio impoſitis, ut magnam pecuniæ ſummam, quam promiſerant, cogerent. Erat Chaliphæ ſorori ſcriba Ægyptius in Syria, quem ab Abu Tahero delatum apud eam accuſavit. Aſt illa, quia frater ei multum faveret, fletu precibusque obtinuit, ut Abu Taherum occidi iuberet, cuius caput in Ægyptum deportatum eſt, cadaver pueri per plateas traxerunt. Eodem tempore Chaliphæ iuſſu



Digitized by Google

etiam Bar Adas occiſus eſt, quorum amborum maledicta ſit memoria. Inde quies Arabibus & Chriſtianis contigit. Eorum loco imperii præſes factus eſt vir chriſtianus, Manzur, Abduni filius. Quem, quia principes odio habebant, calumniati ſunt eiusque cauſa perſecutio chriſtianorum cœpta eſt. Multi legum conſultorum flagris ad mortem usque cæſi canibus obiecti ſunt; ipſe Manzur tamdiu cæſus, donec, cum mortuus crederetur, canibus proiectus fuit. Quia tamen paullulum ſe commovebat, in domum reportatus convaluit et a Chalipha in dignitatem ſuam reſtitutus eſt, cognomine Caphi, i. e. ſufficientis. Hakimum fama fert omni-
Pag. 214. bus tam trucem & formidabilem fuiſſe, ut nemini quidquam mali a maleficis hominibus timendum eſſet & nemo adeo noctu tabernam ſuam occluderet. Obequitabat enim Hakimus noctu aſino Ægyptiaco vectus per plateas & nemo auſus eſt ſurgere aut eum adorare. Tota nocte lumina incenſa erant & eius temporibus nox in Ægypto erat diei ſimilis. Anno 392 Arabum orto tumultu chriſtianorum Bagdadenſium domos Arabes diripuerunt, manibus etiam ad eccleſias vaſtandas extenſis, & cum eccleſiam Iacobitarum eam, quæ a latere Katiæ Komahæ (222) ſita erat, incendiſſent, collapſa multos Arabum, viros, feminas liberosque ſuffocavit, & incenſores combuſſit, qui deinde intuentibus terrori fuerunt. Anno poſt multæ locuſtæ Mozalæ & Bagdadi viſæ ſunt, quæ præcipue Schirazum infeſtarunt, ubi nihil graminis, nihil foliorum in arboribus reliquerunt, usque eo, ut lintea, quæ fullones lavabant, corroderent, & eam ab cauſam ex quovis linteo fullo arroſum pannum poſſeſſori redderet. Orta fame tritici corus Bagdadi 120 denariis aureis venditus eſt. In cœlo columnæ igneæ apparuerunt a

polo

Digitized by Google

polo in medium cœlum extenſæ. Anno 396 Arabum ſtella viſa eſt, magnitudine & ſplendore Veneri ſimilis in ſigno ovis (223) cuius radii quaſi volutabantur. Splendiſcens uti luna poſtquam tribus menſibus conſpicua fuerat, evanuit. Anno Arabum 398 nix Bagdadi decidit, & per ſeptimanam ſuper terra iacuit, duas ulnas & dimidiam alta; idque in tota terra Sinear, Bozræ nempe & Abadani, Mahrubani & Ganabæ; quæ res ab æterno non audita eſt. Eodem anno magna annonæ abundantia extitit. Tritici corus duodecim denariis venditus eſt. Urbs Dinavara vehementi terræ motu concuſſa eſt. Multæ domus corruerunt, e cuius ruinis 16000 hominum eruta ſunt, præter eos, quos terra rupta hauſit. Tagriti P. 215. ventus ater isque peſtilens flavit & Dacucæ multas domos evertit. Eradicavit etiam permultas palmas & oleas. In mari Perſico naves magnæ merſæ ſunt. Septimo menſis Schabani huius anni mortuus eſt Abu Ali, filius Zaræ, chriſtianus philoſophus, Bagdadi. Eo anno gens quædam Turcorum mediterraneorum in Oriente, Krit cognominata, in Meſſiam credidit &, poſtquam didicerat, baptizata eſt propter miraculum in rege eorum factum. Eo tempore iuſſu Hakimi Chaliphæ Bagdadenſis Hieroſolymæ templum reſurrectionis funditus deſtructum, omnis illius ſupellex direpta eſt. Eccleſiarum etiam aliquot millia, quæ in ditione eius erant, vaſtavit & præcones proclamare iuſſit, chriſtianorum quicunque fidem Arabum ſuſciperet, honoratum iri, quicunque non ſuſciperet, fore ludibrio; præcipere enim Chalipham, ut chriſtiani crucem, Iudæi ſimulacrum capitis vitulini, quod in deſerto adoraſſent, e collo ſuſpenderent, ut annulos dextræ manus digitis non geſtarent, equis non veherentur & mulis etiam aſinisque



Digitized by Google

que ſine ephippiis vulgaribus & ſtapiis ligneis inſiderent; ut, quicunque hanc ignominiam averſaretur, cum rebus ſuis in terras Romanorum diſcederet. Edicto divulgato multi abierunt, pauci fidem chriſtianam abnegarunt, & qui remanentes non abnegarunt, cruces aureas & argenteas e collis ſuſpenderunt ſibique ephippia ex pretioſis ſtragulis coloratis fecerunt. Quod cum Hakimus audiiſſet, ira commotus edixit, ut chriſtianorum quicunque non crucem ligneam quatuor litrarum ponderis Bagdadenſis e collo ſuſpenderet, occideretur & ſimiliter quicunque Iudæorum non ſimulacrum manubrii nolæ (224) conflatum quatuor litrarum ſuſpenderet, moreretur; balinea etiam ingreſſuri, quo ab Arabibus diſtinguerentur, tintinnabula parva collo geſtarent. Huius perſecutionis auctor chriſtianorum quidam inimicus erat, qui Chaliphæ Hakimo narraverat, chriſtianis ad Pa-
P. 216. ſcha Hieroſolymæ celebrandum congregatis, eccleſiæ antiſtites, aſtutiæ plenos, filum ferreum, e quo candelabrum ſuper ſepulcro ſuſpenſum eſſet, oleo balſami inungere & poſtquam Arabum præfectus ſepulcri portas obſignaviſſet, deſuper e tecto in ſummo filo ignem incendere, quem deinde ad ellychnium defluere illudque ncendere, tum flentes exclamare: Κυριε ελεησον, quaſi ſplendorem e cœlo ſuper ſepulcrum delapſum videntes, & hoc pacto in fide ſua confirmari. Pœnituit tamen Hakimum paullo ante quam interficeretur, factorum permiſitque, ut, qui abnegaſſent, ad fidem ſuam reverterentur. Eo etiam permittente chriſtiani eccleſias melius, quam antea fuerant, ædificaverunt, & qui in terras Romanorum aufugerant, in domos ſuas redierunt. Anno Arabum 400 mortuus eſt Abu Nazar Baſchir, filius Haruni, filius Gamalæ, ſcriba chriſtianus, Bagdadi die 26 menſis Schaual. Anno Arabum



Digitized by Google

401 Karoáſchus, filius Makelledi, Mozalæ præfectus, Hakimum pronuntiavit Ægypti Chalipham. Multæ locuſtæ viſæ ſunt in agro Mozalano, quem Maadeni etiam ab omnibus partibus (225) deprædabantur. Magna mortalitas orta eſt & fames in regione Choraſana homines valde vexavit. Panis litra uno denario vendita eſt. Canibus & felibus homines veſcebantur iisque conſumtis, pueris & infantibus. Poſtea, quemcunque pinguem & corpulentum viderunt, eum occiderunt & devorarunt. Anno Arabum 403 mortua eſt uxor Abu Nazari, filii Iſraelis, chriſtiani, Bægdadi, cuius lectum cum interdiu cum crucibus & luminibus, comitantibus diaconis & monachis præcantibus, præeuntibus cum tympanis feminis plorantibus, efferrent, indignatus Arabs quidam lapidem in lectum coniecit. Arabem occiderunt ſervi Emiræ Pag. 217. Manazachi, qui cuſtodiæ cauſa lecto circumdati erant; quo facto tantus tumultus Bagdadi excitatus eſt, ut multi ex Arabibus & chriſtianis cæderentur & Abu Nazaro, mortuæ marito, in domum Manazachi, præfecti ſui, fugiendum eſſet. Prius tamen tumultus non ſedatus eſt, quam Abu Nazar traditus, in Chaliphæ aulam deductus ibique, quamquam non diu, incluſus eſſet. Eius liberatio magni Chriſtianis gaudii cauſa fuit. Anno poſt Bagdadi tam multæ locuſtæ pronatæ ſunt, ut terram tegerent, aërem obſcurarent, arbores & ſementes corrumperent. Agricolæ tympanis & cornibus eas a ſementi abegerunt. Anno 405 Arabum edixit Hakim, Ægypti Chalipha, ut nulla unquam femina extra domum conſpiceretur & nulla deſuper ex porta, feneſtra aut tecto ſpectaret. Vetuit ſutores etiam muliebres calceos conſuere. Tulit autem hanc legem propterea, quod de Ægyptiarum libidine

 fama

Digitized by Google

fama ad eum pervenerat. Itaque ſubornavit ab initio mulieres vetulas exploratrices, quæ domos perreptando cum mulierum ſecreta didiciſſent, edocebant eum, quibus artibus domo egrederentur quibusque modis adulteræ adulteros convenirent. Tum miſit in domum, cuiuscunque illa eſſet, nobilis aut ignobilis, eunuchum cum milite, qui dicerent: Produc nobis eam, cuius nomen indicamus, nulla uxorum ſororum aut filiarum ratione habita. Egreſſam abduxerunt et quando earum aliquot contractæ erant, quinque imo decem in magno fluvio Nilo ſubmerſit; quam ob rem magis eum quam Pharaonem viri mulieresque timuerunt. Paſſi ſunt homines hanc miſeriam aliquot annis & tum, qui regionibus urbis præfecti erant, Hakimo ſcripſerunt, multas viduas aliasque, quibus neque fratres neque filii & cognati eſſent, in domibus incluſas fame & nuditate perire, quia nemo eſſet, qui
Pag. 218. ipſis linum emeret aut opera & neta venderet. Quo audito iuſſit eos, qui muliebria opera emebant vendebantque, circa oſtia circumire, ut, aperta porta, feminæ emere atque vendere, opertis tamen facie manibusque, opera ſua ſuper pala porrigere & hac eadem (226) eorum pretium accipere poſſent. Domo autem egredi aut in balinea ſe conferre omnino eas vetuit. Hanc miſeriam tolerarunt,
C. 1014. donec occiſus eſt. Hoc anno, qui Græcorum erat 1325, duæ & viginti familiæ ex populis Zinitis exierunt, quarum ii tantum, qui Bata nominabantur, numerum 20000 hominum expleverunt, alii 30000 rurſusque alii 50000 numeraverunt. Hos in Hunnorum regiones irrumpentes Achmed, Bar Ali, filius Karachani, præfectus Bocharæ, adortus ſuperavit, tentoriis eorum, vaſis aureis & argenteis & ſericis velis innumeris potitus. Arcus eorum tela-

telaque una ſpithama maiora, quam alias fieri ſolebant, fuiſſe dicuntur. Anno Arabum 410 in locum filii Karachani, Bocharæ præfecti, qui vita functus erat, ſucceſſit Sachina Chovarazmaſcha Mahmud, filius Sabuphathkini, qui in Indiam profectus, multis urbibus captis, magnam prædam reportavit. Anno 411 Arabum cum magna erat Ægyptiorum miſeria a Chalipha Hakimo inflicta, odio eius, quod in dies creſcebat, aſtuti quidam eorum viri callide hac arte uſi ſunt, ut literas plenas conviciorum, irriſionis & contumeliæ in eum ſuosque conſcriberent easque obſignatas, quando noctu prætervehebatur, illi traderent. Compegiſſe quoque eos dicunt ex junco ſimulacrum feminæ manum extendentis litterasque porrigentis atque illud veſte ex charta alba facta contectum ad eorum angulorum unum, quem præteriturus erat Hakimus, collocaviſſe. Tranſiens Chalipha cum feminam conſpexiſſet, iratus ſervos ſuos membratim diſcindere eam gladio iuſſit. Illi appropinquantes cum vanum eſſe ſimulacrum deprehendiſſent, rem compertam nunciant ſimulque literas in eius manu inventas tradunt, in quibus ille, cum apertas legiſſet, multa turpia de ſo- P. 219.
rore virgine ſcripta invenit. Hac ratione valde eum excruciaverunt eamque ob cauſam iratus ſervos ſuos gladios ſtringere & Ægyptium quemque obvium trucidare, domos eorum diripere, vicos incendere iuſſit. Hinc factum eſt, ut per tres dies Ægyptii cum ſervis dimicarent & utrimque multi caderent. Poſtquam ira paululum deferbuerat, Hakimus ſorori hæc nuncianda curavit: Tua cauſa literas mihi mittunt Ægyptii exprobrantque, te noctu viros inducere, & multa alia. Fletu illa & blanditiis momentaneam eius iram lenivit, poſtea autem clam edocta eſt, ad virgini-

nita-

Digitized by Google

nitem ſuam explorandam eum obſtetrices miſſurum; quo nuntio territa noctu ad optimatum aliquem, cui ab Hakimo etiam periculum imminebat, ivit eique jurejurando ante obſtricto, ne ſecretum aperiret, ita dixit: Conſidera, quanta cum ira frater meus mihi tibique & omni populo, viris & mulieribus, mihique imprimis, quod ſcis, inſidietur. In flore iuventutis cum ſim, quid prodeſt mihi vita, ſi cupiditatis prolificæ (227) expletione prohibear? Itaque, ſi ullo modo eum occidere potueris, en! manum fidemque tibi do, te maritum mihi futurum eſſe. Fratris mei parvum puerum ſuper ſolio collocabimus, ne magnates & populus rebellent, tuque tum eius pater, rector & gubernator eris. Approbat ille conſilium et, doce me, inquit, quomodo has ei inſidias optime ſtruamus. Reſpondit illa: frater meus ſtatis temporibus noctu in tumuli verticem adſcendit ad ſtellas obſervandas ſolus, eiusque in horoſcopo ſcriptum eſt: nocte quadam in mortis periculo verſaturum, & ſi abierit ab eo calix horæ huius, alios eum octoginta annos victurum eſſe. Quam ob rem para duos ſervorum, iniuriam paſſorum, ſecreti tui capaces, ut in tumuli cavernis ei inſidi-
P. 220. entur, deinde proſiliant eumque occidant. Nox iſta quum appropinquaſſet, Hakimus aſino vectus neminem ſecum in tumuli caput adſcendere paſſus eſt, quam puerum parvum. Reliqui ſervi ad tumuli radices reſtiterunt. Facie ad Orientem converſa cum cœlum contemplari incepiſſet, vidit Martem in Horizontem adſcendere. Tum labiis murmurans, adſcendiſti igitur, inquit, o maledicte, ſaguinem effundens: venit hora mea Tunc proſiluerunt iſti duo ex inſidiis & fune collo injecto eum ſuffocaverunt, puerum occiderunt, aſinoque nervos ſucciderunt; cadaver ab alia par-

parte ad ſororem deportaverunt. Occultavit illa in domo ſua, nemine præter ipſam, duos occiſores, & eorum dominum huius rei conſcio. Hakimi ſervi usque ad auroram ſurgentem exſpectantes, cum non deſcenderet, in tumulum adſcenderunt ibique puerum occiſum, aſinum ſuccïſis nervis, ipſum non invenerunt; itaque in palatium redierunt. Ubi quum ſervi & magnates perturbati animo eſſent, advocavit eos ſoror illisque dixit: nolite adeo perturbari. Prædixit mihi frater, ſe, quod hisce diebus vitæ periculum ſibi immineret, in tumulum adſcenſurum & inde pedibus in deſertum ad ſe abſcondendum abiturum, poſt ſeptem dies reverſurum. Puerum, qui cum eo erat, credibile eſt interfeciſſe, ne locum, quo iviſſet, indicaret. Cum acquieviſſent, eorum unumquemque, hisce ſeptem diebus, ad ſe adductum magnis muneribus, maiora etiam promittens, adegit, ut jure jurando præſtito puero, Hakimi filio, quem Taherum nominavit, regnum confirmarent. Arceſſivit deinde filium natu majorem Damaſco, ut regnum capeſſeret; quem cum in urbem Tannis veniſſet, catenis vinctum incluſit. Iisdem diebus ſervi, ſigno dato, comprehenderunt etiam Emiram, quocum conſpiraverat, duosque ſervos, qui Chalipham occiderant. Uno eodemque momento omnes tres crucifixos ſuſpenderunt. Iuſſu eius præcones proclamarunt: hi homines inſidiis ſtructis dominum interfecerunt ſuum; quam ob rem Deus in eorum caput ſcelus coniecit. Tam admiranda facinora auſa eſt hæc virilis animi femina & ſic fratrem, qui illi mortem meditabatur, perdidit. Cogitaverat etiam, ſi iſti miſeri, qui ipſius voluntatem exſecuti erant, in vita manerent, non ſatis dolum tectum eſſe eoque patefacto ſe ab omnibus ho- Pag.221.

 mini-

minibus ſpretum iri, illis autem occiſis, ſe periculo liberam regnum adminiſtraturam huiusque dolores ſine metu levaturam. Hoc pacto quia Hakimi cædes patrata erat, multi opinati ſunt, in Aſcetarum deſertum abiiſſe & monachum factum ibi vitam finiiſſe. Ipſe ego (ſi mei ipſius mentionem facere licet) cum Damaſci habitarem, a legis peritis Ægyptiis audivi, Hakimo, aliquamdiu chriſtianos perſecuto, apparuiſſe Meſſiam, dominum noſtrum, uti Paullo, ab eoque tempore chriſtianum factum clam in deſertum diſceſſiſſe ibique mortuum eſſe. Parum quoque abfuiſſe dicunt, quin hic Chalipha Hakimus infidelitate ſua ad temeritatem Pharaonis prolaberetur, qui dixerat: meus eſt Nilus, ego illum feci; uti nempe propheta dixerat. Erant inter eius ſervos, qui, quando intrabant, illi dixerunt: Salus tibi ſit, o ſolitarie & unice, ſalus tibi ſit, qui necas & vivificas, qui ditas & pauperas; isque huius generis ſermones cum voluptate audiebat. Qua propter adulatorum unus Meccam profectus in adorationis domo lapidem nigrum lancea, quam manu tenebat, percuſſit et in fruſta comminuit his adiectis verbis; Quare adoratis, o ſtulti, rem, quæ neque prodeſt neque nocet, derelicto eo, qui in Ægypto necare & vivificare poteſt. Hoc tempore Abu Ali Haſan, filius Haithami Bozrenſis, geometra, inclaruit, quem cum Chalipha Hakimus
Pag. 222. audiiſſet dixiſſe, ego ſi in Ægypto eſſem, opus in Nilo facerem regibus atque ignobilibus profuturum, arceſſivit, eique multum honorato magna munera promiſit, ſi, quod dixiſſet, faceret. Egreſſus igitur filius Haithami in tota Ægypto circumivit &, cum cœleſtis ſphæræ ſimulacra admirabilius ibi facta, ſchemata geometrica aliasque figuras admirabiles deprehendiſſet, cogitavit ſecum ita:

Digitized by Google

ita: ſi fieri aliquod opus eximium adhuc potuiſſet, ii, qui ante me vixerunt, ad id efficiendum me aptiores erant. Acceſſit etiam in editum locum, e regione urbis Aſuani (forte Syene) ſitum, unde aquæ Nili prorumpentes deſcendunt & re bene examinata intellexit, harum aquarum impetum ratione eius operis, quod meditabatur, inſuperabilem eſſe. Non ſine pudore ſe Hakimo excuſavit, a quo cum non, uti decebat, exceptus eſſet, modum, quo ſe ab Hakimi violentia tueretur, non invenit alium, quam ut ſe mente captum ſimularet. Quod cum publice & cum vehementia faceret, catenis vinctus eſt & omnes illius facultates obſignatæ ſunt. Delirus manſit usque ad Hakimi mortem. Poſtea mentem recuperavit & quietus in domo ad portam templi magni Cahiræ ſita habitavit. Ad ſeptuaginta de Geometria libros ſcripſit. Quovis anno etiam tres alios libros, Mageſtum, Sphærica & Euclidem, quos 150 denariis vendebat, ſcripſit & inde vixit usque ad mortem, quæ anno Arabum 420 evenit. Anno Arabum 414 Chovarazmaſcha Mahmud iterum in Indiam profectus multas civitates expugnavit & in mediterranea huius regionis itinere trium menſium penetravit. In arce Chavachiri Indicorum regem unum deprehendit, quem cum gravi bello oppugnare pararet, exiit legatus Indicus ſuper lecto ſedens a quatuor viris geſtato & Mahmudum ita allocutus eſt: dominus meus te interrogat, quis mortalium tu ſis; cui Mahmudus reſpondit: Moslemius ego vir ſum ad fidem vocans omnes, qui a Deo deſciſcunt, & perſequens omnes imaginum cultores. Quam ob rem vos Indi aut in Deum credetis noſtrum legique noſtræ obedietis & carne bubula veſcemini, aut quotannis certum tributum, mille elephantos & mille auri Pag. 223.

 minas

Digitized by Google

minas dabitis. Legatus reſpondit: carne bubula fieri non poteſt ut nos veſcamur. Et quod ad religionem veſtram attinet, mitte virum peritum, qui nobis eam explicet, quam, ſi melior noſtra eſt, ſuſcipiemus. Miſit igitur cum eo doctorum Arabum unum; & cum hic per interpretem cum illis collocutus eſſet, reſponderunt: religionem noſtram non permutabimus; auri, quod poſcitis, nihil apud nos eſt, contra argenti multum, conſenſeruntque, ut 300 elephantos et argenti magnam ſummam, veſtes pretioſas & aromata darent. Reſpondit Mahmudus: Conſentio, ſed hac tamen conditione, ut rex veſte noſtra amiciatur, gladio & zona circa lumbos ſe accingat & ad confirmandum jusiurandum more Indorum extremitatem digiti ſui abſcindat. Dixit enim Arabum legatus: quum ad regem Indorum intraſſem, deprehendi iuvenem decorum, pulchritudine ſuavem, & nigredine non iniucundum (228) ſuper lecto ſedentem argenteo, circumdatum pallio & ſubligaculis apertis (229) caput velamine cinctum. Conſpecto eo comploſi fortiter manus & ſuper eas more eorum me incurvavi, deinde cum eo de veſte, quam induere deberet, collocutus ſum. Ille poſtquam diu recuſaverat, peto abs te, inquit, ne me urgeas, ut induam; dic domino tuo, me induiſſe; et cum reſpondiſſem, me dominum meum decipere non poſſe, induit, ſed ægre tamen. Deinde etiam zonam ſibi circumdedit & gladium lateri accinxit.
Pag. 224. Ita veſtitum cum viderem, erubui ei dicere: abſcinde digitum tuum, itaque tantum dixi: iura nobis. Reſpondit: nos per imagines & ignem juramus, quæ iuramenta apud vos nullius æſtimantur. Per quid, quæſo, iurabimus? Reſpondi: tu optime ipſe ſcies, quomodo nobis jurandum ſit. Confeſtim afferre ſervum nova-

novaculam iuſſit, eiusque ope, dextra manu apprehenſa, extremitatem digiti auricularis manus ſiniſtræ abſcidit, colore vultus non mutato. Inſperſo tantum pulvere digitus obligatus eſt. Abſciſſam particulam aqua ablutam cum camphora (230) in marſupio poſuerunt mihique cum veſtimentis, argento & duobus equis dederunt. Anno 1336 Græcorum mortuus eſt Romanorum imperator Baſilius eo modo, qui virum gravem eumque regem decet, annos 55 natus, poſtquam Bulgaros ſuperatos imperio ſuo ſubiecerat. Poſt eum imperium obtinuit frater eius Conſtantinus ſolus per 3 annos, vir ſuavis & magnanimus, quo mortuo regnum ad fratris filium, aut ſecundum alios ad Romanum, generum eius, filiæ maritum, delatum eſt. Anno Arabum 417 Bagdadi magnum hiemis frigus fuit. Congelatæ ſunt Euphratis & Tigridis ripæ; palmæ corruptæ & cum parvis (قصا 231) homines Bagdadi ſuper glaciem tranſierunt. Sementem agricolæ facere non poterant. Eo anno in Ægypto edictum eſt, ne quis bovem, qui aratrum traheret, mactaret. Anno poſt, plenilunii tempore & luna quidem quartam partem plena, decidit Bagdadi ingens grando, ovorum gallinaceorum magnitudine. Anno Græcorum 1341 Arabum 421 Romanorum exercitus ex Antiochia egreſſus Halebum oppugnavit, cuius incolæ, exigua Arabum manus, obviam facti, Romanos vicerunt, multis occiſis multisque equis & armis captis. Imperatores nempe, qui ante Romanum vixerant, quia fideles non perſequebantur, omnibus locis victores fuerunt: hic vero quia perſequi eos cœpit, Patriarcha etiam ſancto Bar-Abduno, & epiſcopis in exſilium miſſis, & ad antiquos mores revertit: Deus etiam doloſos Romanos ante hoſtes frangere cœpit. Eo anno cum Roma-

C. 1025. (margin, beside "dederunt. Anno 1336")
C. 1030. (margin, beside "gallinaceorum magnitudine")
P. 225. (margin, beside "ſequebantur")

Romanus Imperator audiiſſet, victos eſſe ad Halebum Romanos, exercitu plus quam 100000 coacto Antiochiam venit & inde educens Halebum perrexit. Præcedebant exiguo intervallo Romanorum exercitum magnates duo ex Sclavis cum manu ſua, quos 100 equites Maadeni cum 10000 peditum adorti in fugam averterunt. Qui cum Romanis nunciaſſent, innumeras Ægyptiorum & Maadenorum venire copias, hic nuncius adeo omnium animos conſternavit, ut Romanus imperator cum exercitu ſuo, uno quisque equo, nihil belli expertus, nulla clade accepta, Antiochiam refugeret. Arabes aſſecuti Romanos 70 camelos zuzarum & denariorum onera portantes, vaſa aurea & argentea & pretioſa lintea eripuerunt. Mulorum tantum numerum ceperunt, ut Halebi egregius mulus duobus denariis venderetur. Fama eſt, ne unum quidem tentorium (232) & ne poculum quidem, e quo imperator aquam biberet, ereptum eſſe hoſtibus. Eo tempore repente Romanorum imperator Romanus mortuus eſt, in cuius locum Michael ſucceſſit. Surrexit quidem, in ſuam tamen ipſius perniciem (233) homo gentilis (Michaelis) Kalafat, ſed tribus poſt menſibus comprehenſo huic Kalafato rebelli oculi effoſſi ſunt. Anno Arabum 422 mortuus eſt Bagdadenſis Chalipha, Kader, annos 87 natus, quod puris caſtisque moribus fuerat, non laſcivus, quales qui ante eum erant. Ei ſucceſſit filius eius Abugaafar. *Poſt Kaderum Kaiemus filius eius* annos 44 & 8 menſes. Huic unanimi conſenſu Perſæ,
P. 226. Turci, Arabes jusjurandum præſtiterunt. Turcis ſub regni auſpicia munera conſueta petentibus, cum nihil numorum in Chaliphæ gazophylacio eſſet, quia, Perſarum Emiris in omnibus regionibus & Bagdadi quoque imperitantibus, Chaliphæ præter impen-

Digitized by Google

impenſas ad victum parandum nihil relinquebatur, cauponas, hortos & cimeliorum aulæ ſuæ partem vendidit Chalipha Kaiemus. Muneribus acceptis Turci quieverunt. Eo tempore Edeſſæ duo Emiræ, ſuæ uterque arci, præfecti erant Bar Otir & Bar Schibal, quorum Bar Otir Romanorum imperatori ſuam arcem 20000 numis (ܕ̈ܝܢܪܐ) & pro quatuor vicis in Romanorum terris ſitis vendidit. Venerunt Romani noctu & vi in arcem irruperunt, quam in oppidi modum ædificatam communiverunt. Pars eorum in urbem deſcendens Arabum templum evaſtavit. Quo audito Nazeroddaula miſit Edeſſam exercitum, qui muro perrupto in urbem ingreſſus magnam eccleſiam, in quam chriſtiani confugerant, cepit & chriſtianos cum uxoribus inde abduxit. Obſederunt etiam Romanorum arcem, ſed nihil omnino effecerunt, & cum nix cecidiſſet, hiemis prætextu diſceſſerunt, quia Romani auctumno huius anni, qui Græcorum 1343, Arabum 422 erat, Edeſſam venerant. Nazeroddaula, miſſo legato, Michaelem ita reprehendit: Quid, quæſo, duabus veſtris adverſus Halebum ſuſceptis expeditionibus lucrati eſtis, ut Edeſſam quoque appetas? (234) quam ob rem benigne ſuadeo tibi, ut milites tuos educas; quod niſi feceris, experieris, quid ab Arabum exercitu tibi patiendum ſit. Reſpondit Michael: non vi Edeſſam cepi, ſed numis emi ab illius domino legitime. Si ſcirem, eam in poteſtate tua manſuram, reſtituerem, ſed perſuaſum mihi eſt, Maadenos, Nomiri filios, non paſſuros, itaque Michael, ſpretis Arabibus, 10000 equitum Edeſſam miſit, & dirutas muri partes refecit. Ab eo tempore Romani ex Edeſſa erumpentes regiones, Acſaſenſem, Haranenſem & Sarugenſem populati ſunt, & non prius deſierunt populari, quam

C. 1032.

P. 227.

quam Bar Vathab, Nomirita, tributum promiſit & Syriæ præfe-
ctus Haſſanus Romanis ſe ſubiecit & ſuper lanceis cruces ſuſpen-
dit. Anno 423 mulier Bagdadenſis monſtrum peperit, ſerpenti
ſimile, parva ſtatura, capite humano, ore & collo præditum, ſed
ſine manibus & pedibus, quod, cum in terram decidiſſet, locutum
eſt, & prædixit, ab eo tempore per quatuor annos famem homi-
nes abſumturam eſſe: debere igitur exire viros, mulieres, libe-
ros atque pecudes ad Deum fletibus flectendum, ut pluviam de-
mitteret. Quod cum Chalipha Kaiem audiviſſet, exire iuſſit omnem
populum Deumque precari; ſed pauci tantum, quia huic rei nulla
fides habebatur, exierunt. Eo anno Bagdadi aquæ congelatæ ſunt.
Pulvis ruber, pluviæ ſimilis, de cœlo delapſus arbores ita corru-
pit, ut nihil omnino fructuum hoc anno ferrent. In deſerto tanta
fames fuit, ut Maadeni camelis, equis & liberis etiam ſuis, quos
parentes antea, ut eorum cæde minus moverentur, permutabant,
veſcerentur. Neque fame tantum, ſed ſiti etiam premebantur
propter aquarum defectum; quam ob rem prope urbes & vicos
in ripis fluviorum domicilia fixerunt. Secuta eſt in India & tota
Perſide tanta mortalitas, ut Iſpahani una hebdomade 40000 mor-
tuorum lecti efferrentur, Bagdadi nulla domus eſſet, quam luctus
non impleret, & Mozalæ 40000 liberorum morbo (235) abſume-
C. 1034. rentur. Anno Arabum 425, Græcorum 1345, Niſibi menſe De-
cembri vehemens flavit ater ventus, qui multas palmas, moros
& prunos Damaſcenas eradicavit & ædificia lapidibus & calce ex-
ſtructa ſubvertit. Secuta eſt primum magna pluvia, deinde grando
P. 228. ingens manibus, palmis et digitis ſimilis. In Ægypto & Pa-
læſtina (236) terra tremuit, quæ res homines domibus exce-
dere

dere & ſub dio octo dies commorari coëgit. Urbis Balaſchi dimidia pars corruit. In Syria terra dirupta multos vicos & homines hauſit. Parietes templi Hieroſolyinitani ex parte collapſi ſunt. Aſcalone Arabum pharus cecidit tota, Gazæ tantum illius ſummitas. Ptolemaidos dimidia pars everſa eſt. Mare ad tres paraſangas retroactum, cum homines ad piſces & conchylia colligenda (237) exiiſſent, reverſum permultos eorum demerſit. Menſe Februario columna ignea in ſigno virginis, a veſpera ad auroram, multis diebus a novilunio ad plenilunium viſa eſt. Poſtea ſtella, uti fulgur magnum, decidit & luce ſua totam terram Sinear illuminavit. Opinati ſunt multi ſtolidi, cœlum diſciſſum eſſe. Lues ſecuta eſt Bagdadi, quæ 70 hominum millia ſuffocationis morbo perdidit. Anno poſt vehementes venti in mari Perſico flaverunt. Plus quam 50 naves merſæ & cum iis 2500 homines in aquis ſuffocati ſunt. Exundarunt mare & fluvii. Cœli canales aperti multam pluviam defuderunt multosque vicos aquis obruerunt. Homines, qui ſuper aſſibus & navium fragmentis ex aquarum fluctibus eluctati erant, cum ad continentem iam pertigiſſent, maris æſtus retraxit & ſubmerſit. Anno Arabum 427 Vathab Nomirita præfectus Haranenſis, collecta magna Curdæorum & Maadenorum manu, Sibaberacum urbem, Romanis faventem, obſedit et, cum cepiſſet, 3500 viros occidit, mulieres et liberos in captivitatem abduxit. Poſtea Edeſſam oppugnavit, cuius cives commeatibus interclusi, cum fame valde premerentur, urbem tradiderunt. Romani in arcem confugerunt. Arabes eam adorti ſunt ſed, quamquam 250 ceciderant, expugnare non potuerunt ideoque urbe direpta diſceſſerunt. Puerorum puellarumque, quos abduxerunt, Pag. 229.

3000 fuiſſe dicuntur. (238) *De initio regni Salgukitarum*
C. 1036. *in Perſia.* Hoc anno, qui Græcorum 1347 eſt, Hunnorum, qui Guzæi nominantur, gens quædam ex Hyrcania, Charzæorum terra, ad ſeptentrionem ſita, exiit cum Emiris Salgukitis, de quibus Beth-Katiſchenſis Mar Michael, ſanctus Patriarcha, copioſe ſcripſit dicens, eos eſſe filios Magogi, filii Iapheti, filii Noæ, & de iis vaticinatum eſſe Heſekielem, prophetam, his verbis: ecce! contra te ſurgo, o rector & princeps Moſchochi & Thubeli. Te congregabo maxillisque (239) tuis piſtomidem iniiciam & e regione tua eiiciam & omnes Perſas, Cuſchæos & Phutæos tecum, Gomerem & omnem eius exercitum, Thogarmæos cum radicibus aquilonis. Priſcis diebus hoc ita ordinatum eſt, quod poſterioribus evenit, & reliqua. Ego imebecillus librum quendam Perſicum, Moloc Nama nominatum legi, cuius auctor dicit: Ab Emira magno, ſene & ætate multum provecto, Inaig Beg audivi hæc: Cum Charzæorum Chakan floreret, Emira quidam ſtrenuus in famulitio eius erat, nomine Thukak, qui etiam Themurialeg, i. e. ferreus arcus, propter robur cognominabatur. Huic filius natus eſt Salguk, quem, Thukako paullo poſt vita defuncto, Chakanus in palatium adductum educari curavit multumque dilexit. Qui cum more ſuo aliquando ad Chakanum intraret, indignata regina regi dixit: ſi hic, qui puer adhuc eſt, tanta libertate erga nos utitur; qualis erit, cum adoleverit? Reſcivit hoc Emira
Pag. 230. Salguk ideoque aſſumtis clam gentilibus ſuis cum equis, porcis, ovibus & tauris multis ex terra Thuran, i. e. Turcorum in terram Iran, i. e. Perſarum habitu paſtorum venit; & cum Perſidem Muhammedaniſmo pleniſſimam viderent, conſilio inter ſe habito,

ita

Digitized by Google

ita dixerunt: Niſi fidem ſuſcipimus incolarum huius regionis, in quam venimus & congregati ſumus, nemo adhærebit nobis erimusque nos non pauci tantum ſed etiam ſolitarii. Conſentientibus igitur omnibus, miſſo in urbem Zandam regionis Chovarazmiæ, quæ deſerto, in quo paſcebant, vicina eſt, oratore, petierunt ab eius præfecto, ut doctum quendam mitteret, qui ipſos doceret, quomodo Deum colere deberent. Ille multum gaviſus cum varii generis muneribus ſenem quendam doctum miſit, qui eos docuit. Commorati igitur ibi plures annos ſunt maiora in dies incrementa capientes. Emiræ Salguko quatuor filii mares erant, Michael, Iabgu, Muſa & Arſalan. Michaeli etiam duo fuerunt, Muhamed, qui Togril Beg, & Davud, qui Gagri Beg. Hic Gagri Beg, congregatis multis Turcomannis, Armeniæ & Choraſanæ multa oppida cepit & ad fratrem Togril Begum reverſus ita fatus eſt: Hic ſunt potentes duo præfecti, Chovarazmaſchah Harun & Soltan Maſud, filius Mahmudi, filii Sabuchthechini, quos nos ſubigere non poſſumus; age igitur tranſeamus in Choraſanam & Armeniam, in quibus, quia exploravi, neminem deprehendi, qui occurrere nobis poſſet. Quod conſilium cum frater eius approbaſſet, ſurrexerunt ambo & Gihonem, fluvium Perſidos, tranſierunt. Urbem Damganam, ad quam venerant, funditus vaſtarunt. Inde ad urbem Semanam profecti Arabum Perſarumque exercitum ſuperaverunt. Funditus etiam urbem Rai deleverunt. Kazuinum vero, ad quam inde venerant, expugnare non potuerunt, quapropter tributo impoſito diſceſſerunt. Narrationem, cuius vir venerandus et beatus meminit, de cane, cum egreſſi eſſent ex regione ſua, itineris duce, nullo alio loco inveni, quam P. 231.

 ille

Digitized by Google

ille aut ex aliorum ore aut libro a nobis non lecto (in omnes enim libros non incidimus) hauſit. Anno 427 Arabum Ægypti Chalipha Taher hydropiſi, qui morbus eum inde a pueritia per viginti annos vexavit, mortuus eſt ſucceſſoremque habuit filium Moſtanzerum. Hoc anno Moſtanzer, Ægypti Chalipha, Michaeli Romanorum imperatori reconciliatus, 50000 Chriſtianorum, qui in Ægypto cuſtodiebantur, libertate donavit, poteſtatemque fecit Romanorum imperatori reſtituendi templum reſurrectionis Hieroſolymitanum. Miſit igitur imperator principum Romanorum unum cum magna argenti & auri ſumma ad templum, uti antea erat, renovandum. Hoc anno mortuus eſt venerandus doctor Abu Ali, Hoſcain, filius Sina. Hic talentum Ariſtotelicum, quod acceperat non quinque tantum, ſed plus quinquaginta talentis auxit. Pater eius ex urbe Balc oriundus in urbem Bocharam migravit ibique domicilii ſedem fixit. Puerum quinquennem præceptoribus erudiendum tradidit, qui decem annos natus librum fidei Arabicæ, grammaticam & Arabum rhetoricam didicit & ad olerum venditorem quendam itare cœpit, ut ab eo numerorum Indicorum computationem diſceret. Poſtea Bocharam cum philoſophus Nathali veniſſet, librum logicum legere cœpit & cum veniſſet ad definitionem *generis*, eſſe nempe *genus* id, quod de pluribus ſpecie diverſis in eo, quod eſt (240), prædicetur, dixit magiſtro ſuo: an igitur genus de ſingulis ſpeciebus in eo, quod eſt, prædicatur?
P. 232. Illo affirmante puer (241) reſpondit: ergo ſi quis ex me quærat, quid ſit homo verus, reſpondeamne: animal? Ita eſt, reſpondit doctor, ſed negavit puer dixitque: non aſſentior neque ego adeo iudicandi imperitus ſum, ut ſi me quis de aliqua re, quæ *animal rationale*

*rationale* eſt, interroget, ego tantum reſpondeam *animal*, quia hæc tantum dimidia pars eſt. Ab hoc tempore, relicto doctore, ipſe præcepta (logica) legit & intellexit. Sedecim annos natus in ſanandi arte adeo excelluit, ut multi medici ſenes eum adirent & eius ſcripta legerent. Viſitare quoque ægrotos cœpit et in praxi felix fuit. Annos octodecim natus librum illum clarum, qui Canon appellatur, ſcripſit. Deinde librum magnum de ſanitate ſecundum quatuor Philoſophorum doctrinas compoſuit, cuius libri phyſica & theologica viginti dierum ſpatio abſolvit. Librorum, qui ab eo ſcripti ſunt, & leguntur, 92 ſunt quos maximam partem, in cuſtodia cum eſſet, ſcripſit. Eorum unum admirabilem de indicationibus & prognoſticis, ego imbecillus ex arabico in ſyriacum converti. Captus autem eſt, quum præfectus, quem curabat, ab alio præfecto, eius inimico, victus eſſet. Arcem intrans, in qua includeretur, Ingreſſus meus, inquit, non dubius eſt, ſed egreſſus omnino dubius. Poſtquam quadraginta dies ibi manſerat, præfectus eius vi arcem cepit eumque eduxit. Praterea ſæpius incluſus eſt. Et quanquam magna erat in hoc venerando doctore doctrinæ præſtantia, Veneris tamen cupiditas eum vicit & vires eius debilitavit totamque corporis naturam fregit. Sub vitæ finem colica laboravit, qua propter uno die octo clyſmata ſibi iniecit. Servus, quem ſeminis petroſelini (242) quantum pro duobus danckis emitur, clyſmati indere iuſſit, eiusdem pro ſex dirhemis immiſcuit; quo facto ulcus in inteſtinis erupit. Epilepſia etiam correptus eſt, qui morbus colicæ adhærere ſolet. Iterum cum mithridaticum ſibi præparare iuſſiſſet, ſervus iuſto plus opii immiſcuit. Aliquoties eo ſumto, naturalis calor Pag. 233.

 exſtin-

Digitized by Google

exſtinctus eſt. Ab eo tempore medicinam corpori nullam amplius adhibuit, dixitque: rector, qui meum corpus hucusque rexit, viribus deficit, debilitatus eſt & gubernare ulterius non poteſt. Hoc ſtatu poſtquam paucos dies fuerat, mortuus & in urbe Hamdanæ ſepultus eſt annos 56 natus. Anno Arabum 429 Guzæi in Armeniam irruperunt & magnam ibi cædem Curdæorum & Arabum fecerunt, magna quoquæ præda abacta. Inde ad urbem Romaniam profecti regionem populati ſunt & multos Curdæorum, quos ex monte deſcendentes invadebant, interfecerunt. Emira Bar Vathab, qui Syriæ & Armeniæ præfectus erat, cum videret, ſe duobus hoſtibus, Romanis & Turcis parem non eſſe, pacem cum Romanis compoſuit ita, ut Edeſſa Romanorum maneret, ſub quorum imperio multum floruit. Eo anno Guzæi Maragam urbem Adorbiganæ ceperunt templumque eius magnum incenderunt, multis incolis & occiſis & abductis. Poſtea Curdæorum montanorum tribus Guzæas ſuperavit & ex Adorbigana expulit, quo facto ipſi in Chorafanam redierunt. In urbe Tuſa, quam ceperant, occiderunt 100000 hominum & præterea in viis & vicis (243) 20000. Captivorum 150000 abduxerunt. Præfectum Choraſanæ, Schubaſchai, contra eos cum 30000 equitum egreſſum, ſuperarunt & in
P. 234. urbem Niſabur compulerunt, a cuius direptione Togril Beg propterea, quod Arabum ieiunium adeſſet, eos cohibuit. Miſit etiam Chalipha Kaiem legatum, qui eos reprehenderet, quod, cum Arabes eſſent, talia adverſus fidei ſuæ ſocios patrarent. Poſt ieiunium tamen direptionem Niſaburæ meditabantur, quam ob rem Togril Beg fratri ſuo Gagri Bego dixit: non convenit, quia literæ Soltani, qui multo maior eſt, hoc eſt, Chaliphæ, allatæ ſunt.

Digitized by Google

ſunt. Illo tamen nihilo minus in ſententia ſua perſeverante, Togril Beg, arrepto cultro, Interficio me, inquit, ſi hoc facias, quibus verbis motus ille a conatu deſtitit, ab urbis incolis tamen 150000 zuzarum tributum exegit. Chaliphæ Togril Beg reſpondit & in literis ſuit poſuit: a ſervo & cliente tuo Togril Bego Michaelis filio. Kazil etiam, affinis eorum, hoc eſt, ſororis eorum maritus, illi ſcripſit et in literis hæc verba poſuit: A ſervo & miniſtro tuo Kazilo Hahaji filio. Gagri Beg autem nihil ſcripſit. Togril Beg Niſaburam ingreſſus ſuper ſolio Soltani Maſudi conſedit; Gagri Beg autem in urbe Sarchaſa domicilium fixit; Kazil in urbe Rai. Anno 430 Arabum Bagdadi nix decidit, ſpithamam alta, & per plures dies in plateis iacuit. Poſtea menſe decembri magnum frigus fuit, quod aquas ſex diebus congelavit. Hoc anno Soltanus Maſud contracto magno ex Perſia interiore et India exteriore exercitu Guzæos adortus eſt & iuxta Marvavadum vicit. Cæſa ſunt ex illis 3000 virorum, reliqui cum principibus ſuis Togril Bego & Gagri Bego in deſertum ſiccum aufugerunt. Duobus annis Soltanus Maſud in Choraſana remanſit poſtea autem impoſito regioni præſidio in urbem Gazanam Chovarazmiæ revertit. Eo audito Guzæi anno Arabum 432 redeuntes cum neminem inveniſſent, qui ipſorum viribus reſiſtere poſſet, in ea & Adorbigana iterum regnare cœperunt. Hoc anno Romanos Syriam ingreſſos Anuſchthechin iuxta Halebum adortus vicit, filium patrui imperatoris cepit & eunuchum quendam magnum interfecit. Hoc anno Soltanus Maſud tempore hiemis, more ſuo, propter frigoris vehementiam in Chovarazmia, in Indiam ſe contulit una cum uxoribus & omnibus ſuis, fratre etiam cæco, Mohammede, cui Pag.235.

Solta-

Digitized by Google

Soltanus Maſud duos oculos excæcaverat. Et cum hi iuxta fluvium Halamum conſediſſent, Anuſchthechinus eunuchus cum 1000 ſervis Maſudum (244) oppreſſit & vinctum ad fratrem cæcum, quem regem ſibi deſtinaverant, adduxit. Tum hic illi: non faciam tibi, quod tu mihi feciſti, imo elège tibi locum, in quem mittaris & illuc tecum abduc, quemcunque tuorum volueris. Rogavit ille, ut in oppidum Chaſa mitteretur, quo cum multo honore etiam abductus eſt. Poſtea magnates, conſilio habito, neceſſitatis cuiusdam prætextu, cum a Mohammede annulum ſignatorium impetraſſent, miſerunt homines, qui illum ad oppidi præfectum perferrent. Sed vix hic aperuerat urbem, cum hi ingreſſi Maſudum trucidarunt. Maududus, Maſudi filius, qui in Chovarazmia erat, nuncio de patris caſu accepto, quinque millia contraxit, quibuscum viginti patrui millia vicit, ipſum patruum cepit & occidit: Patris occiſores funibus per talos traiectis ſuper terra, donec exſpirarunt, traxit. Ganzaham reverſus regnum patris recepit totum præter Choraſanam & Adorbiganam, quæ Turcorum impe-
C. 1042. rio ſubiectæ erant. Anno 1353 Græcorum, Arabum 433, mortuus eſt ſine filiis Michael, Romanorum imperator; quapropter filiæ eius duæ Zai & Theodora regnum tres menſes adminiſtraverunt. Poſtea magnates, deliberatione habita, tres regno aptos ex ſeſe
Pag. 236. elegerunt eorumque nomina ſchedis chartaceis inſcripta nucibus ceraceis (245) indiderunt, ex quibus puerulus unam extraxit, qua ratione nomen Monomachi exiit. Huic poſtquam Theodoram, filiam imperatoris Michaelis, in matrimonium dederant, nomine impoſito Conſtantini, imperatorem conſtituerunt. Hæc Theodora ſorori ſuæ Zaiæ pro regno novem auri talenta dedit. Magno

erat

erat animo hic Conſtantinus & liberalis admodum, ſed pedum dolore laborabat. Anno Arabum 434 in urbe Thabriz vehemens terræ motus arcem, murum, multas aulas & balinea multa evertit. Ad 50 hominum millia ſub ruinis perierunt; urbis tamen dominus, qui extra eam in hortis erat, ſervatus eſt. Sacco indutus ſuper cinere propter magnam everſionem ſedit. Deinde Guzæos metuens, qui Chovarazmiam etiam expugnaverant, in oppidum quoddam munitum ſe contulit. Choraſanæ præfectus erat Abrahimus filius Iuſephi, fratris Togril Begi ex matre eius. Hic legatum cum epiſtola Bagdadum miſit, in qua ita ſcripſit: Schanaſchah magnus, h. e. rex regum Togril Beg Salgukita ſubacta iam Choraſana & Chovarazmia in eo eſt, ut copias Bagdadum mittat, propterea quod quæ Maadeni in via Hagæ fecerunt, & quomodo homines ad precandum in domo Dei profectos ſpoliarunt & abduxerunt, audivit. Itaque date operam, ut copiis eius cum honoribus & muneribus occurratis, quo pax ſuper tota terra regnet. Initio epiſtolæ ſignum arcus & teli poſuerat. Hoc anno grando decidit, unius & duarum litrarum Bagdadenſium pondere, quæ plus quam triginta vicos in agro Bagdadenſi evaſtavit. Anno Græcorum 1354 rebellavit quidam Romanus, Menachus, cui circiter C. 1043.
viginti hominum millia adhæſerunt. Sed Conſtantinus imperator, P. 237.
miſſo Chriſtophoro eunucho cum 4000 hominum, eum vicit atque occidit. Caput eius arundini affixit. Ex rebellis autem exercitu ducentos aſinis vinctos impoſuit, facie eorum ad caudas aſinorum converſa & inter ſingulorum oculos quaternos occiſorum teſticulos cum pulmonum fiſtula & hepate ſuſpendit. Præcones anteibant & in plateis regiæ urbis proclamabant: Hæc eſt iuſta poena omnium,

 qui

qui contra regem rebellant. Poſtquam hoc modo ludibrio habuerat, miſericordia motus eos non occidit, imo dimiſit illisque dixit: diſcedite, quocunque vultis. Militibus autem ſuis imperator munera diſtribuit, aliis 70, aliis 35 denarios pro eorum victoria. Anno Arabum 435 miſit Togril Beg legatum ad Chaliphain Kaiemum eique dixit: ego miniſter ſum capitis regni Arabum. In omnibus locis, ubi impero, pro Chalipha publicas preces inſtitui, & hominibus quietem iniuriarum, quibus eos domini ante me viventes, Mahmudus, & Maſudus afflixerant, conceſſi. Illis me deteriorem non eſſe manifeſtum eſt. Illi Chalipharum erant ſervi, tandem imperio potiti. Ego ingenuus ex regia Hunnorum ſtirpe ortus ſum, & ſi, nulla harum rerum ratione habita, tantum ego honoror, quantum hi honorantur, meam cenſeo obedientiam & ſubiectionem multo pluris quam horum æſtimandam eſſe. Togril Beg, uti fama eſt, in alto ſolio ſedebat. Poſt eum ſcuta erant & haſtæ, ante eum arcus nervo bene inſtructus. In manu eius duæ ſagittæ, quibus ludebat. Albis erat veſtibus ex goſſypio factis indutus. Quovis die ſecundo & quinto ieiunabat. Quinque precationes (quotidianas) nunquam intermittebat. De prudentia eius ſummus iudex Bagdadenſis ita narrat: Ego cum aliquando legatus ad eum miſſus eſſem, literas clam Bagdadum ſcripſi, quæ non tantum de eius tyrannide & crudelitate exponebant, ſed hoc etiam,
Pag. 238. cum ad oſtentationem tantum, non vero Dei metu precari, aliaque probroſa habebant. Literas domeſticorum meorum alicui dederam, ſed homo amiſerat, quæ inventæ illi exhibitæ ſunt. Tamen quamquam omnia in eo ſcripta legerat, non alio erga me vultu erat, & ne honorem quidem meum imminuit. Neque ego ani-

Digitized by Google

animadverti, donec in via amicus quidam meus, homo doctus, mihi indicaret, & idem hic, qui me deducebat, diceret, ſe eas annihilaſſe. Quotidie copiæ eius turmatim ad illum ſalutandum accedentes (turma erat duorum millium) e longinquo equis deſcendebant & poſtquam terram oſculati erant, erecti aliquamdiu ſtabant; deinde, ſigno ab aliquo (eius miniſtro) accepto, placuiſſe eorum ſalutationem terram iterum oſculati, equos conſcenderunt & abierunt. Hanc turmam alia ſequebatur, ſed nemo ad illum accedebat aut cum eo colloquebatur. In quamcunque autem regionem eius copiæ ingrediebantur, eam depopulabantur & vaſtabant hominibus occiſis. Propter multitudinem diutius quam unam hebdomadem eos non ferebat ulla regio. Neceſſitate in aliam abire ad commeatus ſibi ſuisque equis parandum (246) cogebantur. Hoc modo exercitus Togril Begi regionem urbium Niſibis, Miphractæ, Schigaræ, Haburæ & Amidæ evaſtarunt. Cum dux eius Ziracus interfectus eſſet, Mozalam venerunt & a Mozalæ præfecto, Motamadoddaula, 50000 denariorum, ut urbe relicta abirent, poſtularunt. Spreti ab eo vi urbem expugnarunt, quo facto Motamadoddaula per portam ſubterraneam, quæ ad fluvium Tigridem ferebat, evaſit. Guzæi urbem ingreſſi ex eius aula magnam argenti vim cum 200000 denariorum abſtulerunt, & uxores quoque eius ſeptendecim Arabicas & Curdæas cum multis ancillis inter ſe diviſerunt. Urbem ipſam diripuerunt, præter regionem Schacharaſvi, pro cuius domibus earum poſſeſſores 10000 denariorum dederunt. Etiam præfecti uxores a parentibus earum redemtæ ſunt. Præfecto in urbe relicto Guzæi Baladam obſederunt ſed capere non potuerunt. Paucis diebus poſt Guzæus quidam puerum Moza- P. 239.



lanum,

lanum, quocum rixatus erat, lancea percuſſit. Pueri mater, quæ contentioſa eſſet & loquax femina, facie ſanguine conſperſa, per urbis plateas diſcurrit exclamans: filium meum filiamque Guzæi interfecerunt; quibus verbis Arabes usque eo concitavit, ut Guzæos occiderent. Quod cum ii audiiſſent, qui Baladæ erant, reverſi Mozalam ſenum puerorumque 2000 occiderunt. Cædes & rapina duodecim dies duravit. Quemcunque prehenderant, ei dicebant: redime te; quo pacto omne argentum, & in aperto poſitum & occultatum, ex Mozala abſtulerunt. Pace tandem compoſita agricolas in vicos ſuos reduxerunt & agricolationi dare operam iuſſerunt. Paulo poſt Motamad recuperatis viribus & contractis Maadenis, Guzæos vicit & eorum multos occidit. Reliqui in Adorbiganam aufugerunt.

C. 1044. Eo anno, qui Græcorum 1355 eſt, menſe Octobri mortuus eſt Abulpharagus monachus ſolers (247) Neſtorianus, vir doctus & philoſophus, qui duo teſtamenta & ſcripta quoque Ariſtotelis arabice vertit. Copioſe etiam Catholicos ratione fidei ipſorum incuſavit, quod nempe falſis doctrinis adhærerent, & quæ fuerunt huius generis alia. Syriacæ tamen linguæ eum minus cenſeo peritum fuiſſe. Errata enim multis interpretationum eius locis inveni, e quibus unum ſufficiat. In verbis Iobi (ܚܪܬܗ ܘܡܠܗ̄) primæ vocis litera ܚ (Chet) cum Sekopho, litera ܬ (Tau) cum Kuſchoi notanda, ſignificatio autem a ܚܘܪܐ & eo quidem ſenſu, quem ܚܪܐ habet petenda eſt. Ille autem ܚܪܬܗ intellexit, quaſi ܚ (Chet) cum Petocho, ܬ (Tau) cum Ruchoch notata eſſet, & a ܚܪܬܐ (finis) derivavit. Hoc anno magnus Sclavorum i. e. Ruſſorum exercitus re-

Pag. 240. giam urbem terra marique oppugnavit, ſed opem tulit Deus Romanis, qui naves eorum igne iniecto combuſſerunt. Multi flammis

mis, multi fluctibus perierunt. Eorum autem, qui terra venerant, multos vinxerunt, quibus dextras amputaverunt. Magna erat hæc Romanorum victoria. Hoc tempore numero peregrinorum Armenorum, Arabum & Iudæorum in urbe regia valde aucto, magnus adverſus imperatorem Conſtantinum tumultus excitatus eſt. Confluxit enim ingens multitudo ad portam palatii, clamans: Hic Conſtantinus duas reginas noſtras trucidavit, quam cauſam prætendebant, ut palatium & principum virorum aulas iuſte diripere viderentur. Advocato magnatum concilio imperator Conſtantinus Theodoram & Zaiam, regalibus veſtibus ornatas, produxit, quæ res tumultuantium æſtum ſedavit. Poſtea, cum imperator, quæ huius tumultus cauſa fuiſſet, paullo diligentius inquireret, indicaverunt, peregrinos eum hoc conſilio excitaviſſe, ut urbem diripere poſſent. Eam ob cauſam imperator edixit: ut quicunque inde a triginta annis urbem ingreſſi eſſent, eam reliquerent; qui autem remanerent, iis oculos erutum iri. Propterea exierunt circiter 100000 hominum. Anno Arabum 436 miſit Chalipha Kaiem ad Togril Begum legatum, cui hæc quatuor in mandatis dederat: primum dicit tibi Emira fidelium, o Emira Togril Beg Muhamed; ſufficiunt tibi regiones, quas cepiſti, itaque noli reliquas regiones Arabicorum dominorum invadere aut damnum illis inferre; ſecundum volo, ut te mihi ſubiicias & iure iurando affirmes, te, ſi iuſſis meis reſiſtas, paſſurum, ut uxores tuæ legitimæ a te ſeparentur, ſervi tui liberentur & facultatum tuarum pars auferatur; tertium, ut iuſtitiam exerceas & neque ipſe iniuria quemquam afficias, neque oppreſſorem civibus (248) præficias; quartum, ut quotannis tributum earum regionum, quas cepiſti, more eorum, qui ante te ſuc-

fuerunt, mihi mittas. Hæc ſi tu feceris, a nobis honoraberis veſtibus & ſplendidis nominibus, quæ efficient, ut regnum tuum iuſtum putetur tuque non amplius tyrannus ſis. Togril Beg, lega-
P. 241. tione audita, reſpondit & ad primum quidem hæc: copiæ meæ multæ ſunt ideoque hæ regiones illis non ſufficiunt. Reſpondit legatus: quia evaſtaſti. Totum terrarum orbem ſi caperes, non ſufficeret tibi tuisque hominibus, ſi vaſtare velles; ad ſecundum: huius generis iuramenta docti forte noverint, ego autem quomodo tam cautus eſſe potero, ut nihil delinquam & forte in re, quæ deterior eſt, quam mores mei? Reſpondit legatus: ſi ex animo obedientiam oſtendas & iuſtitiam exerceas, non peccabis. Ad tertium: quantum in viribus meis ſitum eſt, tantum iuſtus eſſe ſtudebo. Si quis autem famelicorum eorum, qui mecum ſunt, iniuſte agit, quid hoc ad me? Ad quartum: Quod ad tributum attinet, quod Chalipha poſtulat, indica, quantum poſcat. Si ei ſolvendo par ſum, dare non recuſabo. Si rem accurate conſideramus, dicendum eſt, eum horum omnium nihil promiſiſſe. Anno
C. 1045. Græcorum 1356 urbs Arzangana aquis merſa eſt præter aulam filiorum Cyriaci, gente Syrorum, quæ, quia lacus eam ambibat, ſervata eſt. Erant autem hi homines miſericordes & erga omnes homines benigni. Anno 438 Guzæi urbem Huloanam ceperunt atque incenderunt. Homines tamdiu excruciarunt, donec quidquid abſconderant, illis dediſſent. Ipſis præſentibus uxores ſtuprarunt & virgines vitiarunt. Hoc anno Neſtorianorum Metropolita Samarcandæ literas Catholico miſit, quæ in Chaliphæ aula etiam lectæ ſunt, populum quendam, locuſtis multitudine ſimilem, aperuiſſe montem Tachtuchutanum, quem antiquorum temporum hiſto-

Digitized by Google

hiſtoria ab Alexandro occluſum eſſe tradat, & usque ad Chaſchgaram perveniſſe, ſeptem illis reges præeſſe, quorum unumquemque ſeptingenta equitum millia ducere; nomen maximi regis eſſe Nazerat i. e. Dei iuſſu dominum; nigros, uti Indos, neque faciem lavare neque capillos pectere, imo eos coniungere, uti (249) hosque illis locum ſcuti implere; mire eos arcu iaculari, cibos ſimplices & viles edere, miſericordes & iuſtos eſſe, equos carnibus veſci. Literis lectis magnatum Arabum unus dixit: hoc unum fieri non poteſt, ut equus carne veſcatur. Reſpondit alius: noli mirari, ego enim ipſe meis oculis vidi, equum carnibus & piſcibus coctis veſcentem. Ego vero dico: veri ſimile eſſe, eos carnes exſiccatas et contuſas equis præbuiſſe veſcendas. Ibi enim multæ feræ ſunt, graminis parum. Anno 439 homo quidam Reſainenſis, nomine Azpharus de ſe ipſo dixit, ſcriptum eſſe in Corano, fore, ut ipſe Arabum fidem nobilitet. Quum bis latronum more in agrum romanum irrupiſſet & magnam inde prædam abegiſſet, Romanorum imperator ad filium Mervani, præfectum, epiſtolam miſit, huius argumenti: Pax nobis tecum eſt. Si hic latro unus eſt eorum, qui tibi ſubiecti ſunt, æquum eſt, ut tu eum cohibeas; ſin minus, nos quid faciamus, bene novimus. Advocavit igitur filius Mervani Maadenos Emiras eisque hæc dixit: Concitat hic Azpharus Romanos adverſus nos; ſi (aperte contra eum) eximus, neque nobis neque vobis quies erit: eamque ob cauſam calliditate ad eum capiendum vobis utendum erit. Ab hoc tempore adierunt eum Maadeni aliqui eiusque ſtudium, quo nobilitare Arabum fidem conaretur, valde laudaverunt. Cum is multum gaviſus una cum illis equitaret, hi equos ſuos ſtimularunt, ut

Pag. 242.

Digitized by Google

ut, quantum celeritate poſſent, oſtenderent, donec ab urbe longe eum abduxerant. Ibi manus illi intulerunt captumque ad filium Mervani abduxerunt, qui catenis vinctum incluſit. Sic pax cum Romanis confirmata eſt. Hoc anno graves morbi & lues letiferæ in toto climate quarto tam multos homines abſumſerunt, ut flos unus Linupari una zuza Bagdadi & veruculum funibus præfigendum (250)
Pag. 243. duobus albis (argenteis) venderetur. Triticum autem & hordeum Bagdadi nihili faciebant. Mozalæ autem morbi luem fames inſecuta eſt propter locuſtam. Tritici corus ſexaginta denariis venditus
C. 1050. eſt. Anno Arabum 442, Græcorum 1361, Soltanus Togril Beg legatum ad filium Mervani, Armeniæ dominum, ut eum ſibi ſubiiceret, miſit. Legatum ille cum gaudio excepit & (domino eius) miſit 30 ſtragula ſplendida, 500 denarios, tentoria & decem mulos onuſtos, equum arabicum & magnatem quendam Romanum, quem Romanis, quamvis pro eo redimendo 30000 denariorum obtuliſſent, non vendiderat, addiditque hæc verba; Præter hunc nullum mihi munus eſt, quod Soltano Togril Bego conveniat. Hisce acceptis donis valde filio Mervani conciliatus eſt Togril Beg. Poſtea Romanorum imperator Conſtantinus ita filio Mervani ſcripſit: rogo te, ut ad hunc patricium liberandum operam tuam interponas. Novi enim, Togril Begum magnanimum eſſe neque, ſi meo nomine ab eo petas, detrectaturum eſſe. Quæ imperatoris Romanorum verba cum BarMervan Togril Bego aperuiſſet, magnanimum hic ſe præbuit & patricium, neque redemtionis neque permutationis mentione facta, miſit. Hanc ob cauſam Romanorum imperator magnum Arabum templum in urbe regia reſtituit, candelabra in illo ſuſpendit, precatores Arabes in illo con-

Digitized by Google

conſt'tuit & ſalaria illis áſſignavit. Togril Bego autem 1000 ſtragula ſerica miſit & 500 varii generis alia, 500 equos, 300 aſinos Ægyptiacos, 1000 capras albas, nigris oculis & cornibus, magnitudine aſinos pæne æquantes. Hoc anno cum urbis Izphahani incolæ a Togril Bego novem menſium obſidione valde premerentur, ſupplicibus adierunt precibus Chalipham, ut pro ſe apud Togril Begum intercederet. A Chalipha iam diu Togril Beg petierat, ut nominibus regum propriis ſe appellaret, ſed ſemper ille negaverat. Nunc autem huic gratificatus in epiſtola ſua eum regem legitimum, confugium Moslemiorum, Rocnoddinum, Soltanum Togril Begum, nominavit & pro Izphahanis preces addidit. Literas per legatum miſit. Togril Beg, qui nihil aliud quam hoc ipſum exſpectaſſet, non tantum, quod petiit, conceſſit, ſed pro hisce etiam 20000 denariorum in ærarium Kaiemi Chaliphæ, & 2000 denariorum regni adminiſtris miſit. Ab hoc tempore Soltanus Togril Beg figuram arcus in ſumma Diplomatum parte impreſſit, intus autem hæc nomina poſuit. Talis ſignatura Togra & cui ita ſignandi officium demandatum erat, is Tograi appellabatur. Anno Arabum 449 venit a Conſtantino Romanorum imperatore ad Chalipham Bagdadenſem Kaiemum legatus epiſtolam apportans Romanorum lingua ſcriptam cum interpretatione interlineari arabica literis aureis ſuper charta purpurea (cuius inſcriptio hæc erat:) Conſtantinus, fidelium imperator, potentiſſimus, celſiſſimus per Meſſiam, Deum, Auguſtus ſolus in imperio Romanorum, Monomachus, amico ſuo dilectiſſimo, honoratiſſimo Abugaafaro Kaiemo, principi Moslemiorum, Emiræ fidelium, & quæ reliqua erant verba amoris plena. Anno Arabum 446 cum omnes Perſiæ Pag. 243.

 regio-

regiones Soltani Rocnoddini Togril Begi imperio parerent, facie ad Romanorum regiones converſa, arcem Manazagerdam aggreſſus eſt, quam tamen, quamvis diu oppugnaviſſet, capere non potuit. Agrum igitur deprædatus ad populandam Arzani al Rum regionem, quia adhuc Romanorum erat, diſceſſit. Ad hibernandum in Adorbiganam reverſus eſt ſuo tamen tempore in fines Ro-
C. 1054. manorum rediturus. Anno 1365 menſe Ianuario mortuus eſt Conſtantinus Romanorum imperator, maritus Theodoræ reginæ, quæ annum unum regnum adminiſtravit & cum Chalipha, ad quem Bagdadum legatum miſerat, pacem tributum promittendo confirmavit. Eodem anno Soltanus Rocnoddin Togril Beg legatum ad Chalipham miſit eique hoc nunciandum curavit: deſiderio ego teneor declarandæ meæ reverentiæ, qua prophetam colo, & impetrandi ab eo ſalutem; itaque ego proficiſcar, adorabo, & Meccæ precabor; precatorum vias tutas præſtabo & Maadenorum latrociniis finem faciam. Inde proficiſcar ad bellum rebellantibus Syris & vagis Ægyptiis inferendum, ſi Deus voluerit. Chalipha, quamquam invitus, tamen coactus literis collaudavit eius ſtudium eiusque ardorem pugnandi pro fide magis inflammavit & admonuit etiam, ne Bagdadum venire cunctaretur. Dailamitarum autem & Turcorum, qui Bagdadi erant, exercitus, magno tumultu ex-
P. 245. citato, clamarunt, fieri non poſſe, ut Guzæi Bagdadum venirent, & ſi venirent, ſe ad cædem eorum paratos eſſe. Cum nihil proficeret eorum reſiſtentia, paucis diebus poſt Guzæorum copiæ ad fines agri Bagdadenſis acceſſerunt. Obviam Soltano iverunt ſummus regni præſes, iudex maximus aliique nobiles Bagdadenſes, & cum eo loco, quo tentorium fixerat, conveniſſent, multa Chali-

phæ

Digitized by Google

phæ nomine cum eo collocuti rogaverunt eum, ne copiis ſuis corrumpendi agri Bagdadenſis poteſtatem daret, quippe in qua Arabiſmi thronus & fidei lex inveniantur. Soltanus benigne eorum verba audivit & conſilii eorum ſe memorem fore promiſit. Cum autem acceſſiſſet & ad portam, quæ miniſterialis vocatur, tentoria fixiſſet, Dailamitæ & Turci & nonnulli ex plebe Bagdadenſi tumultuantes adverſus Guzæos, qui in urbem ad alimenta coemenda & equis fœnum & ſtramen parandum introiiſſent, gladios ſtrinxerunt. Irritati hoc modo Guzæorum Emiræ Bagdadum invecti ſunt & multos Dailamitarum, Turcorum & plebeiorum occiderunt. Duces eorum captos ad Soltanum adduxerunt, qui eos vinctos in tentoriis incluſit. Poſtea Soltanus, miſſo ad Chalipham oratore, de tumultu a Bagdadenſibus excitato conqueſtus eſt & indicavit, Pag.246. inter occiſos Dailamitarum, qui corpus eius cuſtodirent, aliquos inventos eſſe, non autem alios. Addidit etiam: niſi te honorarem, Bagdadum totum gladii acie perimerem. Hisce verbis recreatus Chalipha, poſtquam timor animum reliquerat, munera cum eunuchis & magnatibus ſuis ad Soltanum miſit, ſed vix hi caſtris eius appropinquaverant, cum Soltani iuſſu omnes vincti & quæcunque apportaverant, direpta ſunt. Poſtero die Guzæi Bagdadum ingreſſi multos Maadenorum deprehenſos in Tigride merſerunt. Multi ex domibus ſuis in regionem palatii Chaliphæ confugerunt, quorum domos Guzæi occuparunt. Chalipha epiſtolam ad Soltanum miſit, in qua ita ſcripſerat: Hoc equidem non exſpectaveram, imo adventu tuo multo maiorem meam futuram eſſe gloriam, fidem multo magis tuo acceſſu nobilitatum iri. Sed nunc contraria patior eamque ob cauſam in Deo fiduciam meam pono.

Soltanus reſpondit: Ego imperio tuo pareo. Quæ autem acciderunt, ea ſcis facta eſſe culpa eorum malorum Turcorum, qui e miniſtris tuis ſunt. Ego innoxius ſum. Deinde Soltani iuſſu elephanti in decem iſtos Turcos, qui noxæ huius auctores exſtiterant, immiſſi ſunt, qui eos pedibus conculcarunt. Deinde Soltanus potentia ſua uſus, nemine conſulto, inſpectores & telonarios conſtituit. Turci, qui antea Bagdadi (hæc curabant) partim piſtores erant, partim olerum-venditores, alii balineorum calefactores. Agrum Guzæi viribus nunc prævalentes vaſtarunt; quam ob rem agricolatio ceſſavit & bos arator viginti zuzis, aſinus decem zuzis venditus eſt. Cuderunt etiam zuzas & denarios Soltani nomine inſignitos. Addidit autem Soltanus Chaliphæ ſumtibus, qui antea, cum Dailamitæ & Turci ſervi rebus præeſſent, dati erant, 50000
Pag. 247. denariorum & 500 coros tritici; iuravit etiam: niſi tantæ mecum copiæ eſſent, Arabiſmi auxilium, quidquid hi Turci abſtulerunt, id ego Chaliphæ reſtituerem. Hæc verba Chaliphæ animum recrearunt effeceruntque, ut affinitate cum illis coniungi cuperet; quam ob rem illi Arſalanam Chaun, Salgukiticæ ſtirpis, filiam Gagri Begi, fratris Soltani Togril Begi in matrimonium dederunt. Exſtruxit ſibi Soltanus magnam aulam iuxta palatium Chaliphæ, Chalipha autem aureum illi ſolium, pretioſis lapidibus diſtinctum, miſit; quod poſtquam in ea fixum erat, conſedit in illo Soltanus, & magnates ad eum ſalutandum introierunt. Anno Arabum 448 gravis morbus & fames magna Bagdadenſes affligebant. Uno denario Romanus vendebatur. Remedia autem non inveniebantur. Muſcæ ultra modum auctæ aërem corrumpebant. Plus quam tertia pars populi periit, id quod etiam in Syria & Ægypto & multo ma-

magis in Perſia factum eſt. In urbe Bechara 18000 lectorum, in quibus mortui iacebant, uno die elata ſunt. Mortuorum, qui brevi tempore (251) trium nempe menſium ſpatio exſpiraverant, 1650000 erant. Samarcandæ duobus menſibus 236000 hominum mortua ſunt. A mundo condito tantam peſtem dicunt non fuiſſe. Pag. 248.
Anno Arabum 449 Maadeni cum Guzæis iuxta Mozalam dimicarunt, quo prœlio Guzæi victi 1200 homines amiſerunt. Dux eorum Kathlemiſch cum iis, qui ex pugna evaſerunt, in montem Iſchigar aufugit. Obiecerunt autem urbis Schigaræ incolæ portæ fores eosque deriſerunt. Quod cum Soltanus audiiſſet, ira incenſus Mozalam proficiſci voluit. Obſtitit autem Chalipha eique dixit: Non expediet, ſi nunc profectus fueris, imo contine te, donec copiæ tuæ ex Perſide congregatæ erunt. Soltanus his verbis magis incenſus, Nunc, inquit, intelligo vos erga me non ſincero eſſe animo. Antea conſilium veſtrum hoc erat: tu ipſe noli eo proficiſci, imo mitte copias tuas. Nunc cum hæ ceciderunt, idem mihi ſuadetis. Itaque Soltanus exiit, tredecim menſes Bagdadi commoratus & Chalipham poſtea non vidit. Tentoria iuſſu eius extra (urbem) fixa ſunt. Cum copiæ, quæ in vicinia tendebant, contractæ eſſent, vaſtatis lateris orientalis Bagdadi aulis & trabibus aſportatis, quibus in turribus exſtruendis uterentur, Tagritum profectus eſt & ab huius urbis incolis auxilia petiit, qui illi reſponderunt: Nos Maadenis ſubiecti ſumus & niſi iuſſu Baſaſiri, eorum præfecti, dare nihil poſſumus. Indignatus Soltanus gladium adverſus eos ſtrinxit multasque mulieres multosque liberos abduxit, pacem tamen reddidit, cum eius imperio ſe ſubiicerent. Inde Beth-Vazikum venit, cuius incolæ auxilium dederunt. Mo-

zalam inde profectus Baſaſirum iam abiiſſe & omnes Mozalæ divites etiam aufugiſſe didicit. Paucos dies in palatio moratus Baladam perrexit. Poſtulaverat ducis exercitus Hazaraſabus a Soltano, ne Balada diriperetur, ſed reſpondit Soltanus: vides, ærarium noſtrum vacuefactum eſſe. Eſuriunt homines, qui mecum ſunt & nos urgent; quapropter niſi in direptione auxilium non eſt. Abi tamen & urbis incolas hac nocte emitte cum omnibus rebus, quas ex domibus ſuis auferre poterunt. Quo facto Guzæi in urbem ingreſſi ſunt eamque diripuerunt. Homines, urbis incolas, quorum præter mulieres & liberos 10000 erant, cuſtodibus ad eos in via defendendos datis, Hazaraſabus Mozalam miſit. Principes Maadeni, excepto Baſaſiro, qui in Syriam profugerat & Ægyptiorum fidei ſe commiſerat, cum vidiſſent, Guzæis ſe viribus inferio-
P. 249. res eſſe, pacem per legatos petierunt; quos ille admiſſos benigne habuit & ſplendidis veſtibus ornavit. Inde in Armeniam in regionem Bar Mervani ducere exercitum voluit, ſed principes Maadeni hoc modo eum orare cœperunt: Stulte ille egit, ut nos ſtulte egimus; ſupplicamus igitur tibi, ut quemadmodum nobis ignoſcebas, illi quoque ignoſcas. Reſpondit Soltanus: vos delictum veſtrum faſſi eſtis & eam ob cauſam vobis condonavi. Illi, ſi ſuam ſtultitiam confeſſus fuerit, etiam condonabitur. Cum Gazartam Cardoam veniſſet, eius incolæ ſe eius imperio ſubiecerunt & multum auri attulerunt, quapropter non ſpoliati ſunt. In Neſtorianorum monaſterio Achmul, in quo illo tempore 400 monachi erant, 120 monachi a viginti equitibus Guzæis, qui irruperant, interfecti ſunt; reliqui ſe ſex auri & argenti menſuris redemerunt. Bar Mervan legatos ad Soltanum miſit & magnam obedien-

Digitized by Google

dientiam promiſit, quapropter, quia etiam 100000 denariorum attulerat, pacem cum eo Soltanus fecit. Reverſus Schigaram obſedit & in ea, poſtquam ceperat, 4000 virorum occidit, ut ſanguis eorum in aquæ ductibus flueret. Magnum etiam templum, quod in ea erat, incendit & omnes illius aulas vaſtavit. Cum aer ex occiſorum cadaveribus foeteret, diſceſſit ab ea Soltanus & Teliaſaram obſedit. Deprecantibus principibus, ut gladium a Schigara cohiberet, annuit, hac tamen conditione, ne ullus omnino homo in ea remaneret. Exierunt igitur omnes, qui latebant, & in regiones diſperſi ſunt; qua ratione urbs ab habitatoribus vacua relicta eſt. Appoſitis etiam cuſtodibus cavit, ne Guzæi abeuntium quemquam ulla iniuria afficerent. Hæc autem omnia facta ſunt propterea quod Schigarenſes initio a Maadenis fugatos conviciis proſciderant. Profectus inde Soltanus Mozalam venit, quam Sifoddaulæ, ſuo ex matre fratri, dedit. Hic homo iuſtus erat. Ad quem cum telonarius, Mozalanus, veniſſet & quotidie ex iis, quæ ementes & vendentes pro vectigali penderent, centum denarios P. 250.
promiſiſſet: advocavit principes viros Mozalanos iisque dixit: Placetne vobis hic telonarius? Reſponderunt illi: ſi nos a ſpeculatoribus Perſis & exactoribus Guzæis liberas, placet nobis hic, qui unus noſtratium eſt. Reſpondit Sifoddaula magnanimus: etiam ab hoc vos libero, nihilque a vobis plus exigo, quam ut frugum fructuumque ſtatutas partes ſuis temporibus mihi afferatis. Simul præcones publice exclamare iuſſit, libere omnes emere & vendere poſſe. Quo audito omnes homines alta voce diutinam vitam a Diis illi expetierunt. Mozala Soltanus Bagdadum deſcendit & cum urbi appropinquaret, Chalipha Vezirum, ſummum regni principem ei

Digitized by Google

ei obviam miſit, qui Soltano non tantum poculum perſicum (252) aureum lapidibus pretioſis, ſardonychibus, ſmaragdis & ſapphiris plenum obtulit ſed etiam dixit: Emira fidelium magnopere de tua gloria lætatur & ex tua præſentia multum voluptatis capit, & ſ. p. Soltanus autem confeſſus eſt dixitque: ego huius aulæ beneficiarius (253) ſum, qui permagna bona, quæ largiter ex ea ad me pervenerunt, accepi. Porro nihil mihi deeſt amplius, quam ut profectionem mihi honorificam ad prophetam videndum ſuſcipiam & diutius ſane hoc honore carere non poſſum. Reſpondit Vezirus: Neque eſt ulla cauſa, quæ hoc impediat: propterea quod nunc una domus facti, commiſti & conſanguinitate coniuncti eſtis. Vezirus de hoc colloquio Chalipham reverſus certiorem fecit, Soltanus autem in aulam, quam ſibi exſtruxerat, ingreſſus eſt. Paucis diebus poſt, cum Soltanus (ad Chalipham) vocatus eſſet, hic equum conſcendit & omnes regum filii ante eum pedibus ibant. Cum portæ palatii Chaliphæ appropinquaſſet & ſemel, equo tamen non deſcendens, ſubſtitiſſet, porta aperta eſt & ipſe intravit. Tum Chaliphæ magnates obviam venerunt velumque ſuſtulerunt, ut in aulam interiorem introire poſſet. Poſtquam denuo alterum velum ſuſtulerant, Soltanus ingreſſus Chalipham vidit ſuper ſolio, quod ſuper terram ſeptem ulnis extabat, ſedentem. Caput eius velamine nigro cinctum, ipſe veſte nigra indutus erat. Nigris
P. 251. enim amiciuntur & amiciunt homines (254) ſecus ac Chaliphæ Ægyptii, qui albis amiciuntur et amiciunt. Manu ſua ſceptrum tenebat aureum. Ad duo eius latera duo ſtabant Eunuchi & cum Soltanus eum conſpexiſſet, incurvato ad terram capite aliquoties eum adoravit. Deinde iuſſu Chaliphæ in alio throno, qui Chaliphæ

Digitized by Google

phæ throno humilior erat hominis ſtatura, collocatus eſt & Chaliphæ interpres eum ita allocutus eſt: Emira fidelium tuum ſtudium prædicat laudatque tuos labores. Recreatur præſentia tua & de te adeo gaudet, ut, quidquid præfecturarum et regionum Deus ipſi crediderit, id tibi committat. Quam ob rem cole Deum & in imperio tuo iuſtitiam exerce (in honorem) Dei, a quo tantis beneficiis ornaris. Surrexit Soltanus & incurvato ad terram capite dixit: Imperio tuo tanquam ſervus tuus obſequar & confido, Deum me adiuturum, ut voluntatem tuam exſequi poſſim. Tum iuſſu Chaliphæ ſeptem nigris veſtibus, quibus una erat apertura collaris, eum induerunt & circa caput velamen nigrum aureum circumligaverunt. Velamini impoſuerunt coronam duobus pretioſis lapidibus ſardonychibus diſtinctam. Super unoquoque horum lapidum quindecim erant margaritarum pretioſiſſimarum ſeries. Brachiis extremis duas armillas aureas circumdederunt. Collare autem aureum Soltanus e collo geſtare noluit, quam ob rem manui alligatum portavit illud eunuchus ante eum. Cum iterum ad terram ſe incurvare vellet, non permiſit Chalipha, propter coronam pretioſam in capite eius. Dedit etiam ei Chalipha tria vexilla purpurea aureis literis inſcripta, quæ lanceis affixa ante eum prælata ſunt. Tradidit quoque ei diploma regiam dignitatem confirmans. Præcones Chaliphæ iuſſu regem eum Orientis & Occidentis proclamarunt. Soltanus abire iuſſus petiit, ut Chalipha manum ſuam ei porrigeret, quam apprehenſam non oſculatus tantum eſt, ſed ſuper frontem etiam traduxit. Egreſſus & uni equorum Chaliphæ impoſitus magna pompa in aulam ſuam rediit. Anno Græcorum 1369 tampore hiemis 3000 Turcorum Melitenen vene- Pag. 252. C. 1058.

venerunt, cuius murus inde ab eo tempore, quo Cyriacus Arabibus eripuit, apertus erat et tantam ſtragem in ea fecerunt, ut cumuli occiſorum paſſim iacerent. Reliquos, ut occultatos (theſauros) indicarent, omnibus modis cruciarunt. Multi inter cruciatus mortui ſunt. Petri Diaconi hoſpes, ſcriba & ludimagiſter, captus eſt, dum libro deſcribendo vacabat, eo ipſo momento, cum verba ſcriberet: *ſanguinem Ioannis, uvam, quam Herodias vindemiavit.* Huic Turci ceram liquefactam ſuper caput effuderunt & prunas in pelvi ſuper pectore poſuerunt. Cum in eo eſſet, ut exſpiraret, conſpecto igne, qui pedes apprehenderat, exclamavit: o vos felices, quod mundati eſtis. Hæc fatus animam efflavit. Viginti diebus Turci Melitenæ nihil aliud egerunt, quam ut cæderent & diriperent. Urbe incenſa diſceſſerunt. Ad latus tamen montis Senſenorum hiems gravis eos oppreſſit, qua occaſione uſi Armeni, monte deſcendentes, omnes interfecerunt. Qui cædi ſuperfuerant, omnes in urbem redierunt, in quibus etiam erat monachus Ioſephus, qui de hac re tria carmina ſcripſit. Mar Ioannes Bar Suſanus, quatuor etiam carmina de hac Melitenes excidione ſcripſit, duo ad modum Mar Ephraemi, duo ad modum Mar Bali. Eadem direptione vaſtatum quoque eſt monaſterium Bar-Gagæi, quod nunquam poſtea habitatum eſt. Anno Arabum 450 dux Maadenorum Baſaſirius, aliusque exercitus dux Koriſch, magno Arabum, Perſarum & Turcorum, qui Ægyptii Chaliphæ imperio ſuberant, contracto exercitu, arcem Tellafaram obſederunt; ex qua Guzæorum præfectus Inanagus fugiens Mozalam contulit. Maadeni eum ſecuti Mozalam etiam obſederunt, in qua tanta fames orta eſt, ut Guzæi equis mulisque ſuis veſcerentur, aulas vaſtarent, & ad ignem

nem alendum tigna & lignorum fragmenta incenderent. Miſeriis victi Bagdadum confugerunt & Soltanum ſollicitarunt, ut ipſe adverſus Maadenos exiret. Baſaſirius, certior factus, eum Bagdado exiiſſe, Mozalam peſſime diripuit & in deſertum diſceſſit. Soltanus Mozalam omni ex parte vaſtatam deprehendit, reſcivit etiam, Abrahimum Inæum, ſuum ex matre fratrem, rebellionem ſpectare. De Ægypti quoque Chalipha allati nuncii ſunt. Metuens igitur, ne Perſidem occuparet & Guzzorum Turcomanorum copias ad defectionem impelleret, cito in montes profectus eſt & Hamdanæ manſit. Contra fratrem in montes Schaharazvarenos manum emiſit eumque captum occidit. Baſaſirius autem & Koriſch, exercitus duces, cum audiiſſent, abiiſſe Soltanum, Bagdadum venerunt & hanc urbem dure tractarunt. Comprehenſum Chalipham Kaiemum camelo impoſitum Haditham miſerunt, palatium eius diripuerunt & Moſtanzerum Ægypti Chalipham proclamarunt Bagdadi eſſe dominum. Nomine eius denarios & zuzas cuſas inſigniverunt. Iudices, legum peritos & lectores, quos conſtituerunt, pro nigris veſtibus induerunt Ægyptiorum more albis. Vezirum autem, aulicorum principem, quia Guzæos Bagdadum adduxiſſe credebatur, in pellem bovinam, recens detractam inſuerunt, ita tamen, ut facies aperta eſſet & bovis cornua ſuper eius capite extarent. Suſpenderunt eum uncinis per maxillas immiſſis. (255) Poſtquam toto die hæc mala pertulit, mortuus eſt, conſputus antea & plebis Bagdadenſis convicia & maledictionem paſſus, propterea quod eius cauſa omnia illa mala acciderunt. Mater Chaliphæ Kaiemi ex loco, ubi abſcondita erat, Baſaſirio nunciandum curavit; ego fame pereo ideoque te rogo, ut mei miſercaris. Poſtquam

Pag. 253.



Digitized by Google

illam adduxerant, palatii domum aliquam illi attribuit, famularum duas, quæ ei ſervirent, dedit & in ſingulos dies duodecim
Pag. 254. panis litras & quatuor carnis, ponderis Bagdadenſis, aſſignavit. Erat autem hæc femina genere Armenia. Arſalan Cathun vero, Chaliphæ uxor, apud Koriſchum erat, quam Soltano Togril Bego, cum per legatum eam ſibi expetiiſſet, magno cum honore miſit. Hoc anno Emira David Gagri Beg, frater Soltani Togril Begi mortuus eſt, relictis tribus filiis, quorum natu maximus erat Aleb Arſalan. Per legatum Soltanus Koriſcho gratias egit, quod uxorem Arſalan Cathun cum honore cuſtodiviſſet & remiſiſſet, & adiecit: rogo te, ut Chaliphæ etiam ſuum thronum reddas eique adminiſtrator regni ſis. Ego Bagdadum non redibo, adminiſtratione regni Perſici occupatus. Et quia propter Baſaſirium, qui tecum non conſentit, non poſſum; opus eſt, ut in arce quadam aut in deſerto perſonam tuam caram tuosque tutos præſtes, ne copiæ meæ, inſcientes, tuorum aliquem lædant. Multa enim tibi debemus & ſi omnia, quæ nobis ſunt, tibi daremus, pauca tamen eſſent præ eo, quod tu nobis dediſti eo, quod progeniem noſtram (256) circumſpecte nobis reſtituiſti. Koriſch Baſaſirio, qui Vaſati erat, ita ſcripſit: Qua, quæſo, de cauſa, & pro quo tantum certamen inimus? Pro Ægyptio, qui ne ſimplici quidem epiſtola nos honoravit pro eo, quod nomen eius omnibus locis & usque ad Bagdadum illuſtramus. Imo neceſſe eſt, ut cum Soltano nos coniungamus & Chalipham in locum ſuum reſtituamus. Abnuit Baſaſirius ideoque Koriſch aſſumtis ſuis in deſertum abiit. Ad Soltanum cum copiis ſuis Bagdadi finibus appropinquantem Emira Hadithæ Chalipham hac tenus apud ſe incluſum adduxit, quem Solta-

Soltanus magno cum honore in palatium remiſit. Excuſavit ſe etiam illi ita: Propter mortem fratris mei Gagri Begi & res filiorum eius ordinandas & propter fratrem alterum Abrahimum, qui mihi inſidiatus eſt, te adire hucusque non potui. Huius generis Pag. 255. ſermonibus Chaliphæ animum ſibi reconciliavit. Baſaſirium, quem copiæ eius emiſſæ vicerant, fugientem Guzæi aſſecuti ſunt. Caput abſciſſum Soltanus arundini affigi & in porta palatii ſuſpendi iuſſit. Bello adverſus Maadenos finito Soltanus in Choraſanam reverſus eſt. Anno Arabum 455 uxor Soltani Togril Begi, Cathun, quam præcipue dilexerat, mortua eſt. Hæc omnes res politicas adminiſtraverat. Petiit deinde per legatum a Chalipha, ut filiam ſibi in matrimonium daret, ſed recuſavit ille, ne filia ſua homini, a ſuis familiis & ipſorum ſceptro alieno, daretur. Qua repulſa offenſus Soltanus poſt multas reprehenſiones manifeſte etiam hoſtilitatem oſtendere cœpit. Chalipha territus, quamquam invitus filiam ſuam ei dedit, hac tamen conditione, ne ex palatio educeretur, ſed quotiescunque Bagdadum Soltanus veniret, ea cum eo in palatio eſſet. Poſt multas diſceptationes impetravit, ut in novam aulam, quam Soltanus ædificaverat, tranſire poſſet. Soltanus cum Bagdadum veniſſet 100000 denariorum aureorum, 150000 zuzarum & 40000 ſtragulorum (257) obtulit & deinde revera Chaliphæ Kaderi (258) filiam matrimonio ſibi copulavit. Quæ cum aulam eius ingrederetur, Soltanum, dicunt magnates eius & Turcos more ſuo ſaltaſſe, in genua procubuiſſe & ſtantes deinde Turcice cantaviſſe. Etiam illi ſolium aureum paratum erat. Ingreſſus Chalipha capite ad terram incurvato eam adoravit, ſed non aſſedit, imo reliquit & exiit. Septies hoc ita faciebat, &



Digitized by Google

tamen illa, quo ab eo cerneretur, faciem non retexit. In hiſce nuptiis magnum erat Soltani gaudium, magna autem Chaliphæ ſollicitudo, quippe qui metueret, ne, quando Soltanus Bagdado
P. 256. in Chorasanam proficiſceretur, filiam ſuam vi ſecum abduceret & conditionem, qua cautum erat, ne ex urbe Bagdadi exiret, ſper-
C. 1063. neret. Hoc anno, qui erat Græcorum 1374, Romanorum exercitus urbem Amidam obſedit. Contra eos exierunt copiæ Turcorum & Arabum & cum utrimque multi occiſi eſſent, urbe relicta abierunt. Septimo die Septembris huius anni mortuus eſt Soltanus Togril Beg in Perſidos urbe Rai, anno ætatis ſeptuageſimo, regni triceſimo octavo, ex quo Bagdadi principatum obtinuerat. Solimanum Gagri Begi filium Soltanus poſt ſe in throno ſedere voluerat, ſed frater huius Aleb Arſalan, vir fortis, eo depulſo, regnum rapuit & Bagdadi omnibusque locis Zoiaddin Soltanus proclamatus eſt. Anno Arabum 475 (259) nunciarunt venatores Curdæi, qui Bagdadi erant: cum nos in deſerto venaremur, vidimus tentoria nigra ex iisque luctum, fletum & lamentationem audivimus. Appropinquantes vocem audivimus dicentem: Hodie Beelzebub, dæmoniorum caput, mortuus eſt. In quacunque regione planctus per tres dies non inſtituetur, eam radicitus evertent. Mulieres Bagdadenſes cum hanc abſurdam fabulam audiiſſent, ad ſepulcra exierunt ibique tres dies manſerunt, flentes & eiulantes, tunicas ſcindentes, capillos evellentes, faciem fuligine ollarum denigrantes, quo dæmones placarent, ne amatos ſuos enecarent. Exiit hic rumor per totam terram Sinear & omnibus locis, Mozalæ & in Armenia, eadem, quæ Bagdadi, fiebant. Hoc anno Soltanus Aleb Arſalan urbem Anam, quæ Romanorum fuerat, aggreſſus eſt

a

Digitized by Google

a parte Armeniæ & cepit magnamque ibi ſtragem fecit. Erat ea admodum munita, quia, uti narratur, tres eius partes fluvius magnus Aras cingebat, & circa quartam profundus meatus alte effoſ- Pag. 257.
ſus erat, per quem multæ quoque aquæ ex fluvio Aras magno impetu fluebant. Incolæ ſuper pontibus introibant & exibant. Erant in ea 700000 aularum & mille eccleſiæ. Turcis de eius expugnatione iam deſperantibus cœleſti nutu turris una cecidit. Straverunt igitur pontem & intrarunt. Ab hoc tempore vocatus eſt Soltanus Abulpatach. Hoc anno ab Octobri usque ad Decembrem Bagdadi magnus ſolis æſtus fuit, quem gravis morbi lues ſecuta eſt. Mina dactylorum Indicorum quatuor denariis aureis vendita eſt. Menſe Ianuario frigus Tigridem congelavit & multa nix Bagdadi decidit. Anno Arabum 458, Græcorum 1377, Soltanus C. 1066.
Aleb Arſalan in Chovarazmiam profectus eſt eique filium ſuum Schalarſchah præfecit, ipſe Niſaſaram, reverſus eſt. Hoc anno circiter 300 latrones Armeni ad filios Carrigi Armeni congregati ſunt; atque ex montibus Melitenenſibus, in quibus latebant, regiones Gubæ & Claudiæ, maxime autem cœnobia, diripiebant. In Cœnobio Sergeſiæ, in quod irruperant, martyrum oſſa in terram proiecerunt & hierothecam abſtulerunt. Ex urbe Sengis, quæ prope cœnobium Madik eſt, pro 1100 denariis varii generis res abſtulerunt præter boves & aſinos & ex cœnobio pro 500 denariis. Melitenenſes principes promiſerunt, ſe illis ex Gubæ & Claudiæ agris Metatum daturos eſſe, & ab rege quoque literas ſigillo confirmatas impetraverunt, quatuor illis datum iri vicos, ne latrocinarentur. Illi autem, quæ magna erat eorum malitia, non ceſſaverunt, imo ſecum cogitarunt, quomodo cœnobium Mar Bar-

Bar-Zumæ diripere eoque deinde pro arce uti poſſent. Itaque repente rumor currit, Turcos adventare agrum Melitenenſem in-
P. 258. vaſuros. Confugerunt Claudiæ incolæ in cœnobium & cum iis decem latronum Armenorum. Reliqui in montibus deliteſcebant, ut, ſociis noctu portas aperientibus, ipſi irrumperent & cœnobium caperent. Quod cum reſciviſſet monachus Ivanes, præfectus cœnobio, ope fortium quorundam virorum ex Tel Tura, urbe benedicta, qui tum in cœnobio aderant, decem illos ſubegit noctuque ex cœnobii rupe præcipitavit, inſcio totius rei abbate. Cum illuxiſſet, inventi ſunt ad rupis radicem mortui ex præcipitatione. Quo audito eorum ſocii aufugerunt. Haud ita multo poſt manachos cum mancipiis a Melitene ad cœnobium euntes invaſerunt hi latrones & ex illis tres monachos & tria mancipia occiderunt. Poſt hæc trium annorum ſpatio monachi tres turres excelſas exſtruxerunt & aliam quandam novam inter has duas poſt 32 annos. Anno 1475 beatus Mar Michael auſtralem turrem ædificavit. Et anno * * * & ædificavit excelſæ cœnobii turri (260) Anno Arabum 459 Chemuſchtechin, Turcorum dux, Edeſſam obſedit, quem cum Edeſſæ Ducas adortus eſſet, ipſe ſuperatus & captus eſt; rediit tamen Edeſſam poſtquam 20000 denariorum ſe redemerat. Expugnavit etiam Chemuſchtechin Haranem, Sarugum & Callinicum. Ad Soltanum Aleb Arſalanum reverſurus, cum Chelatam perveniſſet, aliquem Emirarum, quos ſecum ducebat, ira commotus occidit. Deinde ipſe occiſus eſt ab eius fratre Aphſchino, qui collecta Turcorum manu Antiochiam revertit & omnia diripuit. Hoc anno filia ſororis Phacrati, Iberorum regis, Soltano Aleb Arſalano nupta, adducta eſt & nuptias cum

cum ea celebravit in urbe Hamdana. Paullo tamen poſt illam repudiatam uni magnatum ſuorum iunxit. Anno Arabum 464 Patricium Armenum Ariſtagem ex arce quadam, ut in aliam magis munitam ſe conferret, cum ducentis hominibus metu Turcorum egreſſum invaſit Emira Turcus, nomine Scharunaſchah, cui Armeni, metu victi: Ad Soltanum, inquiunt, nos imus, ut eo præſente Hagareni fiamus. Hanc ob cauſam multo cum honore ad Soltanum deducti omnes, quamquam inviti, Hagareni facti & circumciſi ſunt. Patricio quotannis Soltanus 20000 denariorum ad victum parandum dedit. Poſtea tamen in interiorem Armeniam confugerunt & ad fidem ſuam redierunt chriſtianam. Mortuo Conſtantino Duca Romanorum imperatore in regno ſucceſſit Romanus Diogenes, qui cum 200000 equitum in Syriam profectus ab exercitu Maadenorum Cynicorum, h. e. caninorum, in quos incurrerat, victus eſt. Arabibus poſtquam duas arces Aiem & Artach eripuerat, Romani penetrarunt usque ad Mabugum, cuius incolæ magnam partem Halebum confugerunt. Vectura oneris a camelo Mabugo Halebum portando octoginta denariorum aureorum fuit. Mabugi Romani non tantum magnam cædem ediderunt, ſed murum etiam deiecerunt & turrem veterem, quæ ibi erat, lapidibus exædificarunt. Quia Romanorum magna erat multitudo & commeatus non ſuppetebant in loco Turcico, quem in confiniis ſitum deprædati erant, magna inter eos fames orta eſt. Panis litra uno denario & ſex hordei pugilli etiam uno denario venditi ſunt. Narraverunt Maadeni canini: Cum Romani cuiusdam occiſi ventrem aperiremus, integra grana hordeacea in inteſtinis invenimus. Nuncio ad imperatorem allato, Aphſchinum cum

P. 259.



Digitized by Google

Turcis Romanorum fines invaſiſſe & urbem Amoriam cepiſſe, præſidio arci novæ, quam Mabugi ædificaverat, impoſito, in terram
P. 260. Romanam rediit. Anno Arabum 462 (261) tanta in Ægypto fames fuit, ut homines hominibus veſcerentur. In tota enim Ægypto plus quam tres equi Chaliphæ non relicti erant. Reliquos equos, mulos & aſinos domini eorum abſumſerant. Canis quinque denariis venditus eſt & tantum ceparum, quantum decem zuzæ ponderant, una zuza argentea. Die quodam cum Vezirus mulo ſuo deſcendiſſet & ad Chalipham ingreſſus eſſet, tres viri mulum ex pueri manibus eripuerunt, mactarunt & comederunt. Qua de re cum certior factus eſſet Chalipha, illos viros ſuſpendi iuſſit. Nocte tamen venerunt alii, qui illos ex crucibus demiſerunt & in fruſta diſſectos conſumſerunt. Cum illuxiſſet, oſſa carne denudata inventa ſunt, accumulata ſub lignis. Fames autem non tantum plebem ſed palatium etiam infeſtavit, usque eo, ut omnis regia ſupellex vili pretio venderetur. Decem margaritæ, quæ decem ſiclos pependerunt, 400 denariis venditæ ſunt. In una Ægyptiarum urbium Tanis paullo ante 300000 virorum, qui cenſum capitalem ſolvebant, numerata ſunt, tempore autem famis minus
C. 1071. quam 100 inveniebantur. Anno Arabum 463, Græcorum 1382, in urbe Archeſtia ſive Archiſcha, quam Soltanus ceperat, magnam cædem edidit, multis hominibus abductis & in Choraſanam miſſis. Idem fecit in urbe Manazgerda. Cum Mifractam veniſſet, quæ Arabum erat, ab eius domino plus quam 100000 denariorum exegit. Deinde Amidam prætergreſſus eſt, cuius muro cum appropinquaſſet, manu ſuper ea ſuaque facie traducta tanquam huius muniti loci fortitudine ſibi benedicturus, Sibaberacum, quæ Romano-

manorum erat, profectus eſt, quam acceptis 1000 denariis, reliquit. Inde ad Edeſſam obſidendam duxit; quam tamen, quamvis multis diebus obſidione preſſiſſet, capere non potuit, itaque tantum arbores ſuccidit & hortos vaſtavit: quæ res Edeſſenos coëgit, ut 50000 denariorum pro diſceſſu promitterent. Cum Soltanus conſenſiſſet, Edeſſeni dixerunt: Ante tamen ſolvere nihil poſſumus, quam turres & machinas omnemque belli apparatum incenderitis. Verendum enim eſt, ne nos decipiatis & auro accepto a vaſtatione tamen non abſtineatis. Vix autem Soltanus, qui credidiſſet, belli inſtrumenta combuſſerat, quum Edeſſeni eum ſpreverunt nihilque dederunt. Diſceſſit igitur Soltanus iræ pleniſſimus & Euphratem tranſiit. Eo tempore venit ab imperatore Romanorum Diogene legatus, qui Soltano hæc dixit: Si Mabugi cauſa ex regione tua egreſſus es, en! Mabugum tibi reſtituimus, ſi Argiſcham & Manazgerdam reddis; & tributum etiam ſolitum ſolvemus. Soltanus hac conditione contentus omnem tractum usque ad Chelatam reddidit. Quo facto nunciavit Aphſchinus Soltano: Ego cum magna præda ex finibus Romanorum, in quos irruperam, exii, et nemo eſt inter Romanos, qui nobis obſiſtere poſſit. Incitatus hoc nuncio Soltanus magna lætitia & tanta velocitate in terras Romanorum rediit, ut multi camelorum, ſupellectilem eius portantium, præ curſus celeritate in via perirent. Aphſchinus in interiora imperii romani penetrans caſtra poſuit in litore maris, quod murum Conſtantinopoleos alluit; unde late populatus cum præda in Macedoniam profectus eſt, ubi, cum Simanduam veniſſet, hiems eum cum multa nive oppreſſit. Arci Simanduæ præfuit mulier græca, nomine Maria, quam ab initio omnibus Pag. 261.

 pre-

Digitized by Google

precibus abducere non potuit, ut milites ſuos Turcos ad alimenta coëmenda in urbem & vicos ingredi pateretur, impetravit tamen, poſtquam minatus erat, ſe arbores omnes exciſurum, vineas hortosque circumiacentes vaſtaturum. Diogenes autem, magno con-
Pag. 262. gregato exercitu, maiore ſuperbia, a latere Armeniæ Manazgerdam duxit, & poſtquam Soltani milites ex ea depulerat, quorum tamen neminem occidit, ipſa urbe potitus eſt. Quod cum Soltanus audiiſſet, Soltanus Romanorum fines reſpexit & territus, quia Turci numero pauci erant, miſit ad Diogenem Saotchinum, magnatem, qui ei diceret: age, componamus pacem, & iureiurando præſtito, in noſtram uterque regionem revertamur. Diogenes ſuperbia inflatus reſpondit: nunc cum immenſis ſumtibus hasce omnes copias congregavi, victoria mea eſt, tu me reverti vis; imo nihil vobis a me, quam gladius, exſpectandum eſt. Hoc tempore Deus (laus ſit eius benignitati, qui ſuperbos deprimit) roboravit Soltanum, qui copias inſtructas multis verbis ad fortitudinem incendit. Abiecit ipſe arcum & tela, gladiumque lateri accinxit; pugionem & lanceam manu prehendit, equumque, cauda eius colligata, conſcendit. Quod cum omnes Turci ſimiliter feciſſent, citatis equis, die Veneris circa meridiem inter Chelatam & Manazgerdam, magno clamore ſublato, in Romanos irruerunt, qui adeo conſternati ſunt, ut, poſtquam multi eorum occiſi, multi capti eſſent, fugere inciperent. Veſpere venit eunuchus Turcus nobilis, nomine Caharia indicavitque Soltano: unus ſervorum meorum ſe imperatorem dicit cepiſſe, quem apud ſe tenet. Quia tum equites numerabantur, ſprevit hunc ſervum Emira, qui numerabat, nihilque ei præmii decrevit. Ille, qui ſe deriſum videret, dixit:

Digitized by Google

xit: tamen hic nobis imperatorem Romanorum vinxit & res, quæ irriſione digna videtur, revera facta eſt. Soltanus, quamvis non crederet, non potuit tamen, quin iuvenem quendam, cui nomen eratSchadi, quia aliquando cum legatis ad Romanorum imperatorem profectus erat, ad P. 263. eum intuendum ablegaret. Quem cum Schadi conſpexiſſet; ad terram inclinatus imperatorem adoravit & cito ad Soltanum reverſus indicavit, ipſum eſſe. Itaque præcepit Soltanus, ut feſtinanter Diogeni magnum tentorium regium erigerent eumque illuc deducerent. Poſtquam manibus eius atque collo catenas iniecerant, centum Turci illum cuſtodiebant. Poſtero die cum ad Soltanum adductus eſſet, hic ſuis ipſe manibus quatuor ei colaphos inflixit & dixit: cur tu non obſequutus es mihi pacem tibi ſuadenti? Diogenes, qui vir eſſet admodum ſapiens, apte reſpondit: Earum rerum omnium, quæ ab hominibus fieri poſſunt & reges facere debent, nihil ego intermiſi; Deus, quod voluit, exſecutus eſt. Parce igitur vituperationi & fac, quod tibi propoſuiſti. Tum Soltanus ei: dic mihi, inquit, quomodo cogitabas me, ſi in manus tuas incidiſſem, tractare? Reſpondit ille: peſſime. Hoſtis enim hoſtem hoſtiliter tractat. Soltanus, Recte, ait, reſpondiſti. Aliud enim ſi mihi dixiſſes, non credidiſſem. Dic mihi porro: quid ſuſpicaris me nunc tibi facturum eſſe? Imperator reſpondit: ex tribus unum. Aut enim, quod primum eſt, me occides, aut, quod ſecundum, omnibus me oſtendes & per omnes tuas regiones circumduces, ut omnes intelligant & victoriam tuam videant. Tertium non opus eſt, ut dicam; quippe cuius exſpectatio mera phantaſia eſt, & multum ſane abeſt, ut tu facias. Soltanus reſpondit: quid damni patieris, ſi & hoc aperueris. Tertium

 eſſet,

Digitized by Google

eſſet, inquit, imperator, ſi me in urbem meam regiam cum honore remitteres, ego tibi frater fierem, unus ex patriciis tuis, ut, ſi me voces, veniam, ſi dicas: fac hoc, illud ego faciam. Reſpondit Soltanus, hoc ipſum tertium, de quo tu deſperabas, in mente mea erat. Poſtulavit deinde Soltanus, ut pro ſe redimendo centies centena millia dena-
Pag. 264. riorum daret. Imperator dixit: Si totum Romanorum imperium tibi darem, parvum id eſſet, ſi comparando cogito, me vitam lucrari. Sed publicas imperii Romani gazas ab initio regni mei in exercitus inſumſi. Pacti igitur ſunt, ut nunc ad ſe redimendum decies tantum centena millia denariorum daret, quotannis autem tributum 360000 denariorum mitteret. Poſt hæc Soltani iuſſu catenis demtis in throno, a quo deiectus erat, reſedit & cum Soltano edit & bibit. Poſtulante Soltano, ut Antiochia, Edeſſa, Mabugum & Manazgerda, urbes Arabibus a Romanis ereptæ, reſtituerentur, reſpondit imperator: quando in regnum reverſus fuero, tu copias mitte, quæ illas aggrediantur. Tum ego illas vobis tradi curabo. Nunc, etiamſi velim, non obediunt mihi. Deinde Soltano imperator dixit: Si revera me remittere vis, cito remitte, antequam Romani ſibi novum imperatorem conſtituant eorumque omnium, quæ promiſi, ne unum quidem implere poſſim, id quod etiam evenit. Soltani iuſſu 100 ſervi cum duobus Emiris Conſtantinopolin eum deduxerunt & ipſe etiam Soltanus paraſangam unam illum comitâtus eſt. Hic cum reverti vellet, imperator equo deſcendere voluit, ſed Soltanus eum adiuravit, ne deſcenderet. Itaque ex equis ſe mutuo amplexi diverſi abierunt. Ita rem narratam inveni in duobus libris, arabico & perſico; beatus autem Mar Michael ſcribit, Soltani ſororis filium impe-

Digitized by Google

imperatorem cepiſſe, Turcum autem alium, ut ipſius eſſet victoria, filium ſororis Soltani occidiſſe & imperatorem abduxiſſe. Deinde, cum Soltanus interrogaſſet, quid mihi, ſi in manus tuas incidiſſem, facturus eras? Diogenem reſpondiſſe: igni te comburere in animo erat. Sed manifeſtum eſt, regem regi verba tam inepta non dicere, neque Turcum, occiſo ſororis Soltani filio, imperatorem ex eius manibus abripere potuiſſe, quippe cui verendum fuiſſet, ne ab imperatore ipſo proderetur. Græci autem, poſtquam allatus nuncius erat, Diogenem captum eſſe, Pag. 265 imperatorem ſibi conſtituerunt Michaelem, Conſtantini filium, qui matrem ſuam, Diogenis uxorem, vi invitam in monaſterium incluſit. Patruus eius Cæſar fuit. Diogenes in imperium romanum reverſus cum audiiſſet, quod factum erat, in arcem Dukiam ingreſſus eſt & 200000 denariorum in ea repertorum per Emiras duos, a quibus deductus erat, Soltano miſit, quem ſimul de rerum commutatione certiorem fecit. Sumto habitu monaſtico in arce Dukia manſit & Michaeli ita ſcripſit: Ego pro fide chriſtianorum maſcule pugnavi, idque mihi ſufficit. Tuum imperium benedictum ſit. Bene egiſti, quod regnum capeſſiviſti. Iure enim tuum eſt. Ex animo autem ſincero ſuadeo, ut pacem, quam cum Soltano feci, non ſolvas. Sin minus, neque tibi, neque chriſtianis quies erit. Egit ei Michael gratias & nunciavit, ſe illius conſilio obſecuturum eſſe. Poſtea a nonnullis ſollicitatus hæc Diogeni nuncianda curavit: Si revera monachus es, cur in arce ſedes? opus eſt, ut in cœnobium aliquod te conferas, ut huic arci præſidium nos imponere poſſimus. Quibus verbis irritatus Diogenes, Ex omni, inquit, imperio romano ne unam quidem arcem mihi relin-

relinquit, & abiectis veſtibus laneis, a Dukiæ mercatoribus pecuniam mutuatus copias comparavit. Patricio Armeniæ minoris, Bar Sancheribi, qui ad eum veniſſet, duos oculos effodit ab eoque 80 auri talenta ſumſit. Viribus factis Melitenen profectus eſt & per legatum petiit auxilium a Soltano Aleb Arſalano, qui
P. 266. promiſit, ſe ipſum venturum & ubicumque res poſtularet, auxiliaturum eſſe. Sed cum a Melitene in Ciliciam veniſſet, Ivanes in urbe Adana eum vicit cepitque. Michael hac de re certior factus hæc mandavit: nolite eum ulla iniuria afficere, ſed circumſpecte tantum eum ad nos adducite, ut in cœnobio aliquo eum includamus. Ivanes autem Conſtantinopoli appropinquans eum excæcavit, quo facto Diogenes tam diu caput in parietem impegit, donec moreretur. Offenſus eſt imperator cum omnibus aulicis, quod Ivanes iniuſſu imperatoris hoc feciſſet. Hoc anno Franci Siciliam ab Arabibus acceperunt. Vendidit illam eius præfectus, poſtquam Ægypti Chalipham, cuius illa fuit, aſtute deceperat. Anno 465 Arabum mortuus eſt Soltanus Aleb Arſalan filiumque Malchaſchah ſucceſſorem habuit. Mors autem eius ita accidit. Schomos Molec, Tabagagi filius, Chanus erat Bocharæ, Samarcandæ, & in reliquis regionibus ultra fluvium Gihonem. Alius filius Soltani Aleb Arſalani Chovarazmiæ præerat. Odio inter hos orto, Bar Tabagagi uxorem ſuam, Soltani filiam, pedibus conculcavit & enecavit. Tu non es, aiebat, uxor mea, ſed exploratrix; tu fratrem tuum incitaviſti, ut regiones meas devaſtaret. Soltanus cum audiiſſet, filiam ſuam interfectam eſſe, ira excanduit, & contracta manu, fluvium tranſiit. Obſedit primum oppidum, cui Chovarazmius aliquis præerat, & hunc ipſum multis

multis pollicitationibus adduxit, ut deſcenderet. Egreſſum vincire iuſſit, eiusque manus & pedes quatuor clavis alligare, ut ſagittis eum confoderet. Chovarazmius ira exardens conviciatus eſt Soltano eique dixit: o muliebris animi homo, num viros mei ſimiles ita occidis? Soltanus, incaleſcente ſanguine, agite, inquit, ſolvite eum, ut non vinctum ſagitta configam & occidam; itaque quam primum ſolverant, ſagittam in eum emiſit, quæ illum autem non attigit: Chovarazmius igitur Soltanum petiit, eumque arrepto cultro, qui forte ibi iacuerat, in femore ſauciavit. Soltanum eunuchus ſuo corpore texit, quem Chovarazmius pro Soltano cultro percuſſit: Chovarazmius ipſe ab uno Armeniorum, qui tentoria figunt, mallei ictu capiti inflicto occiſus eſt & Soltanus etiam poſt paucos dies ex vulnere mortuus eſt. In urbem Maru devectus iuxta patrem Gagri Begum ſepultus eſt. Teſtamento antea caverat, ut filius Malchaſchah ſibi ſuccederet, frater autem Emira Kavorat Beg uxorem ſuam in matrimonium duceret, & ſub imperio haberet regionem Schirazi præter eas arces, quas conveniret in poteſtate Soltani eſſe. Kavorat Beg autem, qui diu mortem fratris optaſſet, cum audiviſſet, mortuum eſſe, cito ex Ceramania navi tempore hiemis Schirazum venit & inde in Choraſanam profectus eſt ad exercitum comparandum, quo fratris filium Malchaſcham adoriretur. Hanc ob cauſam & Malchaſchah ipſe bellum contra patruum paravit, quem etiam divino auxilio adiutus vicit & occidit. Filios eius excæcavit, quorum duo minores mortui ſunt, tres natu maiores vitam conſervarunt, ſed cæci, Soltanaſchah, Turchanaſchah, Vardanaſchah. Si, uti Soltanus, frater eius, in ſua regione manſiſſet, honore utique creviſſet. Anno

Pag. 267.

Arabum 466 Græcorum 1384 ingentes pluviæ a menſe Novembri
C. 1073. usque ad diem viceſimum quartum Februarii demiſſæ ſunt. Exundarunt fluvii & ex domibus etiam, ſciſſa terra, Bagdadi aquæ proruperunt. Multæ aulæ deiectæ ſunt & homines in regionem urbis occidentalem fugerunt. In Chaliphæ quoque aulam per portam Nubienſem, hoc eſt, eunuchorum Nubienſium, qui portam cuſtodiebant, aquæ influxerunt. Eunuchi & ancillæ cum omnibus in domibus intra aulam ſitis (erant in ea tunc temporis 1500 domus) fugerunt &, poſtquam enataverant, in plebeiorum domos
P. 268. lateris occidentalis ſe contulerunt. Chalipha ipſe, cum aqua ſub eius lecto prorumperet, ad fugam compulſus eſt, exitum autem, cum ad portam veniſſet, non invenit. Itaque eunuchus ſublatum eum in cymbam (262) impoſuit, in quam etiam mulieres eius & omnem ſupellectilem, quo inundationi eriperentur, comportavit. Ad aquarum impetum cohibendum Chalipha prophetæ ipſorum tunicam induit ſceptrumque manu prehendit, ſed nihil profecit. Multi in cercuris aliquot diebus ſine cibis fuerunt, quam inediam & ipſe Soltanus duos dies paſſus eſt, cum nihil, quod ederet, inveniret. Similiter Vezirus in cercuro ſuper aſſeres proiecto per duos dies cibo caruit. In deſertum etiam aquæ irruperunt & multos Maadenorum ſuffocarunt. Baduinum quendam dicunt, cum aquæ venirent, uxorem & filiam equis impoſuiſſe & ipſum alium conſcendiſſe. Duæ illæ, ab aquis correptæ, ceciderunt & ſuffocatæ ſunt, ipſe, equo relicto, in arborem vicinam aſcendit & tam diu ibi manſit, donec aquæ ſubſiderent. Leones etiam & bubali ſuper capitibus tumulorum aquis cinctorum conſpecti ſunt, qui, quaſi ſtupefacti, ſeſe non lædebant. Anno Arabum 467 obiit

Digitized by Google

obiit Chalipha Kaiemus ſuffocationis morbo mane diei Iovis die 13 menſis Schaabani, 75 annos natus. Viridi erat colore ob nimium uſum ciborum ex ficis factorum (263). Succeſſit filius eius, qui Moctadius appellatus eſt, quia ea nocte in vitæ periculo verſabatur, ſecundum mentem Aſtrologorum. Mars enim (264) qui in ſcorpio ortus erat, ea nocte ad Geminos, mortis regionem, deſcendit, e diametro Saturno, qui in Sagittario erat, oppoſitus; qua ratione cum ſigno piſcium, quod ſignum erat finis huius anni, Tetragonos efficiebat. *Poſt Kaiemum Moctadius filius eius* annos 19 & menſes 5. Anno 468 Arabes novam Mabugi arcem, P. 269.
Romanis, qui octo annos eam obtinuerant, quamquam maximam temporis partem ab Arabibus incluſi, eripuerunt. Anno poſt in Syria in Turcomanorum & Ægyptiorum exercitibus ingens cædes edita eſt. Poſt cædem fames & morbi lues orta eſt, maxime Damaſci, cuius parum abfuit, quin omnes incolæ morerentur. Ex 300000 enim, qui in ea fuerant, 3000 relicti ſunt; & duo piſtores ex 240. Aula, quæ 3000 denariorum conſtiterat, uno denario vendita eſt & vix erant, qui emerent. Ob exiguam frumenti copiam mures mirum in modum multiplicati ſunt, quia feles deficiebant, quos homines dudum comederant. Erant feminæ cuidam duæ aulæ, quarum unam 300 denariis emerat, alteram 400. Propter damna murium unam pro ſeptem zuzis vendidit & pro iis vicum ſibi comparavit. Anno Arabum 470, Græcorum 1389, C. 1078.
cum negligenter Michael regnum adminiſtraret propter ſtranguriæ morbum, quo laborabat, & quia de nulla alia re quam de ſuo corpore ſanando cogitabat, neminem ad ſe admittens, rebellavit contra eum Nicephorus botanicus, qui agricola quondam fuerat,

rat, deinde ad dignitates promotus primum Cypro inſulæ, deinde
Antiochiæ præfuerat, tandem dimiſſus in paupertatem deciderat.
Hic, aſſumto ſocio, Emira ex ſtirpe Salgukitarum, Katlemiſcho,
filio Iabgu Arſalani, filii Salguki, qui a Soltano Aleb Arſalano
profugus, in imperium romanum, ſecuritatis cauſa, ſe contule-
rat, Conſtantinopolin quatuor menſes obſedit, donec, fame orta,
duæ panis placentæ (265) denario, gallina denario, & 15 ova
P. 270. etiam denario venderentur. Fami lues adhæſit mortifera. Nar-
ravit veſpillonum, unus qui mortuos in coemeterium eccleſiæ ma-
gnæ efferebant & inde, cum plenum eſſet, cadavera per portam
ad mare ferentem in mare proiiciebant, cuius operæ pretium
erat quadrans, ſe hisce quatuor menſibus 160000 quadrantium
accepiſſe. Incredibilem eſſe dicit quidam annalium ſcriptor hanc
ſummam nimis magnam; ſed ego ſcripſi, uti audivi. Cum Pa-
triarcha cum magnatibus videret, imbecilliorem eſſe Michaelem,
quam ut obſidentes depellere poſſet, apertis portis urbem tradi-
derunt Nicephoro; cui urbem ingredienti Michael occurrit pedi-
bus incedens & diadema manibus tenens dixit: accipe & gladium
a populo cohibe; ſi a me poſtulaviſſes, ſine bello tradidiſſem. Raſus
deinde eius iuſſu & monachus factus cum carnium eſu abſtineret, fana-
tus eſt. In monaſtica tamen vita diem ſupremum obiit. Michaelis
duos filios Nicephorus caſtravit, uxorem in gynæceum ſuum induxit.
Spretus tamen eſt ab omnibus, nemini placens. Itaque territus in pa-
latio ſe continuit & nunquam ad bellum exiit. Ad Katlemiſchum re-
ducendum Soltanus Malchaſchah ſervum ſuum Barſukum cum militum
manu miſit, qui, cum Conſtantinopolis finibus appropinquaſſet, miſſo
ad Nicephorum oratore, petiit, ut Katlemiſch ſibi traderetur. Re-
ſpon-

ſpondit Nicephorus: fides noſtra vetat nos dedere hominem, qui fidei noſtræ ſe credidit; etiamſi nos omnes pereamus. Tamen en! ante te eſt; ſi capere potes, capias. Conſeruerunt igitur manus Katlemiſchus & Barſukus, ſed cum ab utraque Turcorum parte multi occiderentur, miſit Barſukus aliquem, qui Katlemiſcho diceret: Cur tui meique Turci pereunt? Imo nos duo ſoli congrediamur, ut, qui alterum ſuperaverit, omnium victor ſit. Cum Katlemiſchus conſenſiſſet, Barſukus dolo utens ſervorum unum, ſua veſte indutum, ſuis armis ornatum, ſuo equo inſidentem contra Katlemiſchum emiſit. Ipſe cum (266) viginti equitibus tanquam in theatro ſpectaret, adſtitit. Hunc ſervum cum Katlemiſchus ex equo deieciſſet & ad eius caput abſcindendum ex equo deſcendiſſet, proſiluit Barſukus cum ſociis & Katlemiſchum obtruncavit. Hanc tamen ob cædem doloſe peractam paucis perſuadere potuit Barſukus, ut ſecum ad Soltanum redirent; plurimi ad partes Solimani filii Katlemiſchi tranſierunt & cum eo, finibus Romanorum egreſſi, urbes in litore maris ſitas, usque ad Anatartum & Tarſum ceperunt. Anno Arabum 475 & poſtea etiam Antiochiam Solimanus expugnavit. Anno Arabum 476 Scharfoddaula, filius Koriſchi, Haranem cepit, cuius præfectum Karazium ſuſpendit. Eodem anno, qui Græcorum erat annus 1394, die 23 Septembris Edeſſam Turcis eripuit Filardus Armenus, cuius paullo poſt mentio erit. Nicephorus poſtquam duos annos multo cum contemtu adminiſtraverat & imperium prope ab exitio aberat, exercitus dux Alex Komanatus (Alexius Comnenus) conſpiratione cum magnatibus facta, loco extra Conſtantinopolin ad hanc rem apto, imperatorem pronuntiari ſe curavit, quo facto confeſtim in urbem cum ſociis, in

P. 271.



Digitized by Google

qua nemo erat, qui reſiſteret, reverſus eſt. Ingrediente Alexio palatium, egreſſus eſt Nicephorus, quem, ut par pari redderetur, contumelia & contemtu cumulaverunt. Anno Arabum 477, cum filius Mervani, qui non Mozalæ tantum, ſed toti tractui usque ad ripas Euphratis præfuit, Maadenorum copiis confiſus, minorem quam deceret, Soltano reverentiam præſtaret; Malchaſchah, miſſo ad Emiram Artukum legato, petiit, ut Turcomanorum copias congregaret & ad bellum paratus eſſet.
Pag. 272. Mervani filius, qui hoc audiiſſet, per legatum Scharfoddaulam, Koriſchi filium, magnum Maadenorum Emiram, rogavit, ut ſibi auxilio veniret; cum quo deinde prope Amidam coniunctus eſt. Cum etiam Artukus veniſſet, Scharfoddaula, conſpecta Turcomanorum multitudine, miſit, qui Artuko dicerent: Ego Soltani ſervus ſum, & ſic quoque hic Mervani filius. Quid proſit igitur diſſidium? Suadeo, ut tu redeas & et ego quoque redeam; ut pax inter nos ſit. Conſenſit Emira Artukus; ſed indignati ſunt Turcomani murmurantes, quod ſe ſine præda domum reverti vellet. Hanc ob cauſam circa mediam noctem equos conſcenderunt & cum illuxiſſet, Maadenos invaſerunt, quorum multos obtruncarunt, reliquos in fugam coniecerunt. Ipſe Scharfoddaula, cum nihil ſpei ſupereſſet, fugit & Amidam ad filium Mervani ingreſſus eſt. Turcomani autem, irruptione in Maadenorum habitationes facta, mulieres liberosque & quidquid rerum poterant, abduxerunt. Maadenorum Emiras, quos aſſecuti erant, funibus collo iniectis, ad Amidæ muros adduxerunt ibique denariis decem, quinque & paulo etiam viliore pretio vendiderunt. Venditus eſt equus arabs egregius quinque denariis, camelus uno, aſinus quinquis zuzis et ovis dimi-

Digitized by Google

dimidia zuza. Plus iam 10000 lancearum confregerunt & ad flammas alendas qllis ſuppoſuerunt. Deinde diſſidio inter eos orto, ab Amida receſſerunt, quo facto Scharfoddaula ad Lunekum abiit. Hoc tempore cum Romanorum imperium imbecillum eſſet, & Turci ab omnibus partibus diriperent, irrupit etiam Armenorum quædam caterva quinquaginta circiter fortium virorum & late latrocinia agitabant. Cum in agro Maraſchenſi vagarentur, inciderunt in Filardum, iuvenem Armenum, quem, cum fortis & callidus, ad rapiendum & occidendum paratiſſimus eſſet, ducem ſibi itinerum præfectumque legerunt. Eius etiam artibus munita aliquot Ciliciæ loca quaſi ſurripuerunt; tandem illorum numerus adeo auctus eſt, ut Romanorum imperator de eorum latrociniis certior factus dona illis mitteret. Filardum Conſtantinopolin ingreſſum gaudio exceperunt Græci et auro armisque præbitis, Auguſtum ſibi legerunt. Inde egreſſus Ciliciam cepit & Antiochiam, & viribus magis auctis, Maraſcham, Chiſchumum, Rabanam & Edeſſam. In exercitu eius Perſæ erant, Turci & Armeni. Antiochenorum principibus, quæ eius erat iniuſtitia, facultates abſtulit copiisque ſuis diviſit, eamque ob cauſam oderant eum Antiocheni, quos ipſe etiam odio habuit. Cum ex illa deſcederet, urbis præfectum reliquit Perſam, cui nomen erat Iſmael. Eo tempore Solimanus, filius Katlemiſchi, quem in urbe regia occiſum eſſe diximus, cum audiiſſet, abiiſſe Filardum, paratis navigiis, quia dudum Anatartum & Tarſum ceperat, ad Antiochiam a latere montis venit eamque cepit. A præfecto Perſa adiutus eccleſiam quoque magnam Koſinæ aperuit & ex ea cimelia, aurea et argentea vaſa, omniaque a civibus depoſita, quorum magnus numerus fuit, egeſſit. Eccleſiam in oratorium templum com-

Pag. 273.

Digitized by Google

commutavit. Pace per urbem per præcones indicta, gladium a civibus abſtinuit Turcosque vetuit chriſtianorum ullam domum ingredi & filias eorum, quamvis in matrimonium ducere vellent, educere. Imo edixit, ut nihil omnino prædæ, quam cepiſſent, ex urbe aſportarent, ſed omnem in urbe, quamquam viliore pretio, venderent. Hoc modo Antiochenorum animos ſibi reconciliavit effecitque, ut non tantum (Perſa) arcem traderet, ſed ipſe etiam Antiochenis magis placeret, quam Filardus, qui chriſtianus fuerat, ſed nomine tantum. Solimanus, filius Katlemiſchi, in Romanorum fines iterum ingreſſus urbes cepit, Nicæam, Nicomediam, Iconium, iisque filio ſuo Kalig Arſalano ad tuendum traditis, ad
Pag. 274. Antiochiam revertit. Sebaſtiam, Cæſaream & Pontum expugnavit Emira Iſmael filius Aniſchmedi, huiusque nomine hæc regio usque ad hunc diem regio Aniſchmedi appellatur. Hæc evene-
C. 1085. runt anno 477 Arabum, Græcorum 1396 menſe Novembri. Hoc anno Scharfoddaula Somoſatam eripuit Armenis & avunculus Katlemiſchi, Turcus, Melitenen diripuit. Anno Arabum 476 Scharfoddaula Maadenorum copias ad Antiochiam duxit. Egreſſus contra eos Solimanus filius Katlemiſchi non tantum Maadenos vicit, ſed ipſum etiam Scharfoddaulam interfecit. Emira Artuk, quem ſuperius narravimus Maadenos ſuperaſſe, cum intellexiſſet, Soltanum Malchaſcham aliter atque antea erga ſe affectum eſſe, cum manu ſua in Syriam proficiſci paravit et cum Mozalam perveniſſet, miſit ei Soltanus per duos ſuorum amicorum veſtes regias, equum, diploma et quinque denariorum millia, ut animum eius reconciliaret & ad ſe reduceret. Ille autem recuſavit & dixit: tu inimicus meus es in miniſterio Soltani. Satis ſcio, te non permiſ-

permiſſurum, ut bene erga me affectus ſit. Itaque ego contra Solimanum, Katlemiſchi filium, proficiſcar & minime patiar, ut in terris Soltani vagetur easque perdat: Quod conſilium cum approbaſſent, illo relicto redierunt. Hoc anno peſtifera lues Perſiam, terram Sincar & Syriam valde afflixit. Multi vici ab incolis vacui erant. Homines, cum ſtabant, tremore correpti ceciderunt exanimes. Diutius quam ſex dies hic morbus exitialis non duravit. Narravit eques Turcus: Cum portam urbis Mohavalæ præterirem iuxta Amidam ſitæ, conſpexi puellam ante oſtium flentem & clamantem: quis me a morte liberabit & ſecum abducet! Eheu! mors, domum noſtrum ingreſſa, patrem, matrem, fratres ſororesque enecavit. Introii & novem mortuorum cadavera inveni; quo viſo territus abii & aufugi. Poſtea tamen puellæ miſertus redii, ut abducerem, ſed inveni ſuper matris pectus prolapſam & exanimem. Die viceſimo ſeptimo Octobris huius anni, qui Græcorum eſt 1396, ventus Bagdadi flavit niger aërem obſcurans, excitato denſo pulvere, qui magni montis inſtar inter cœlum & terram in æthere volutabatur. Multi homines mortui ſunt, multæ pecudes, multæ etiam feræ in deſerto. Scurræ in balinea ingreſſi veſtes ex illis rapiebant & in plateis quoque homines diripiebant. Multæ naves merſæ ſunt. Anno Arabum 479 bellum ortum eſt inter Emiram Artuk Begum & Solimanum, filium Katlemiſchi, Antiochiæ dominum, quo in bello hic Solimanus cecidit. Hunc narrant ipſum, cum audiiſſet, partis ſuæ homines victos eſſe, cultrum in corpus ſuum adegiſſe. Cum cultro enim ventri infixo inventus eſt. Soltanus autem, certior factus, Solimanum occiſum eſſe, ex Choraſana in Syriam abiit, Emira Artuk autem Hieroſoly-

P. 275.

C. 1085.



Digitized by Google

ſolymam profectus eſt, ubi in turrem regis Davidis familiam ſuam ſuosque milites ſecuritatis cauſa induxit. Soltano, qui Edeſſam veniſſet, hucusque Filardi imperio ſubiectam, aperte cives urbem tradiderunt. Profectus autem erat Filardus, qui, quam exoſus Edeſſenis eſſet, animadvertiſſet, in Choraſanam ad Soltanum, quem tamen, quia alia via venerat, in Perſide non invenit, ſed in Meſopotamia, in quam redierat, aſſecutus eſt, iam Edeſſa potitum. Cui poſtquam promiſerat, ſe tributum ſoluturum & pro Chalipha & Soltano eum ubique pronuntiaturum, Mahommedanus factus & circumciſus eſt. Poſtea ægrotans caſtra Soltani in omnibus eius itineribus ſecutus eſt. Edeſſam, cuius cives eum oderant, Solta-
Pag. 276. nus ei non reddidit, ſed Maraſcham attribuit, in qua hic miſer non ita multo poſt vitam finivit. Ad fidem tamen chriſtianam eum dicunt rediiſſe & Chriſtianum mortuum eſſe. Soltanus Edeſſa egreſſus caſtrum Gaabar, quod latronum caterva occupaverat, obſedit. Latronibus ad pugnam progreſſis, tres Turci ab ea parte urbis, qua nemo hominem adſcendere poſſe putaverat, in murum eſcenderunt & Soltanum adeſſe clamarunt. Latrones horum voce obſtupefacti & manus remittentes a Turcis capti ſunt. Dux eorum Gaabar occiſus eſt. Huius uxor, fortis animi femina, e muro ſe deiecit, ad terram tamen, vento pallium eius inflante, illæſa & ſenſim pervenit. Adductam interrogavit Soltanus, cur hoc feciſſet, & reſpondit: mori placuit, quia poſt mariti mortem nullius viri alius imperio ſubeſſe volui. Interrogavit etiam: cuias eſſet, & reſpondit: Damaſcenam. Deinde Soltani iuſſu mulo impoſita in gynæceum inducta eſt. Inde Soltanus ad Halebum & Antiochiam copias duxit &, poſtquam eas ceperat, Bagdadum propter penuriam

riam & famem, quæ in Syria erat, reverſus eſt. Chaliphæ filiam ſuam in matrimonium dedit. Deinde in Chorafanam profectus eſt. Edeſſæ & Melitenæ præfectus eſt Emira Buzan, Halebo Akſankur. Anno Arabum 485 Soltanus ex Syria Bagdadum venit, ubi inter eum & Chalipham diſſidium ortum eſt. Soltanus a Chalipha poſtulaverat, ut filium ex Soltani filia naſciturum Chalipham poſt ſe pronuntiari iuberet, quod cum Chalipha recuſaviſſet: Soltanus miſit, qui Chaliphæ diceret: diſcede ex Bagdado. Reſpondit Chalipha: quod iubes, faciam; decem tamen dies mihi velim concedas, ut ad exitum me parare poſſim. Die ſeptimo Soltanus febri ardenti (267) correptus obiit. Vulgatum eſt, ſervum Curdæum potione venenata eum interemiſſe. Poſt eius mortem uxor eius, admodum ſapiens, Turchan Chatun, regni habenas rexit; cuius filius Mahmud, Malchaſchæ filius, Bagdadi Soltanus pronuntiatus eſt, non plus quam quinque annos natus. De illius acuto ingenio hæc narrant. Cum Chalipha regiis veſtibus indutum in throno collocaviſſet, neque manum neque pedem extendit. Non oculos contraxit, in nullam partem inclinatus, nulli rei innixus eſt & nullum membrum movit, ſed uti petra immotus ſedit, ut omnes admirarentur. Turchan Chatun cum filio ſuo Izpahanum diſceſſit. Pro quo Turcorum alia factio filium Soltani Malchaſchæ alium, ex patrui eius filia prognatam, Turcheiarukum, produxerunt regemque ſibi conſtituerunt. Ab huius parte decem hominum millia, a Mahmudi fratris viginti millia ſtabant. Cum copias ſuas ambo educerent, magnates Mahmudi defecerunt & ad Turcheiarukum tranſierunt. Sumſit etiam ſibi Tagoddaula Tatiſch, frater Soltani Malchaſchae imperium in Mozalam, Niſibin, Mifractam, Syriam et Damaſcum, quo facto in Adorbiganam profectus eſt. Obviam ei venit Soltanus Turche- Pag. 277.

 iaruk

Digitized by Google

iaruk fratris filius, & poſtquam in regione Tabrizi in urbe Edabada conveniſſent, Tatiſchus Damaſcum rediit. Soltano Turcheiaruko Akſankur etiam et Buzan, Emiræ, adhæſerunt. Turcheiarukum Bagdadum profectum Chalipha agnovit, regiis veſtibus ornavit &, diplomate miſſo, Soltanum pronuntiavit. Anno Arabum 481, cum Chalipha menſæ aſſideret & gallinam aſſatam ederet; oculis eius phantaſmata obverſabantur, quam ob rem ancillæ coram eo ſtanti dixit: quinam iſti ſunt, qui iniuſſu meo ingre-
P. 278. diuntur. Reſpexit illa, ſed neminem vidit. Ad Chalipham iterum converſa conſpexit illum retrorſum lapſum & moribundum, antequam manus lavaret. Itaque repente exſpiravit. Succeſſit filius eius Moſtattaher. *Poſt Moctadium regnavit filius eius Moſtattaher* annos 25 & menſes 5. Hoc anno mortua eſt Turchan Chatun, Soltani Mahmudi mater, animoſa & ſapiens femina, quæ ab Aphdaſiabo, primo Hunnorum rege, originem ducebat. Pater eius Taphrag rex erat Charzæorum. Apud filium non manſit, ſed ſolummodo Izphahani habitavit. Paulo poſt Soltano cum paucis ſuorum militum Izpahanum profecto Soltani Mahmudi magnates portæ fores obiecerunt eo conſilio, ut eum introducerent & manus illi inferrent. Poſtea cum aperirent & hi ingreſſi diem unum in urbe fuiſſent, Mahmudus febri acuta correptus eo ipſo die mortuus eſt, ſeptem annos natus. Conſentientibus magnatibus Turcheiaruk & Izphahani rex pronuntiatus eſt. Anno 484
C. 1095. Arabum, 1406 Græcorum, cum Solimanus Iconii Soltanus Melitenen obſidione premeret, primarius quidam Soltani miniſter legati habitu ad urbem acceſſit petiitque, ut cum urbis epiſcopo, Saëdo, filio Zabuni, cognominato Mar Ioanne, ſcholaſtico (268),

qui

Digitized by Google

qui vir erat ſanctus & doctor admirabilis, colloquendi poteſtas ſibi daretur. Huic iuſſu Gabrielis, Græci, hominis exſecrandi, urbis præfecti, ſyriace ille miniſter dixit: Suadet vobis Soltanus, ut urbem tradatis & pro hac re benignitatem eius experiamini. Sin minus, vi expugnabit & tum veſtrum & omnis populi ſanguinem a vobis exiget Deus. Reſpondit Epiſcopus: hoc non fiet. Urbem enim volente Deo nemo expugnare poteſt, quippe in qua panis copia in plus quam decem annos eſt. Aquæ in ea ſcaturiunt & ex illa profluunt. Bellatorum in illa magna eſt multitudo eorumque formidabilium, quos iam experti eſtis. Dum hæc epiſcopus loquebatur, adſtitit a tergo Gabriel maledictus & omnia audivit. Poſtquam autem miniſter ille diſceſſerat, Gabrieli epiſcopus dixit: Audiiſti, domine, quæ locutus ſum, ſed utilius tamen erit verbis, paci conciliandæ aptis, muneribusque hunc Soltanum ad diſcedendum adducere, quia tu ipſe vides, quanta miſeria divites non minus, quam pauperes premantur. Hic autem maledictus iram in animo ſervavit & die poſt militem ad eum occidendum miſit. Cucurrit ad illum epiſcopus pro vita ſua deprecaturus, & aſſecutus eſt inter duos muros obequitantem; ſed maledictus epiſcopum vix conſpectum, ira exardeſcens, non modo conviciis inceſſivit, ſed lancea etiam ſua transfixit. Poſt duos demum dies fideles eius aſportandi, comitandi & ſepeliendi in eccleſia magna poteſtatem impetrarunt. Soltanus cum audiviſſet, Francos adventare, urbe relicta abiit. Anno Arabum 489, Græcorum 1407, aſtrologis tantam inundationem, quanta Noæ temporibus fuerit, prædicentibus, advocavit Chalipha Moſtattaher aſtronomum Bar Iſun & hac de re eum interrogavit. Reſpondit ille:

P. 279. C. 1096.

Temporibus Noæ ſeptem planetæ in ſigno piſcium congregati erant quare illa magna inundatio exſtitit. Hoc anno Saturnus ſolus in piſcibus non eſt, qui ſi cum aliis adeſſet, ſimilis forte hæc inundatio illi antiquæ fieret; itaque ego prædico, in eo loco, ubi ex multis regionibus magna hominum turba congregata erit, omnes aquis perituros. Poſt paucos dies allatus nuncius eſt, homines Meccam ad precandum profectos ab æſtu oppreſſos omnes ſuffocatos eſſe.
Pag. 280 Hoc anno Gabriel Græcus, qui Melitenæ præeſſet, veneno intercmit hominem, nomine Abuſalamum, principem, eximium virum, generum filiorum Abu Imrani. Anno poſt hic maledictus mercatores fideles & Deum colentes, Barzumam, monachæ filium, huiusque duos filios, & Baſilium Havæ & martyrem diaconum Tanatenæ occidit & ex horum domibus, uti ex Abumanzuris, regis filii, aurum, argentum, ſuppellectilem abſtulit. Ex eccleſia epiſcopi cruces, turibula & chriſmatis urceum omniaque cimelia rapuit. Aulas eorum vaſtavit, arcem & murum ædificavit. Hoc
C. 1096. anno, qui Græcorum eſt 1408, exierunt duo reges Franci & ſeptem Comites & Antiochiam venerunt, quam Turcis eripuerunt. Cauſa exitus eorum erat hæc: Cum Syria, Palæſtina, & omnes regiones in Turcomanorum poteſtate eſſent, multa mala Chriſtianis ad precandum Hieroſolymam venientibus, maxime iis, qui Roma & e ceteris Italiæ locis veniebant, inflixerunt; quam ob rem Franci, ad iram provocati, coacto exercitu, primum in Hiſpaniam profecti ſunt eiusque urbes ceperunt. Multum ibi ſanguinis profuderunt, multis Arabibus aures, naſos, labia amputarunt, oculos excæcarunt. Deinde ad Conſtantinopolin profecti, cum Alexius, Romanorum imperator, tranſitum non daret, poſt ſeptem demum

Digitized by Google

demum annos, quos bellando contra eum abſumſerant, ad Antiochiam venerunt, & novem menſes oppugnarunt. Cum capere non poſſent, promiſſo auro corruperunt Ruzabam, Perſam, præfectum turris a latere cavernæ, quæ Chaſchcharuph appellatur. Super hanc cavernam proiectæ erant trabes ferreæ, quæ turrem ſuperſtructam ſuſtinebant. Noctu Franci ex illo loco irrumpebant & alii quoque per funes in murum enitebantur. Aucto numero Pag. 281. cornibus vigilia noctis ultima cecinerunt. Excitatus ſomno præfectus Turcus, cui nomen erat Gaiſaganus, opinabatur, Francos arcem cepiſſe & terrore perculſus feſtinanter porta aperta, cum triginta viris in via Halebum ferente fugit. Cum illuxiſſet, digitos mordens dixit: quomodo fieri potuit, ut regionem, meos milites, meosque filios, & facultates desererem & exirem? Reſpectans Antiochiam flevit & præ magna animi moeſtitia ex equo decidit. Equo a ſuis denuo impoſitus cum iterum iterumque deciiſſet, reliquerunt eum & aufugerunt. Armenus ex monte, ubi ligna ceciderat, veniens caput eius amputavit & ad Francos pertulit, qui, urbe capta, Arabes Turcosque diripuerunt, & multos ex illis occiderunt. Regem in ea conſtituerunt Baimundum, Comitum unum, qui cum illis erat, diutius tamen quam 13 dies Franci in ea non manſerunt, quia, quod ederent, non inveniebant, & multi equis ſuis veſci cogebantur. Quo audito Soltanus Turcheiaruk equitum 100000 Antiochiam miſit, qui ad Bagraſam conſtiterunt. Regum Francorum unus quum ſomnium ſomniaſſet, aperuerunt in eccleſia Koſinæ locum, quo clavos eius crucis, cui dominus noſter affixus erat, invenerunt; e quibus poſtquam crucem & lanceæ cuſpidem procuderant, contra Turcos egreſſi, ad-

iuvante

iuvante Deo, victoriam reportarunt & terram occiſis repleverunt. Poſtea urbem Moarram expugnarunt, in qua plus quam 100000 hominum occiderunt. Poſt 40 dierum moram magnam quoque hominum catervam abduxerunt captivam. Inde in montem Libanum profecti ſunt, & permultos eorum, qui Naziræi vocantur, interfecerunt. Poſthæc arcem, quæ iuxta Tripolin ſita eſt, quatuor menſes oppugnarunt, ſed capere non potuerunt; quapropter
P. 282. ea relicta Schizaram perrexerunt, cuius præfectus Bar Monikadus Arabs ſe ſubiecit & tributum ſolvit. Ab hoc Emeſam profecti ſunt; unde, poſtquam eius præfectus Ganahoddaula egreſſus obedientiam promiſerat, ad Hieroſolymam duxerunt copias, quam plus quam quadraginta dies oppugnarunt, ab Ægyptio quodam, Aphtecharoddaula, defenſam. Erexerunt contra eam Franci duas turres ligneas, unam a latere orientali eo loco, qui Zion vocatur, alteram inter portam orientalem & portam Mar Stephani. Turrem Zion Arabes iniecto igne incenderunt, ſed antequam conflagraſſet, allatus clamor eſt, irrupiſſe Francos a latere orientali. Cædes totam hebdomadem duravit. In templo Salomonis Franci plusquam 70000 Arabum occiderunt, ex quo (269) quadraginta argenteas lampades, quarum unaquæque 360 zuzas pendebat, aliasque minores 150, quarum viginti ex auro Ægyptiaco erant, abſtulerunt. Rapuerunt etiam furnum argenteum lampadibus inſervientem, quadraginta litrarum Syriacarum (quævis litra Syriaca ſex litras ponderis Bagdadenſis continet) cum multis aliis vaſis & ornamentis. Regnavit in ea primus rex ex Francis anno Græcorum 1409 Gondofra, duos annos. Poſt eum rex fuit Bagduinus annos 17. Cum Ægyptii audiiſſet, quæ in Ægypto facta erant, Aph-

Digitized by Google

Aphzal filius ducis exercitus cum magnis copiis, ex quibus Franci Arabes multos occiderunt. Reliqui Aſcalonem fugerunt. Solverunt Aſcalonitæ 12000 denariorum, quo facto Hieroſolymam redierunt. Anno Arabum 492 Turcorum magnates defecerunt a Soltano Turcheiaruko propter Vezirum Magdoddaulam, qui eos iniuriis afficiebat &, occiſo Veziro & Turcheiaruko relicto ad Pag. 283. partes fratris Mohammedis tranſierunt. Quem, poſtquam hi ſibi regem elegerant, Chalipha etiam agnovit et, diplomate dato, pronuntiari iuſſit Gaiatuniam & Aldinum Abuſchugam Muhammedem Soltanum: Turcheiaruk Bagdadum fugit perſequente Soltano Mohammede, qui modo victor fuit, modo victus eſt. Hoc tempore anno Arabum 493 mortuus eſt Haha; medicus Bagdadenſis filius Gazlæ, auctor clariſſimi libri Manhag, qui omnibus medicorum noſtri temporis manibus verſatur. Inſcriptus eſt: de medicamentis & alimentis ſimplicibus & compoſitis. Hic, chriſtianus ortu, ab homine Arabe, logico, Abu Ali, filio Walidi, logicam didicerat, & cum huius ſophiſmatibus eo adductus eſſet, ut unionem amoris & perſonalem, quæ Neſtorianis placet, cum divina natura conciliare non poſſet, Mohammedanus factus eſt. Dives fuiſſe dicitur & amicos tantum ſuos, cum ægrotarent, viſitaviſſe gratis. Gabriel Græcus, Melitenes præfectus, cum ab Emira, filio Aniſchmedi, qui æſtate e Sebaſtia exibat, regionem vaſtabat & frugibus conſumtis hieme revertebatur, multum vexaretur, miſit legatum ad Francos, illisque ter iuravit, ſe Melitenen traditurum eſſe. Franci, nihil timentes, fidem habuerunt; itaque Baimundus rex exiit Melitenen occupaturus. Armeni autem, qui inde a diebus Filardi ea loca obtinebant, inprimis Chug



Digitized by Google

Baſilius, hoc eſt, latro, qui Chiſchumum & Raabanam tenebat, & filii Rophaini, nonnullorum in Armenia locorum domini, veriti, ne a Francis vincerentur, & e ſuis locis expellerentur, clam per legatum Iſmaelem, Aniſchmedi filium, rogarunt, ut Francis inſidiaretur; id quod etiam maledictus Gabriel fecit. Cum enim
P. 284. rex Francus ad urbem Gabanam, ſupra Melitenen ſitam perveniſſet, de die in diem, quo eum deciperet, (traditionem) diſtulit, donec filius Aniſchmedi adveniret. Hic inſidiis ante regem poſitis, eum cepit, & vinctum Sebaſtiam miſit. Quo facto ad Melitenen copias duxit eamque oppugnavit, in qua malus Gabriel miſeriam eo auxit, quod ſine miſericordia oppidanos diripiebat. Hanc ob cauſam indignati duo milites urbem Turcis tradiderunt
C. 1102. die Mercurii 18 Septembris anni 1413. In libris autem arabicis 1412 invenimus. Turci in miſeram urbem ingreſſi omnes illius divitias diripuerunt, quia filius Aniſchmedi copiis ſuis omnes huius opes præter homines attribuerat. Nam ne unum quidem perire patiebatur. Sibi enim populum exceperat. Huic in domos ſuas reducto triticum, tauros & reliqua utenſilia ex ſua ipſius regione apportanda curavit illique diviſit. Eius tempore Melitenæ admodum bene erat. Urbi præfecit Baſilium, hominem iuſtum & pium. Contra Gabrielem autem expergefacta iuſtitia eſt. Pæne omnibus modis excruciarunt eum Turci et magis etiam Chriſtiani, quo modo illi in memoriam reducebant cædem ſancti epiſcopi & oppreſſorum aliorum principum. Conviciis ſatiatum Turci ante arcem Katiæ, in qua eius uxor erat, adduxerunt iuſſeruntque uxori præcipere, ut arcem traderet. Ille etiamnum, quæ inſignis eius erat malitia, Turcos decepit & uxori dixit: trade arcem,

arcem, & hoc ſigno mentem meam cognoſce, quod iam ante dies aliquot puerum tibi miſi Midas. Hoc nomen Armenice *noli tradere*, ſignificat. Quod cum Turci intellexiſſent, obtruncarunt canibusque devorandum obiecerunt. Baimundum autem Francorum regem filius Aniſchmedi Melitenam adductum 100000 denariorum vendidit, Baimundus, tradita filio ſororis ſuæ Antiochia, in regionem ſuam, reverſus eſt. Anno 1414 Arabes, accepto nuncio, P. 285.
exiguam eſſe Sanagalli, qui in urbe Tarſi erat, manum, Turcorum C. 1103.
copias ex Tripoli, Damaſco & Emeſa contra eum contraxerunt. Rex Francus non plus quam 300 equites ſecum habebat, quorum centum contra Damaſcenos, centum contra Tripolitanos emiſit, quinquaginta ſibi ipſe ſumſit. Cœpta fuga Emeſeni & Damaſceni, quorum plus quam 5000 fuerant, confeſtim in montes fugerunt, Tripolitani autem pertinaciter reſtiterunt. Sanagallus cum, quam fortiter Franci pugnarent, vidiſſet, ipſe cum ſuis quinquaginta Francis eos aggreſſus eſt, vicit & fugientes etiam perſecutus eſt. Arabum ad 7000 ceciderunt. E Cilicia egreſſus Tripolim magna vi oppugnavit. Anatartum cepit & omnes Arabes, qui in ea erant, occidit. Alias quoque arces oppugnavit. Ptolemaidem alius Comes mari advectus incluſit & multum vexavit. Edeſſam quoque expugnarunt, & ex Syriæ regionibus, quæ Arabibus & Turcis parebant, quasque diripiebant, multos homines abduxerunt. Anno Arabum 498 cum Soltanus Rocnoddin Turcheiaruk, qui variis iisque gravibus morbis, phthiſi, hæmorrhoide (270) aliisque malis laborabat, ſentiret, ſe moriturum, iureiurando adegit magnates ſuos, ut fidem filio ſuo parvo Malchaſchæ promitterent. Hic Bagdadi ſeptem tandem

 annos

Digitized by Google

annos natus, pronuntiatus eſt Soltanus nomine Galaloddaula Malchaſchah. Turcheiaruk mortuus, Izphahani ſepultus eſt. Bagdadum, cum Malchaſchah Turcheiaruki filius ibi eſſet, venit etiam Soltanus Mohammed, patruus eius, erantque Bagdadenſes in magno metu, ne propter diſſidium, quo alter ab altero abhorrebat,
P. 286. diriperentur. Quia autem Emira Aiazus, cui regni adminiſtratio commiſſa, vir erat admodum ſapiens & omnes Turcheiaruki copias imperio ſuo regebat, hic Soltanum Mohammedem adiuravit eique dixit: hic puer filius eſt fratris tui teque magis decet quam me huius ſaluti proſpicere, minime autem hunc regno, paterna hæreditate, privare. Reſpondit Soltanus: hic filius meus eſt, promiſitque ei omnia bona. Acceſſit deinde Emira Aiazus ad Soltanum & ab hoc magno honore exceptus eſt. Die inſequenti petiit a Soltano Emira Aiazus, ut epulis a ſe apparatis intereſſet. Non recuſavit Soltanus & re vera venit. Accidit autem caſu eoque fatis infelice, ut inter Aiazi famulos ſcriba adeſſet ſub veſte lorica indutus, qui inter miniſtrantes adſtabat & difficile movebatur. Quod cum Soltanus animadvertiſſet, uni ſervulorum, qui ei ſerviebant, clam, Abi, inquit, & contrecta iſtum virum, & ſcutare, quid ſit, cur eius diſceſſus & reditus tam impeditus ſit. Qui puer cum quaſi per iocum eum contrectaviſſet, rediit & Soltano dixit: lorica indutus eſt ſub tunica. Tum Soltanus dolum Aiazi ſuſpicatus eſſe: ſi ſcribæ, inquit, loricis induti ſunt, quanam re equites Turci induentur? Hæc fatus ſpeculatores, qui ante eum erant, caput ei abſcindi iuſſit. Quo audito, Turci, qui a parte Aiazi ſtabant, Syriam fugerunt, quidquid e ſuis aliorumque rebus auferre poterant, ſecum portantes. Anno Arabum

499

Digitized by Google

499, Græcorum 1417, menſe Martio exundarunt fluvii & Euphrates quoque aucta aquarum mole multas aulas evertit. Paravit igitur Bagdadenſis quidam, homo dives, qui audiviſſet, aquas iam ad cancellos ſuos pertigiſſe, quia opinabatur, aulam ſuam vaſtatum iri, naves duas, in quas facultates ſuas & uxores, liberos ancillasque impoſuit. Nautis præcepit, ut in locum altiorem eas deducerent; ſed non longe avecti erant, quum navis merſa eſt. Perierunt cum ea novem ancillæ, quæ magno pretio emtæ erant, & ex ſeptem filiabus una, quam mater cum illis fugere iuſſerat: magna quoque facultatum pars fluctibus hauſta eſt. Qui in nave erant, cum hoc infortunium vidiſſent, ad aulam ſuam reverterunt. Inſequenti die aquæ etiam ſubſederunt, quo facto homines Dei imperſcrutablia iudicia laudaverunt, &, vanum eſſe hominum auxilium, agnoverunt. Hoc anno Tanuſchmanus Sebaſtiæ mortuus eſt, poſtquam duos annos in urbe Melitene regnaverat. Obſedit deinde Kalig Arſalan Melitenen die 28 Iunii, contra cuius rotundam turrem ab oriente verſus ſeptentrionem ſitam propugnacula paravit. Poſt multa certamina urbem ſecundo ſeptembris anni 1477 Græcorum accepit, non tamen vi, ſed deditione. Neminem læſit, poſtquam ea potitus eſt. Anno Arabum 500 cum Gabarmiſchus, Emira Turcus, defectionem a Soltano Mohammede meditaretur, excitavit Soltanus Emiram alium, Gaulium, quem, Mozalæ dominum futurum, cum exercitu eo miſit. Adverſus hunc Gaulium, cum in regionem Arbelenſem veniſſet, Gabarmiſchus contractas copias eduxit, ſed ab eo victus & captus eſt. Mozalani autem, qui filio Gabarmiſchi, Zangio, iusiurandum præſtitiſſent, pararunt bellum adverſus Gaulium, & per legatos Kalig Arſalanum,

C. 1106.

P. 287.

C. 1166.

 filium

Digitized by Google

filium Solimani, filii Katlemiſchi, Soltani Iconii, rogarunt, ut auxilio ſibi veniret. Gaulius, cum ad Mozalam oppugnandam veniſſet, Gabarmiſchum vinctum ſecum habebat, quia autem verebatur, ne Mozalani ſibi eum ſurriperent, foveam effodit, eumque in illam demiſit, in qua etiam mortuus eſt. Affuerat in eo certamine, in quo Gabarmiſchus victus eſt, Mozalanus quidam, nomine Abutaleb, filius Coſirati isque Arbelam fugerat. Hic ut ſibi a Bar Muſaco, Arbelæ domino, redderetur, non ſolum Gaulius omnem operam dedit, ſed pro eo dimiſſo filium quoque domini Arbelæ, quem apud ſe cuſtodiebat, vinculis liberavit. Fi-
P. 288. lius Coſirati, ex captivitate redux, promiſit, ſe Gaulio non tantum Mozalam traditurum, ſed ex locis ſibi tantum cognitis magnam auri vini contracturum eſſe. Ob eam rem multum honorabatur. Eo tempore miſit etiam Bar Wadan, Mozalæ iudex, inter quem & filium Coſirati ſimultates ortæ erant, hominem, qui promitteret, ſe, ſi filium Coſirati occidere vellet, Gaulio Mozalam traditurum eſſe. Cui gratificaturus cum Gaulius caput inimici miſiſſet, Turci, qui Mozalæ erant, hoc Bar Wadani facto exaſperati, ipſum Wadanum occiderunt. Sic paucis diebus malum pro malo redditum eſt. Iisdem diebus Kalig Arſalano ex Romanorum finibus Gazartam Cardoam veniente, Gaulius ea relicta aufugit, &, urbe Balada direpta, Syriam petiit. Inde Kalig Arſalanus Mozalam profectus eſt, & quamquam huius dominum ſe aperte gerebat, tamen neque Zangium, filium Gabarmiſchi, neque ullum eorum, qui ei adhærebant, neque civium quemquam laeſit, imo mortem minatus omnibus eſt, qui aliquem apud ſe calumniari auderent. Iudicem Abaid Allam, filium Kaſemi, Schahar-

Digitized by Google

harzoræum in dignitatem ſuam reſtituit. Soltani Mohammedis imperium Mozalæ abrogavit. Poſtea pro eo tanquam Chalipha preces publicæ inſtitutæ ſunt. Arci Mozalæ præfectum impoſuit Bazmiſchum. Filium ſuum undecim annorum puerum, Malchaſcham, etiam Mozalæ reliquit, & eius regem appellavit. Apud hunc in palatio mater eius remanſit. Ipſe cum quinque millibus equitum Haburam tetendit. Eduxit contra eum Emira Gaulius, qui ſibi Razuanum Halebi dominum iunxerat, quatuor millia equitum, viros fortes & bellicoſos. Ad Haburam in Kalig Arſalani conſpectum venerunt, cumque utraque acies inſtructa ſtaret, magnum fortitudinis ſpecimen edidit Kalig Arſalanus. Ingreſſus enim ſolus eſt turmam hoſtium & ſigniferi manum abſcidit. Ipſum Pag. 289. Gaulium gladio percuſſit, quem tamen lorica, qua indutus erat, illæſum (272) ſervavit. Cum milites Gaulii & Razuanus viderent, ſolum Kalig Arſalanum fortiter pugnare, animo aucto, milites eius adorti ſunt, & in fugam averterunt. Quam primum igitur Kalig Arſalanus viderat, ſuam manum fugere ſeque ſolum relictum eſſe, non tam veritus, ne ab his occideretur, quam, ne vinctus ad Soltanum adduceretur, qui ſibi, propterea quod eius imperium Mozalæ abrogaverat, vitam erepturus eſſet, ſe in Haboram fluvium, ut erat, equo inſidentem præcipitavit, ſagittis ex mediis aquis perſequentes traiiciens. Propter loricam tamen ferream, qua ipſe & equus gravabantur & propter ſagittarios ei inſtantes, equus in locum profundum incidit, in quo ipſe cum equo merſus eſt. Poſt aliquot dies ab aquis ad ripam eiectus eſt, unde ablatum in vico Moſchem ſepelierunt. Razuano Callinicum proficiſcente, Gaulius Mozalam ivit, cuius portas homines, qui in plateis diſcurrebant,

rebant, confeſtim aperuerunt. Urbem ingreſſus comprehendit eunuchum, unum ſervorum Gabarmiſchi, coëgitque, ut 4000 denariorum apportaret. Bazmiſchum arcem tradere &, reſtitutis omnibus, quæ ex Mozala ſibi ſumſerat, cum iis rebus, quibuscum veniſſet, in pace reverti in regionem ſuam iuſſit. Bazmiſchus, qui reſiſtere non poſſet, quia propter mortem Kalig Arſalani nihil ſpei ſupererat, confeſtim deſcendit & cum uxore Kalig Arſalani & omnibus ſuis Melitenen abiit, præter Malchaſcham Kalig Arſalani filium, quem Gaulius ad Soltanum miſerat. Ipſe
Pag. 290. Gazartam milites ſuos duxit, eamque obſedit; mox tamen, poſtquam Habſchius, filius Gabarmiſchi, 600 denariorum & equum Arabicum dederat, ea relicta Mozalam reverſus eſt, unde iudicem Schaharzoræum expulit, ſubſtituto in eius locum Abibecro Arbelenſi. Propter tantam victoriam Gaulius ſuperbia inflatus minus ſe Soltano morigerum oſtendit, et nihil prædæ, quod tamen moris erat, ei miſit. Offenſus hac re Soltanus Gaiatoddin Mohammed Emiram Maududum cum aliis Emiris & magno exercitu anno Arabum 502 contra eum miſit. Certior factus Gaulius, contra ſe eos adventare, communita Mozala & relicta in ea uxore ſua, ſorore Barſuki, unius Emirarum, qui Mozalam petebant, diſpoſitis etiam per muros militibus, exceſſit, ut aliunde ſibi auxilium adduceret, neque incluſus in urbe eſſet. Eduxit etiam ſecum Bagduium, Comitem Francum, quem ſecum Mozalæ vinctum habuerat, liberavitque, ea tamen conditione, ut 70000 denariorum penderet, Arabes vinctos, qui apud ſe eſſent, dimitteret, & quocunque neceſſitas vocaret, ſibi cum Francorum copiis auxilio veniret, in caſtro autem Gaabana, donec promiſſa ſervaſſet, remaneret.

Abiit

Digitized by Google

Abiit igitur hic Bagduius & arceſſito Goslio, ſororis filio eoque pro ſe relicto obſide, diſceſſit ad aurum corrogandum. Uxor autem Gaulii, Mozalæ relicta, Mozalanos dure tractavit & tributis multum vexavit, quapropter civium nonnulli, opifices, gypſatores (273) turrem unam occuparunt & exclamarunt: vivat Soltanus magnus, Mohammed Gaiatoddin. Hoc pacto Emira Maudud cum ſuis arcem cepit. Gaulii uxor ad fratrem ſuum Barſukum egreſſa eſt. Gaulius autem Elgazium, dominum Niſibis & Mardenæ, qui tum in vico Arabana ad Harboram commorabatur, adiit multisque precibus rogavit, ut ſecum coniungeretur, ſed recuſavit Elgazius, et in arcem Mardenæ aſcendit. Poſtea Gaulius Rachbutam urbem per ſeptuaginta dies oppugnavit. Goslium ex caſtro Gaabar adductum regiis veſtibus ornavit, & equo, quo ipſe vectus erat, impoſitum ad Bagduium, avunculum, miſit, ut ille auri ſolutionem maturaret & Arabes vinctos liberaret. Poſtquam Goslius Antiochiam venerat, miſit Gaulio Tagret, Antiochiæ rex, 30000 denariorum cum centum Arabibus vinctis, partim viris, partim mulieribus, e regione Halebenſi. Gaulius, urbe Rachbuta relicta, Callinicum venit eamque per plures dies oppugnavit. Eo tempore a Soltano Gaiatoddino per Emiram Hoſainum, filium Atabegi, quem ille miſerat, admonitus eſt, ut ſe ſubiiceret & Mozalam in eum ſtatum, quo antea fuiſſet, reverteretur, ſed non obtemperavit; imo Balaſcham oppugnavit eamque captam diripuit & omnibus modis corrupit. Razuanus, Syriæ dominus, qui Gaulio iraſceretur, quod regiones ipſius corrumperet, petiit a Tagreto, Antiochio rege, auxilium, impetravitque ab eo 1500 equites Francos, quibus 500 equites Turci a Razuano additi ſunt.

Pag. 291.

 Gau-

Digitized by Google

Gaulio Bagduius & Goslius auxilio venerunt, itaque pugna iuxta Tel-Baſcharam commiſſa eſt, in qua Franci & Razuani Turci prævaluerunt, Franci autem & Gauliani Turci victi ſunt. Multi Turci in medio cæſi, Franci enim Francos non cædebant, ſed ex equis tantum iaculabantur. Bagduius & Goslius Tel-Baſcharam confugerunt, quo etiam pars Turcorum, qui cum Gaulio pugna-
Pag. 292. verant, venere, quos ſanatos Gaulio miſerunt. Qui ſimulac vires ſuas fractas ſenſit, cum aliam ſalutis viam non reperiret, ad Soltani amicos confugit & cum paucis hominibus, mutato habitu & nomine, feſtinanter ex Syria in Choraſanam venit, trecentarum paraſangarum ſpatium ſeptendecim diebus emenſus. Cum ad Soltani caſtra acceſſiſſet, viarum cuſtodibus dixit: ego Gaulius ſum petoque a vobis, ut ad tentorium Emiræ Hoſaini me deducatis. Hic is erat ipſe, qui a Soltano ad eum, cum Rachbutam oppugnaret, miſſus erat. Hic ad Soltanum induxit eum, cadaveris ſui involucrum ſecum portantem. Sed ignovit ei Soltanus & incolumitatem promiſit. Ab eo tempore ex eius miniſtris erat. Bazmiſchus autem, qui uxorem Kalig Arſalani Mozala Melitenen traduxerat, Togril Arſalanum, filium Kalig Arſalani minorem, regem pronunciavit. Erat autem ibi & alius Emira, Arſalanus nomine, qui, conſentiente pueri matre, Bazmiſchum occidit eamque in matrimonium duxit. Quum autem Melitenenſibus auri cupiditate multa mala infligeret; conſenſu filii ſui Arſalanum comprehendit & incluſit. Anno poſt e carcere eum eduxerunt, &, quem homines occiſum crediderant, ad Soltanum Gaiatoddinum in Choraſanam miſerunt. Remiſit Soltanus Malchaſcham, filium Kalig Arſalani, Melitenen, ubi rex pronuntiatus eſt. Hic Togril Arſa-

Digitized by Google

Arſalanum fratrem ſuum minorem dimiſit, alios duos fratres, Maſudum & Arabum in cuſtodiam dedit. Poſt aliquot annos, cum Melitenenſes a filio Aniſchmedi multum premerentur, Malchaſchah auxilium petiturus ad imperatorem Romanorum Alexium profectus eſt, a quo cum gaudio exceptus eſt & multum auri accepit. Ab eo redeuntem filius Aniſchmedi inſidiis poſitis cepit & excæcavit. Quo facto Emiræ, qui Melitenæ erant, Maſudum e carcere produxerunt & Soltanum pronunciarunt. Hic Maſudus Arabum & Pag. 293.
Togril Arſalanum fratres Melitenæ reliquit & Iconium abiit, in qua urbe ſibi ſedem regiam fixit. Anno Græcorum 1421 Franci C. 1110.
Tripolin, poſt ſeptem annorum bellum, Arabibus eripuerunt. Anno poſt exiit Tagret, Antiochiæ rex, cum magno Francorum exercitu & multas Arabum arces expugnavit. Homines, qui in iis inveniebantur, occiſi ſunt. Mabugi ne unum quidem hominem invenerunt, neque ullum Balaſchæ, qua urbe incenſa Tripolin reverſi ſunt, ut primum equos ſuos herba verna paſcerent, deinde illuc redirent. Arabibus in Syria omnia mala a Francis metuenda erant ideoque nullum auxilii modum repererunt alium, quam ut auro pacem a Francis emerent. Hanc ob cauſam miſerunt Tagreto Francorum regi, Razuanus, Halebi dominus, 32000 denariorum, 20 equos arabicos, 40 lintea egregia; Tyri dominus 7000 denariorum; Aſcalonis dominus 4000 denariorum; filius Monikadi, dominus Schizarae 4000 denariorum, Ali Curdæus, Hematæ dominus, 2000 denariorum. Pacem impetrarunt, ſed usque ad meſſem tantum, ut fruges præbere poſſent. Hoc anno nonnulli Franci (274) nacti ſunt multas naves Arabum ab urbibus Tannis & Damiata venientes, ex quibus non tantum 70 mercatores vinxe-

 runt

Digitized by Google

runt magnoque pretio vendiderunt, ſed multam quoque ſiceram (275) 50 linteorum Damiaticorum onera aliasque res abſtulerunt. Eo tempore venit Arabs quidam, legis rerumque divinarum peritus, (276) Halebenſis, Bagdadum, flens & multum eiulans, fidem Arabum a Francis deletum iri. Quam ob rem plebs, die veneris in oratorio magno Menbaram (منبر) i. e. ſuggeſtum confregit
P. 294. eoque precum finem fecit. Murmurarunt etiam contra Chalipham atque Soltanum, quod pro fide ſua tam negligenter pugnarent. Quod cum Soltanus audiviſſet, excitavit Abulphatachum Maſudum filium ſuum et Emiram Maududum, hosque cum magno exercitu Mozalam miſit, ut bellum cum Francis parati eſſent. Anno Græ-
C. 1111. corum 1422 Atabegus Melitenes Soltanus regionem Gihonenſem Francis eripuit. Anno Arabum 505 Emira Maudud cum magno exercitu in Syriam proficiſcens in via arces aliquot regionis Schabachtanæ expugnavit & Francos, qui in illis erant, occidit. Edeſſam, quam aliquamdiu oppugnavit, capere non potuit. Similiter Tel - Baſcharam, quæ Francorum erat, fruſtra oppugnavit. Inde ad Halebum exercitum duxit, ſed Halebi dominus Razuanus portas ei clauſit; quam ob rem Damaſcum profectus eſt. Exiit ex ea Emira Tugtechin & amicitiam primum præ ſe tulit, poſtea autem veritus, ne ab eo deciperetur & Damaſcus caperetur, legatos ad Francos miſit & cum iis ſpreto Maududo pacem iniit. Hoc anno mortuus eſt Gazaz Ali, magnus Arabum doctor, & ſepultus eſt Tarſi in Cilicia. Hic Arabibus præceptis ſuis exprobravit, quod tantum lotionum & corporis munditiei curam gererent, puritatem autem cordis, unde peccata prorumperent, adeo negligerent. Admonuit eos ad Naziræatum & paupertatem & multa exem-

exempla mores patrum in deſerto viventium illuſtrantia in libro ſuo commemoravit. Quam ob rem nos quoque huius viri mentionem fecimus. Anno 1424 uxor Kalig Arſalani, Soltani Melitenes, uxor facta eſt Balaci, domini arcis Bulæ. Dixit enim: Sæpe ego Soltanum audivi te laudantem atque dicentem: Omnium Emirarum Turcorum nemo ſapientior & fortior eſt, quam Balacus. Hanc ob cauſam ego cum filius meis per nomen tuum ſervari volo; & hac ratione ſervata quoque eſt. Balacus autem multum auctoritate crevit, ex quo maritus uxoris Soltani factus erat. Cum hæc reverſa eſſet, expulſo Atabego, ipſa cum filia ſua in caſtro Melitenes habitavit. Alius etiam Emira, arci Zaidæ præfectus, cum a Balaco multum premeretur, arcem Soltano Melitenes vendidit, paullo tamen poſt Mahmudus, filius Soltani Choraſanæ, arcem Zaidam Melitenes Soltano eripuit. Hoc tempore Melitenenſes magnum humanitatis ediderunt ſpecimen, redemtis multis hominibus a Turcis e regione Arcenſi, quibus libertatem reddidere. Anno Arabum 507, Græcorum 1425, mortuo Tagreto, Antiochiæ domino, cui Rogelius ſucceſſit, Maududus cum ſeptem equitum millibus Bagduium & Goslium, cum quibus duo tantum peditum millia, pauci equites Franci militabant, ad lacum Tripoleos adortus Francos vicit & 1300 pedites ex iis occidit. Francis auxilia adduxit ex Tripoli filius Sanagalli, & Rogelius etiam Antiochiæ rex cum manu ſua venit. Franci in montem Arabes proſpectantem adſcenderunt. Poſtquam autem per 26 dies ab utraque parte nihil motum erat; Franci inde ad fluvium Iordanem deſcenderunt; Arabes, qui longe ab urbibus ſuis diſceſſerant, fame coacti abierunt et ad Damaſcum (277) conſederunt. Emiram

C. 1113.

P. 295.



Digitized by Google

ram Maududum die Veneris in oratorium magnum ad precandum ingreſſum, cum preces finiviſſet & cum Emira Tugtechino, quem manu tenebat, admirabilem templi ſtructuram conſideraret, homo Pag. 296. proſiliens cultro quater vulneravit. In aula Tugtechini, in quam deportatus erat, vitam finivit. Huius interfectorem ſervi Maududi membratim diſciderunt eo ipſo loco. Fuerunt, qui putarent, Razuanum, Halebi dominum, hunc Iſmaelitam (177*) miſiſſe. Alii opinati ſunt, Tugtechinum, urbi ſuæ timens, hunc occiſorem ex hominibus maleficis, antea incluſum, ſubornaviſſe, præmia ei pollicitum, ſi hoc exſequeretur. Mortuo Maududo ſucceſſit dux exercitus, Emira Akſankur Burſuk, qui cum 15000 hominum Edeſſam per duos menſes oppugnavit. Anno Arabum 508 aſſidue Franci ex Edeſſa erumpebant & Arabum nonnullos cædebant, cumque horum aliquando undecim cepiſſent, eos in urbem introductos ſuper muro, amputatis manibus pedibusque, ante oculos Turcorum ſuſpenderunt. Indignatus ea re Akſankur quinquaginta Francos vinctos adduxit eosque occidit. Turci, fame coacti, Edeſſam reliquerunt & ad Samoſatam copias duxerunt. Præerat ei uxor Chug Baſilii Armeni, quæ Maraſcham quoque, Chiſchumum & Raabanam obtinebat. Mortuo marito hæc admodum prudenter has regiones rexerat magnamque equitum peditumque copiam coëgerat Dabat enim quovis menſe equitibus duodenos, peditibus ternos denarios aureos. Armenorum imperandi modus hic erat. Græci, qui Arabibus quidem aliquantulum prævaluerant & regiones quasdam eripuerant, cum Turcis tamen pares non eſſent, in interiores provincias redierunt & hoc modo Armeni, quos Græci præfecerant, in montibus ſe & munitis locis continebant.

Digitized by Google

bant. In Cilicia duo erant fratres, filii Conſtantini, filii Rophaini; Gargaræ & Bulæ Michael & Ahannes Chiſchumi, Raabanæ, P. 297.
in arcibus & caſtro romano Chug Baſilii, hoc eſt, latronis Baſilii, itemque in regione Samoſatena Conſtantinus Tabtugus & Biſtaphorus, filii Sanbili, (hi Syri natione ſecuti erant Chug Baſilium) Dara Baſilius, hoc eſt, puer Baſilius, quem mater Chug Baſilii educaverat, & Churtigus, huius feminæ adminiſtrator. Hic malus erat homo & Syrorum oſor, quamobrem cœnobium rubrum ad Chiſchumum Charichorio, Armenorum Catholico, dedit. Quinque cœnobia Beth-Kenæorum in monte Zabar ſitorum in vicos commutavit. Arx Arniſch etiam cœnobium erat, in quam, expulſis monachis, Churtigus milites & vigilias induxit. A monachis multis cruciatibus duo denariorum millia extorſit. Chiſchumum Tagretus, Antiochiæ rex, duos annos oppugnavit, & tamen vix cepit. Erat enim Churtigus admodum aſtutus ideoque eum opprimere non potuerunt, donec calliditate uſi, ei uxorem Francam, quomodo & Philiſtæi Simſonem deceperunt, dederant. Hæc nomine Calamari veneno eum interemit. Cum Chug Baſilii uxor videret, Turcorum exercitum regionem ſuam devaſtare, per legatum Emiræ regionis Habarenſis Akſankuro amicitiam & auxilium promiſit cumque & ille legatum, Sankurum Daraſum, hoc eſt, longum, miſiſſet, ex ſolio ſuo, cui puellas, ſervas ſuas, admodum ornatas, circumdederat, cum Sankuro, ante ſe etiam in ſolio ſedente, callide admodum & blande collocuta eſt. Quia Turci, Sankuri comites, extra urbem in tentoriis morabantur; dixit ei: age, induc milites tuos in urbem, & extra urbem eos manere non patere, ne a Franciſ, quos adventare exploratores mei

Digitized by Google

mei nunciarunt, ſubigantur; quia autem ſuperbe conſilium ſpre-
Pag. 298. vit, ſeptingenti equites Franci hos Turcos invaſerunt, ex quibus non niſi pauci ſervati ſunt. Quo facto Sankurum Daraſum cum varii generis donis ad Emiram Akſankurum caute remiſit, qui ex eius regione diſceſſit & Sarugum copias ſuas duxit, quæ eius ſementes & fruges, dum illam per quinque dies oppugnabant, abſumſerunt. Inde in regionem Schabachtanæ profectus eſt ibique magnificum convivium apparavit. Venit etiam ad eum Malec Maſud, filius Soltani, qui Harane manſerat & cum Maududo Euphratem non tranſierat. Ibi etiam vinxit Aiazum, filium Elgazii, filii Artuki, domini Mardenæ, regionemque Mardenam diripuit. Hoc anno, qui erat 1426, menſe Novembri, qui dies 29 eſt menſis ſexti Arabum, vehemens erat terræ motus, quo urbs Maraſcha tota hauſta & incolis ſuis ſepulcrum facta eſt. Samoſatæ multæ aulæ ceciderunt, in quo etiam Conſtantinus, dominus Gargaræ, qui aderat, cum multis periit. Ceciderunt tredecim muri Edeſſeni turres & partis quoque muri Haranenſis collapſæ ſunt. Balaſchæ 100 aulæ cum arcis dimidia parte corruerunt. Chiſchumi duæ eccleſiæ, eccleſia Mar Iohannis & eccleſia 40 martyrum, quæ tamen ſtudio Mar Dionyſii epiſcopi reædificatæ ſunt.
C. 1116. Anno Arabum 509, Græcorum 1427, cum Rogelius, Antiochiæ dominus cum quingentis equitibus Emiram Akſankurum inter Halebum & Moärram nec opinato aggrederetur; ille & eius frater primum in tumulum quendam ſe receperunt, deinde autem, dum Franci cædendis Turcis diripiendisque mercatoribus & vicanis occupati erant, cum paucis hominibus effugerunt. Perſecuti eos Franci paraſangam unam, ſed non aſſecuti ſunt. Itaque redierunt & ex Tur-

Turcis 3000 vinxerunt. Arcas tentoriorumque columnas confra- Pag. 299.
ctas incenderunt; pueros parvos ſenesque infirmos, nulli operi pares, combuſſerunt, reliquam turbam ſecum vinctam Antiochiam abduxerunt. Razuano, Halebi domino, ipſorum amico, octo camelos dromedarios, tres equos, duos mulos, duos legis peritos, duos pueros Turcos et caput Abu Alupa, unius ex Emiris Turcorum, miſerunt; quam ob rem magnum Antiochiæ gaudium fuit. Anno Arabum 511 mortuus eſt Soltanus Gaiatoddinus Mohamed, filius Malchaſchæ, Izphahani, ſucceſſoremque habuit filium Soltanum Mahmudum. Hoc etiam anno obiit Chalipha Moſtattaher Bagdadi, cui Moſtarſchid, filius eius parvus, ſucceſſit. Eodem hoc anno, qui Graecorum 1429 eſt, menſe Auguſto vita exceſſit Alexius, Romanorum imperator, vir ſapiens et bellicoſus, qui ſapientia ſua Conſtantinopolin a Francis tuitus erat. In imperio ſucceſſit ei Ivanes (Ioannes) cui frater, ſoror eius materque inſidiati ſunt. Fratrem et ſororem in exilium miſit, matrem raſam in monaſterium incluſit, qua ratione in imperio confirmatus eſt. Hoc anno mortui etiam ſunt dominus Aegypti et dominus Gazanæ. Paullo poſt Antiochiæ dominus Rogelius interfectus eſt. Sic tredecim reges duorum annorum intervallo mortui. Ante eorum mortem vehemens terræ motus accidit, quem regum mors ſecuta eſt. *Poſt Moſtattaherum regnavit Moſtarſchid filius eius* annos 17 et menſes 8. Hic regno potitus multa vini dolia a patre recondita invenit, ex quibus omnibus fractis vinum effudit. Cantatores et cantatrices palatio eiecit. In ſomnio patrem vidit, qui dixit: Educ me a tuo latere, ne te mecum abducam. Territus patrem in alio loco ſepelivit, et temperantiæ ſtudioſum ſe

 oſten-

Digitized by Google

P. 300. oſtendit. Penetravit etiam in aulam Abutaheri filii Ahmedis, the-
ſaurarii et in ea eccleſiam omnemque altaris apparatum invenit.
Cuius rei rationem reddere iuſſus reſpondit: eſt mihi uxor chriſta-
na, quæ, me inſcio, hoc fecit. Anno 512 Emira Elgazius, fi-
lius Artuki, Haranem cepit et ſenes nobiles, qui in ea erant,
C. 1119. eiusque iudicem vinxit. Hoc anno, qui Græcorum erat 1430,
multo auro a domino Antiochiæ Rogelio Halebi dominus non
niſi quatuor menſium inducias, ad meſſem et triturationem fru-
gum peractam durantes. Quo tempore elapſo Rogelius ad Ha-
lebum oppugnandum venit. Halebenſes ad Emiram Elgazium,
filium Artuki, Mardenæ dominum, confugerunt isque cum ſeptem
Turcorum millibus Francos adortus eſt et vicit; quo in prœlio
etiam Rogelius rex occiſus eſt. Qui ſuperſtites erant, Antiochiam
fugerunt. Turci in agrum Antiochenum irrumpentes multos
monachos in monte nigro occiderunt, donec Bagduius, Hiero-
ſolymorum rex, hac de re certior factus, Turcos perſequeretur.
Poſtquam enim Turcorum inſidiæ a peditibus Francis cæſæ erant,
rex Bagduius reverſus eos omnes exſtirpavit. Deinde Elgazium
perſecutus prædam Turcorum manibus eripuit & Antiochiam ve-
nit. Beatus Mar Michael ſcripſit, Gazium, filium Aniſchmedi,
Francos viciſſe et Rogelium occidiſſe. Forte ſimilitudo nominis
cauſa erroris fuit. Hoc anno Soltanus Melitenes regionem Ga-
hanenſem, et Ableſtinenſem, ſibi ſubiecit et arcem Katiæ cepit.
Menſe Februario huius anni Franci regionem Melitenenſem, Tur-
ci Gargarenſem, Melitenenſis Soltanus Kamahenſem, diripuerunt;
cuius dominus cum a Græcis Trapezuntiis auxilium petiiſſet, Ga-
P. 301. braſus cum eo exiit, ſed Soltanus & Balacus Græcos adorti ſunt atque
vice-

Digitized by Google

vicerunt. Captus eſt etiam Gabraſus, qui 30000 denariorum ſe redemit & in regionem ſuam reverſus eſt. Ioannes imperator Conſtantinopolitanus tres arces Turcis eripuit. Elgazius agri Edeſſeni ſegetes incendit & agrum Antiochenum diripuit. Tugtechinus, Damaſci dominus, mortuus eſt, cuius filium, cum vix ſucceſſerat, Turcus quidam Altunataiſch occidit ſibique regnum Damaſci ſumſit. Anno Arabum 515 Malec Maſud Mozalæ defecit a fratre ſuo Soltano Mahmudo, diſſentiente tamen Emira Zangio, militesque coëgit, ſed frater eius Soltanus non tantum eum vicit, ſed etiam cepit & catenis vinxit. Mozalam Emiræ Burſuko, quem eo miſit, cum Gazarta, Schigara & Niſibi attribuit. Hoc tempore imperator Conſtantinopoleos Græcus Elgazio, Artuki filio, nunciavit: En magnus Francorum populus mari in Syriam proficiſcitur. Eſto igitur ad bellum paratus; ſi opus eſt, 30000 in auxilium tibi adducam. Elgazius ſine mora portu occupato permultos Francorum occidit, quorum reliqui in Franciam redierunt. Hoc malum Francis doloſorum Græcorum malitia inflixit. Hoc tempore Armeni Gargarenſes latrocinando regionem arcis Zaidæ & Bulæ (178) & Melitenes vaſtarunt. Miſit igitur Balacus, Emira Turcus legatum, qui Michaëli Armeno, Gargaræ domino, diceret; ſe ei 1000 onera tritici & tres in regione ſua vicos daturum eſſe, ſi hos latrones cohiberet. Iuravit Michael aliquoties Balaco, ſed promiſſa, quamvis triticum mitteretur, non ſervavit. Hanzitæ etiam iſti latrones vicos incenderunt. Itaque Balacus, a calliditate ſalutem petens, menſe Schebat, cum montes nivibus tecti eſſent, ſuper glacie Euphratis Gubam transgreſſus in montem altum, qui cognominabatur Kariuna, 1000 equos liberos ad nives conculcandas emiſit; quo facto cum copiis ſuis Turcis uno die usque ad monaſterium Mar P. 302.

 Bar-

Digitized by Google

Bar-Zumæ pervenit. Ea nocte equi nives montis Gargaræ, cui nomen erat Eſta, ſimiliter conculcarunt, & inſequentis diei mane necopinato regionem miſeram invaſerunt & diripuerunt die lunæ
C. 1121. initio menſis Ianuarii anni 1432. Homines, pecudes, & quidquid poterant, inde abſtulerunt. Agreſtes tamen chriſtianos hic Emira admodum benigne tractavit, non ſervos fecit, imo omnibus rebus redditis, quæ eorum erant, in regione Hanzitæ collocavit, iure iurando tamen obſtrinxit, ne Gargaram reverterentur, mi-
C. 1122. natus, ſe, ſi denuo illuc proficiſceretur, non illis parſurum. Anno 1433 Soltanus Mahmud magnum Turcorum exercitum in Iberiam miſit, cuius magnam partem Iberus rex occidit, quia anguſtos itinerum exitus obſederat. Gozlius Francus agrum Gubenſem diripuit. Anno Arabum 516 mortuus eſt Elgazius filius Artuki. Cum Goslius, mortua eius uxore, alteram feminam, filiam Rogelii, Antiochiæ domini, ſibi nuptam Edeſſam deducere vellet, Balacus, inſidiis poſitis, eam intercepit & Bulam deduxit. Michaël Armenus, qui ſe Turcorum viribus minorem ſentiret, Gargaram regi Bagduio dedit & pro ea alium locum in eius ditione accepit. Anno 517 filius Schaharzori, Mozalanus iudex, Bagdadum venit &, oblatis 5000 denariorum, a Chalipha impetravit, ut toti tractui Tigridis occidentali a Mozala ad Bozram præ-
C. 1123. ficeretur. Anno 1434 Græcorum cum Franci in ripa fluvii Sangæ conſediſſent, Balaci, Emiræ Turci, inſidiæ inopinato Francorum caſtra adortæ regem Bagduium die Mercurii in hebdomade albarum (paſchatis) ceperunt. Goslius autem & Golaranus Comites tota æſtate bellum adverſus Turcos appararunt cumque eos menſe Septembri aggreſſi eſſent, Franci iterum victi ſunt. Golaranus

laranus vinctus eſt veſpere ante diem feſtum crucis. Hos tres Balacus in arce Zaidæ in unum carcerem incluſit. Eo tempore Armeni quidam operarii, qui in urbe erant, cum paucos eſſe in arce ſcirent, ante portam congregabantur propter mercedem ſuam tumultuantes & gladiis, qui ibi erant, ſubito arreptis, Turcos cuſtodes occiderunt & regem Bagduium, Gozlium & Golaranum ex carcere emiſerunt. Occiderunt etiam Arabes & hoc modo arce, quæ Chartabret eſt, potiti ſunt. Gozlius noctu cum uno Armeno callide egreſſus eſt, ut exercitum Francorum adduceret &, ſi fieri poſſet, hanc arcem in poteſtate ſua retinerent, ſin minus, regem abducerent. Egreſſo autem Gozlio, venit Balacus et admotis machinis arcem cepit, in qua 70 homines Francos & Armenos occidit. Regem Bagduium & Golaranum, ſororis eius filium ſecum abduxit. Hinc ad Mabugum oppugnandum profectus eſt, ubi ex muro telo ictus vitam finivit. Copiæ eius Halebum fugerunt & principem ſibi conſtituerunt patrui eius filium Temurtaſchum, qui regem & fratris eius filium 100000 denariorum vendidit. Rex Bagduius Hieroſolymam reverſus eſt. Arcem Zaidæ expugnavit Solimanus, etiam ex familia Balaci oriundus. Maſaram autem & Gargaram cepit Soltanus Melitenenſis. Eo tempore ſtella magna apparuit, a meridie ad ſeptentrionem protenſa, latitudine colli equini, & per duos menſes conſpicua manſit. Anno Græcorum 1435, die 13 menſis Iunii, die Veneris, Melitenen invaſit Emira Gazius, Aniſchmedi filius, Sebaſtiæ dominus totumque agrum depopulatus eſt. Urbem menſem unum vexavit & diſcedens filium ſuum Mohammedem, quem cum magno exercitu in magno vico Baſamana reliquerat, quotidie portis eius obequitare, ut neque ingredi neque egredi quiſquam poſſet, iuſſit. Pag. 303.



Digitized by Google

Pag. 304 Arabus, qui nunquam non latronum more in Aniſchmedi regionem eruptiones faciebat eamque depopulabatur, non affuit in urbe, quæ gravi fame infeſtata eſt. Venditus enim eſt medimnus tritici, hoc eſt, quantum aſinus portare poteſt, 36 denariis. Tandem omni frumento conſumto homines cœperunt pelles detractas, librorum involucra & calceos macerare & elixata comedere, & felibus, canibus et aſinis, etiam mortuis, ubicunque inventa horum eſſent cadavera, veſci. Tribus virgis duris urbs miſeranda verberabatur; gladio extra, qui fugientes occidebat; fame mortifera intus, & per Iſabelem ſecundam, matrem Soltani, ex Mozala profugam, quæ nobiles homines torquebat, ut aurum eis eriperet & poſtea fugeret. Imo parum abfuit, quin totum populum interficeret & deinde exiret. Stellæ viſæ ſunt e cœlo decidentes. Deinde Deus reliquorum Chriſtianorum miſertus eſt. Veſpere enim die Mercurii, decimo Decembris anni Græcorum 1436 hæc
C. 1125. maledicta cum filio ſuo egreſſa eſt. Ingreſſus Emira Gazius cum reſiduos deprehendiſſet fame ita confectos, tanquam e ſepulcris exirent, conſolatus eos eſt triticumque agricolis ad ſementem faciendam præbuit. Adduxit etiam boum & ovium greges, quo modo urbs denuo florere cœpit. Beatus Mar Michael hoc anno ſcripſit, Moſtattahero Chalipha mortuo, filium eius Moſtarſchidum ſurrexiſſe, ſed erravit & forte eo, quod ad inæqualem curſum annorum lunarium Arabum & annorum ſolarium Græcorum non
C. 1126. attendit. Anno 1437 Hematæ dominus a Francis ad Chaphartabam occiſus eſt. Franci ceperunt Gabalam & Tyrum gravi bello preſſerunt (279) & regis Hieroſolymitani auxilio adiuti poſt multa certamina expugnarunt. Arabus coacto exercitu contra fratrem

Digitized by Google

trem ſuum Maſudum, Soltanum Iconii, exiit, qui cum Aniſchmedi filio ſe iunxerat. Maſudus Conſtantinopolin fugiens ab Ioanne, Pag.305. Græcorum imperatore, cum gaudio exceptus eſt & acceptis militibus, accepto auro multo, ad Gazium venit, quocum adverſus Malec Balacum exiit. Balacus ad Turuſum fugit Armenum, præfectum Ciliciæ. Hoc anno, qui Arabum erat 520, decem Iſmaëlitæ Akſankurum Burſukum, Mozalanum Emiram, cum Mozalæ in magno oratorio vetere eſſet, circumſteterunt eumque occiderunt; quorum tamen ſuis ipſe manibus tres obtruncavit. Poſt eum regnavit Azoddin Maſud filius eius, qui Mozalam, Gazartam Cardoam, Edeſſam, Halebum, Hematam aliasque urbes ſub imperio ſuo habebat, poſt annum tamen unum mortuus eſt. Succeſſit ei frater illius parvus, quem tutor regebat. Emira Gaulius iudicem Mozalanum, Abulhaſanum Ali, filium Schaharzori & Zalah Iagubſanium legatos ad Soltanum Mozalanum miſit, ut filio parvo Burſuki confirmationem imperii ab eo impetrarent. Illi autem Soltano Mozalano dixerunt, opus eſſe viro bellicoſo, qui Francis reſiſtere poſſit, a quibus pæne poſſeſſiones arabicas labefactatas eſſe; quibus verbis Atabegum Zangium, filium Kaſimoddaulæ Akſankuri, Vaſati & Bagdadi ſatrapam, reſpexerunt. Conſenſit Soltanus & dato diplomate Zangium Mozalam miſit. Ille antea Bovazigum expugnavit & deinde Mozalam profectus eſt. Gaulio obviam venienti dedit Rachbutam, & in hanc urbem eum ablegavit. Mozalam ingreſſus arci præfecit Zalah Iagubſanium. Iurisdictionem Mozalanam & omnium locorum, quibus præfectus eſt, filio Schaharzori & poſteris eius in perpetuum attribuit. Itaque Zangius Gazartam, Arbelam, Schigaram, Rachbutam, Ha-

Halebum, Hematam, Emeſam obtinuit. Anno Græcorum 1438 Arabus,
P. 306. quocum iterum Gazius congreſſus eſt, victus eſt. Gazius etiam, eum perſecutus, illius tentoria diripuit. Inde ad Kumanam & Ancyram copias duxit, quas magna vi oppugnatas cepit & filium Mohammedis, qui ibi a Malec Arabo vinctus erat, exinde eduxit. Arabus, coacta manu, cum Gazio iterum conflixit, ſed victus eſt & nihil poſteaquam ad Græcos confugerat, apud quos eum periiſſe
C. 1127. credibile eſt, de eo auditum eſt. Anno 1438 Roma venit Baimundus, Baimundi filius, Francus, & regnum Antiochiæ capeſſivit. Orto inter Francos diſſidio, Goslius omnem agrum Antiochenum depopulatus eſt, quo facto illorum Patriarcha, ad iram provocatus, eccleſiarum portas occluſit, campanarum pulſum
C. 1128. precesque, donec Goslius omnem prædam reſtituit, inhibuit. Anno Græcorum 1439 Arabes Halebenſes a Goslio territi, quotannis 12000 denariorum promiſerunt, ea conditione, ut, ſi non darent, omnes belli iniurias paterentur. Deinde iſti Turci nonnullos Francos Goslii coquos auro corruperunt, ut Goslio & ſex equitibus, qui cum eo erant, venenum potandum præberent. Et iſti quidem ſex perierunt, Goslius Dei benignitate & medicorum peritia ſervatus eſt. Qui venenum potandum præbuerant, eos cum filiis ſuis occidit. Hoc anno Togril Arſalan, cui Melitene ablata erat, agri Melitenenſis fines exteriores depopulatus eſt &
C. 1129. illico diſceſſit nunquam poſtea iterum viſus. Anno Græcorum 1440 Goslius agrum Amidenſem ingreſſus Turcomanos & Curdæos in monte Aſchuma diripuit & vicos usque ad portas urbis depopulatus eſt. Anno Arabum 523 cum Zangius Emira Mozalanus audiiſſet, Soltanum Mozalam Dobaiſo dare velle, Babelem ad Solta-

Soltanum venit & oblatis 100000 denariorum admodum verecunde omnibus modis eum rogavit, ne ſibi imperium auferret. Chaliphæ etiam multa dona miſit, ne Dobaiſum ulli loco præfici pateretur. Multa bella, quæ Chalipha cum hoc Dobaiſo, Maadenorum rege, geſſit, quomodo hic ſpreto Chalipha ad Soltanum tranſierit &, quo oſtenderet, quam parum Chalipham timeret; Bagdadi equitare, egredi, ingredi ſine timore cœperit; paullo poſt, ægrotante Soltano, hic Dobaiſus Soltani filium puerulum furatus ſit, fugerit, Chupham, Bozram, Halam populatus ſit, multum auri contraxerit, decem equitum millia coëgerit & cum iis in deſertum diſceſſerit, reliquasque huius callidi hominis artes, quæ omnia parvus hic libellus non caperet, commemorare noluimus. Hunc Dobaiſum in certamine quodam a Chalipha victum, cum omnibus ſociis occiſis ſolus ſuperſtes per Euphratem equo inſidens enataret, conſpexit vetua mulier Maadena & libere exclamavit: veniſti igitur Dobir, hoc eſt, mala fortuna. Ille, non indignatus, imo hilari vultu reſpondit: Hic talis Dobir aut eius modi mala fortuna eſt, quæ non venit. Hoc anno Franci ex Iſmaëlitarum exercitu, quem adorti erant, 10000 hominum occiderunt multasque eorum arces in Phœnicia expugnarunt. Omnes Arabes, qui in Schaporia erant, ſibi timebant a Francis, qui Damaſcum, a ſe oppugnatam, valde vexabant, & tum demum diſceſſerunt, cum Damaſceni tributum annuum promiſerunt. Hoc tempore Francis a Mardena & Schabachtana usque ad Ariſcham, in confinio Ægypti ſitam, omnia ſubiecta erant. In tota Syria Arabibus præter Halebum, Hamalam, Emeſam, Damaſcum, urbes tributarias, nihil reſiduum erat. Ex agro Halebenſi dimi- P. 307.



Digitized by Google

diam frugum partem accipiebant & ex mola etiam, quæ ſuper
porta Damaſci ab hortis cognominata inveniebatur. Omnium ſer-
Pag. 308. vorum chriſtianorum, qui Damaſci erant, per legatos miſſos nu-
merum inibant. Quicumque eorum apud Arabes habitare nolebat,
eum gratis, non redemtum, a dominis & eorum familiis ab-
ſtraxerunt Usque ad Amidam, Niſibin, Riſchainam penetrarunt.
Callinicenſes autem & Haranenſes pæne ad interitum venerunt.
Vix Arabes in via extra urbem ab oriente verſus Damaſcum profi-
C. 1130. ciſci poterant. Eodem anno, Græcorum 1441, mortuus eſt Tu-
rus, Ciliciæ præfectus, cui frater Leon ſucceſſit, in quem Bai-
mundus Francus, Antiochiæ dominus, inimicus erat. Octavo
Martii huius anni, qui Arabum erat annus 524, vehemens terræ
motus Bagdadi multas aulas evertit. Mozalæ magna nubes ingen-
tem imbrem demiſit. Deinde ex æthere prunæ igneæ deciderunt,
multasque aulas harumque ſupellectilem combuſſerunt. Prodi-
gium hoc funeſtum & terribile fuit. Eodem anno Græcorum præ-
fectus quidam Ceſinus Emiræ Gazio, filio Aniſchmedi, multas ar-
ces in regione Pontica tradidit, totam Cappadociam expugnavit
& cum magno exercitu in Ciliciam venit. Accidit, ut eodem die
Baimundus, Antiochiæ dominus, ab altera parte introiret. Neu-
tra pars de alterius expeditione quidquam reſciverat. Subito dein-
de Turci cum Francis congreſſi ſunt, quorum tamen bello Leon
Armenus ſe non immiſcuit. Turci Francos vicerunt & Baimundum
occiderunt, quem regem eſſe ignoraverant. Turcorum multos
Leo, qui anguſtias occupaverat, obtruncavit. Anno Arabum
525 Antiochiæ dominus Dobaiſum Maadenum vinxit eumque Zan-
gio Mozalæ domino dedit, ut pro eo filium ſuum, qui apud
Zan-

Digitized by Google

Zangium in cuſtodia erat, reciperet. Hoc anno, qui Græcorum 1442, erat rex Hieroſolymitanus & Goslius ex Edeſſa Antiochiam venerunt, ut ſuo eam imperio ſubiicerent, ſed Antiocheni portas clauſerunt, donec iuraverant, ſe Antiochiam ſervaturos filiæ Baimundi, ut, ſi ea adoleviſſet & viro nuberet, ille Antiochiæ dominus fieret. Emiræ Gazio Ciliciam ingreſſo, cum aliquot arces expugnaſſet, Leon Armenus ſe ſubiecit, iuravitque, ſe latrones non amplius in eius regionem immiſſurum & tributum annuum ſoluturum, ſed harum rerum nihil omnino ſervavit, poſtquam egreſſus erat. Iſicius, (Iſaacus) frater imperatoris Græcorum in Ciliciam profectus eſt & huic in matrimonium dedit filiam ſuam, cuius dos Mopſveſtia & Adana erat. Poſtea, diſſidio inter eos orto, Iſicius cum filio ſuo ad Maſudum Iconii dominum confugit. Mortuo Goslio, regnavit Edeſſæ Goslius ſecundus. Hoc anno ad Soltanum Mahmudum Bagdado in Choraſanam proficiſcentem venit Maſudus frater, qui, quo ſignum magnæ ſuæ reverentiæ daret, ante eum Gaſcheiatan (غاشية) i. e. tegumentum ſellæ equis imponi ſolitæ, portavit. Poſtquam ſe mutuo amplexati erant, Soltanus Mahmud provincias & copias illi tradidit & Hamdanam rediit; ubi mortuus eſt 28 annos natus. Diſſidebant a ſe invicem Davud, filius Soltani Mahmud Maſud, & Salguk Schah, Mahmudi filii, & Togril, frater eorum, qui a parte patrui eorum Malec Sangar ſtabat. Hi omnes, miſſis ad Chalipham oratoribus, imperium ſibi quærebant. Chalipha, cui ab initio ſtatim Sangar placuit, illis renunciari iuſſit, ſe elegiſſet, Sangarum filium Soltani Malchaſchæ eique ſe ſcripto quodam aſſenſum ſuum iam ſignificaſſe, quem, ſi ad ſe vene-

C. 1131.
P. 309.

rit, benevole exceptum iri. Sangaro autem nunciari iuſſit: Te neque ullum alium volumus; itaque noli credere, illorum duorum alterutrum hoc imperium accepturum eſſe. Hoc Chaliphæ reſponſum cum Maſudus audiviſſet, Mozalam ad Zangium ſe contulit & cum non tantum aurum, quod Chaliphæ repræſentaret, Pag. 310. ſed Dobaiſum etiam, Maadenorum Emiram, quem Chaliphæ adduceret eoque hunc beneficiis cumularet, popoſcit. Zangius reſpondit: Auri tibi dabo 50000 denariorum & ſervorum, ancillarum, equorum, quantum voles. Dobaiſum autem dare non poſſum, quia Soltanus Sangar, cui obedire neceſſe eſt, illum me cuiquam tradere vetuit. Maſudus hoc reſponſo offenſus ab orientali Mozalæ parte conſedit, Zangius autem, expulſis ex urbe omnibus pauperibus, qui in obſeſſione, unde viverent, non haberent, portas clauſit. Maſudus tamen Mozalam non oppugnavit, ſed Bagdadum deſcendit & miſit, qui Chaliphæ diceret: En ſi me Soltanum pronunciatis, amicus veſter & cliens ſum, ſin minus, nihil vobis a me quam gladius exſpectandum eſt. Copiæ Bagdadenſes contra Maſudum egreſſæ modo ſuperiores, modo inferiores diſceſſerunt, &, dum hi duo hoſtilia faciebant, allatus nuncius eſt, qui Bagdadenſes terruit, Sangarum cum magno exercitu Bagdadum adventare. Cum Calipha videret, ſe Maſudum facilius quam Sangarum in poteſtate habiturum eſſe, ſecuritatem Maſudo promiſit eique in domo regia domicilium conceſſit; quo facto omnes ad bellum contra Sangarum ſe parabant. Anno Arabum 526 Sangarus venit & Hamdanam expugnavit, in qua Togrilum, filium Maſudi, quem ſecum ducebat, pronunciari iuſſit (Soltanum). Maſudus Karaga, dux exercitus Chaliphæ, Hamdanam profectus San-

Digitized by Google

Sangari copias perſecutus eſt, ſimulque Chalipham per nuncium rogavit, ut ipſe ad bellum adverſus Sangarum egrederetur. Qui cum exire pararet, nunciatum eſt, Zangium & Dobaiſum Maadenum vires iunxiſſe & nunc Bagdadum deſcendere. Reverſus igitur Chalipha in aulam ſuam eſt omniaque ad bellum adverſus Dobaiſum & Zangium gerendum paravit. Deinde cum duobus millibus egreſſus eos adortus eſt & vicit. Zangius Tagritum fugit, Dobaiſus ad ripas Euphratis. Zangius legatum ad Soltanum miſit, iudicem, filium Schaharzori, qui non tantum ſibi a Soltano factorum veniam, ſed hoc quoque impetraret, ut Bagdadum venire iuberetur ibique Sangari procurator eſſet. Reſpondit Soltanus: Sangaro nihil apud nos imperii eiusque procuratorem neminem agnoſcimus. Si Zangius pacem ſibi dari vult, tradat nobis Dobaiſum & tum Mozalæ ſecure habitabit. Sin minus, contra eum nos egrediemur. Anni 527 menſe primo Soltanus Maſudus Bagdadum venit ibique poſt Chalipham & filium eius, hi tres Sangarus, Maſudus, Davud frater eius, ſimul pronunciati ſunt Soltani. Mozalam Chalipha Moſtarſched octo dies oppugnavit, ſed capere non potuit & nuncio allato, Soltanum Maſudum a ſe defeciſſe, relicta Mozala, Bagdadum reverſus eſt. Arcem Schabachtanæ Goslius ſecundus cepit & funditus delevit. Arcem Kaſtomunam Turci imperatori Græcorum Ioanni dediderunt, qui duas quoque alias arces vi expugnavit. Arcem Kuziram, Antiochiæ vicinam, rex Francorum Hieroſolymitanus, Bagduius, vi cepit. Ad Emam contra Francos congregati ſunt Turci, locuſtarum multitudine. Initio pugnæ fugerunt Franci, donec Turcos in vallem pertraxerant. Deinde enim deſcendentes & quaſi veniam petentes ad Turcos

Pag. 311.

reverterunt & inter eos magnam ſtragem ediderunt, quæ cædes
C. 1134. usque ad veſperam duravit. Hæc facta ſunt 1445, quo anno in agro Edeſſeno multæ locuſtæ viſæ ſunt. Chriſtiani ad electum Mar Bar Zumam confugientes attulerunt (280) hierothecam, in qua ſancti viri dextra repoſita erat. Vix autem hæc apportata erat, cum, ingenti miraculo, locuſtæ ex tota omnino regione, nihil
P. 312. ullibi corrumpentes, abierunt. Græci invidia flagrantes ſtimularunt Papiam, Metropolitam Francorum, ut hierothecam aperiret & dextram oſtenderet. Repugnarunt monachi ideoque Græci clamarunt, nihil omnino intus eſſe. Coactis tandem monachis aperire eam in eccleſia Francorum, repente tonitrua audita ſunt & nubes atræ, quæ aërem obſcurabant, gravem grandinem deiecerunt & plateas compleverunt; quam ob rem totus populus clamabat: Miſerere noſtri, domine, miſerere noſtri, o electe Dei: Græci aufugerunt, ſeque occultarunt. Cum grando deſiiſſet, congregatus populus per triduum ſupplicationem fecit. Arabes Haranenſes, qui miraculum vidiſſent, petierunt, ut dextra ad ipſos etiam transportaretur, ſed Franci fieri id non paſſi ſunt, imo cum honore in cœnobium reſtituerunt. Venerunt deinde Melitenenſes & dextram cum multo honore & cantionibus ad ſe portarunt. Tum os locuſtarum vinctum eſt, & ſementes nullo modo læſit. Die 23 Septembris fulmen ſeptem tauros & unum puerum, Simandoæ unum Turcum combuſſit. In Armenia vehemens terræ motus urbem Dogodapham evertit. Melitenæ dura
C. 1135. hiems fuit, & nix rubra decidit. Anno Græcorum 1446 venit ex Italia Francus nominatus Bedvi, qui, ducta in matrimonium filia Baimundi occiſi, Antiochiæ domini, rex Antiochiæ factus eſt.

Hoc

Digitized by Google

Hoc anno mortuus eſt Bagduius, rex Hieroſolymitanus, cuius filia Phugo nupſit, qui hoc modo rex Hieroſolymæ factus eſt. Eodem anno, qui Arabum erat 529, miſit Zangius, Mozalæ dominus, filium ſuum cum Mozalæ clavibus Bagdadum, obtulit aliquot ex uxoribus ſuis obſides & iure iurando obedientiam promiſit, quam ob rem cum honore exceptus eſt. Etiam cum Soltano Sangaro Chaliphâ reconciliatus eſt, qui ei coronam, collare P. 313. & equum ſoleis aureis ornatum miſit. Oſculatus eſt Sangarus equi ungulas dixitque: ego ſervus & cliens tuus ſum. Hoc tempore Catholicus Noſtorianorum, cognominatus Bar Ganbora, noctu in horto a ſerpente, quem calcaverat, morſus mortuus eſt. Dixerunt tamen homines, non ſerpentis morſu, ſed metus vi extinctum eſſe. Hoc anno Goslio, filio Aniſchmedi, Melitenes domino, Chalipha obedientiæ ſignum, collare aureum, collo eius circumligandum, quatuor nigra vexilla (281) & tympana, quæ ante eum pulſarentur (282) miſit deditque in mandatis, ut Malec Gaſi pronunciaretur. Legati, qui eum ægrotum deprehendiſſent, patre poſt paucos dies mortuo, in filio rem perfecerunt & Malec Mohammedem pronunciarunt. Hic Malec Mohammed Cæſaream Cappadociæ, quæ inde a longo tempore vaſtata erat, inſtauravit ibique habitavit. Venit deinde Melitenen, quia verebatur, ne fratri ſuo auxiliarentur, ſimulque ex nobilibus obſides ſecum abduxit. Iaganum fratem ſuum occidit. Dolath autem, alter eius frater, agrum Melitenenſem depopulatus eſt. Menſe huius anni ſeptimo Chalipha declaravit, ſe Maſudum non agnoſcere Soltanum coëgitque ſeptem millia militum, quos adverſus eum educeret, maxime, quod audiverat, 1500 tantum cum

eum ſecum ducere. Tandem cum Chalipha 5000, cum Maſudo 15000 militabant. Prœlio cœpto Chaliphæ milites victi ſunt; ipſe Chalipha captus, ærarium eius direptum eſt. Auri argentique ſeptuaginta mulorum onera ſecum vexerat. Lintea, veſtimenta aliasque res in itineribus neceſſarias quinque camelorum & quatuor mulorum millia portaverant. Plusquam quadraginta tunicarum ſtriatarum (283) veſtium carbaſinarum, (284) tunicarum manicatarum earumque conſutarum habuerat. Maſudo iubente præcones proclamarunt: opes & omnes divitias vobis attribuo, ſanguinem
P. 314. mihi ſervo. Qui vel unum occiderit, eum ego occidam. Itaque non plus quam quinque viri interfecti ſunt. Proclamari deinde iuſſit, ſe omnes eos, qui Chaliphæ adhærentes ibi remanerent, occiſurum; quo vix vulgato, nudis pedibus et veſtibus exuti Bagdadenſes eruperunt & dextrorſum & ſiniſtrorſum diſperſi ſunt. Soltanus Maſudus legatum ſuum Bagdadum miſſurus petiit a Chalipha, ut literas Bagdadum ſcriberet, in quibus, gratiis actis, confiteretur, ſe apud Maſudum in honore eſſe & promitteret, ſe brevi ad eos venturum. Bagdadenſes lectis literis a legato allatis, intellexerunt, Chalipham talia invitum & metu coactum ſcripſiſſe. Tumulto excitato ad 150 homines ex turba cæſi ſunt, & tamen vix acquieverunt. Hisce diebus aſſidue terra Bagdadi tremuit, quater imo ſexies quovis die. Soltanus Sangar per legatum Soltano Maſudo duas literas miſit, quarum una ſecreta Maſudo exprobrabat, cur in bellico tumultu, omnium averſis animis, Chalipham non occidiſſet. In altera aperta ſcriptum erat: Ex quo tu hos verſus legeris, mi fili, o Gaiatoddinia Addin Maſud, ingredere ad Emiram fidelium, oſculare ante eum terram & impetra ſtultitiæ tuæ

tuæ veniam. Non ſuſtineo enim ulterius prodigia cœleſtia & terreſtria, hanc ob cauſam a Deo profecta, ventos, tonitrua, fulmina & terræ motus. Tota Arabum gens mire angitur, ceſſant preces, oratoriorum portæ in tota Perſide & Sinear clauſæ ſunt. Quam ob rem ſine ulla mora cum honore in ſolium ſuum reſtitue & dede illi Dobaiſum, ut, quodcunque libuerit, ei faciat, quia hic omnium horum malorum auctor exſtitit. Maſudus verum verborum ſenſum bene percipiens magna tentoria erigere iuſſit & in ea Chalipham induxit. Ipſe dimidiam paraſangam ephippium ante eum portavit. Poſtquam ab eo in tentorio regio, quod illi attribuerat, delicti veniam petierat, adduxit ad eum Dobaiſum vinctum, cum gladio et ſepulcrali involucro: Hic, inquiens, omnium malorum auctor eſt. En manibus tuis illum tradidi. Simulac iuſſeris, fiet ei, quod aliis fecit. Chalipha autem, qui bene ſciret, labiis tantum, non ex animo iſtum hæc loqui, Dobaiſo etiam veniam impertivit. Hoc facto Maſudus multis precibus Chalipham orare cœpit, ut Bagdadum ſe conferret. Chalipha recuſavit ire dixitque: ibo, ſi tu ipſe mecum iveris. Reſpondit Maſudus: Emiras tecum miſſurus ſum, ut tibi ſerviant, ut tu cum honore proficiſcaris & in aula tua habites. Sed noluit Chalipha, quia verebatur, ne ab inſidiis in via doloſe interficeretur. Publice enim caput fidei ſuæ occidere non poterant. Deinde cum Maſudus in Adorbiganam ad bellum adverſus Davudum fratrem ſuum exiret, Chalipha cum eo profectus eſt. Hoc tempore denuo a Sangaro ad Maſudum ante portam Maragæ verſantem venerunt legati, qui eum hortarentur, ut ſine mora Chalipham Bagdadum mitteret. Venerunt etiam a Sangaro multæ copiæ & cum illis



Digitized by Google

17 viri Iſmaëlitæ (285). Die Iovis circa meridiem decimo ſexto menſis undecimi anni 529 Arabum cum Chalipha in tentorio ſederet litteras eorum legens, 15 viri cum cultris intrarunt eumque occiderunt. Erant apud eum tres ex magnatibus. Maſudus equum ſubito conſcendit, tentorio milites circumdedit & occiſores occidit. Sunt, qui dicunt a Sangario ſicarios non veniſſe; verius autem eſt, hunc illos miſiſſe, Maſudum totius rei inſcium fuiſſe. *Poſt Moſtarſchedum regnavit filius eius Raſchid* annum
P. 316. unum. Occiſo Chalipha Moſtarſchedo, miſit Soltanus Sangar ad prætorem Bagdadenſem eumque magnates & iudices congregare iuſſit, ut filio Moſtarſchedi Raſchido iurarent eumque in locum patris Chalipham crearent; id quod etiam factum eſt. Eo tempore Dobaiſus, filius Zadakæi, Soltanum etiam Maſudum decipere ſtuduit ſcripſitque ad Zangium literas huius argumenti: omnibus ego artibus utor, ut ab hoc exeam & ad te veniam. Congregabo deinde Maadenorum copias, arenæ in litore maris multitudine ſimiles & tecum ſi ego coniunctus fuero, facinus in Maſudo edemus omnibus ſeculis memorandum. Hæc epiſtola incidit in hominis cuiusdam manus, qui eam Maſudo tradidit. Qua lecta Maſudus die quodam, cum proceres congregati, qui ex more antiquo apud eum Siceram bibiſſent, egrederentur, Maſudus Dobaiſo, ſigno dato, dixit: morare paullulum; eſt mihi, quod tecum ſecreto loqui velim. Cum, illis egreſſis, hic ſolus reſtitiſſet, Maſudus cubiculum interius intravit, ſervo Armeno, armigero ſuo, epiſtolam dedit eique dixit: exi nunc & trade eam Dobaiſo; quam ſi legere inceperit, tu a tergo adſtans feri gladio & abſcinde caput. Cum ſervus exiret, Dobaiſus digito feriit ter-

terram & dixit: mors melior eſt vita inquieta. Poſtea porrectam a ſervo epiſtolam aperuit & inter legendum ſervus a tergo adſtans cervicem cecidit & caput amputavit. Hunc exitum habuit Dobaiſus vir fraudulentus & bellicoſus. Quinque & ſexaginta diebus poſt inimici Chaliphæ Moſtarſchedi cædem occiſus eſt. Anno Arabum 530, Græcorum 1447 Michael Armenus Francis Gargaræ C. 1136.
arcem, quam Balacus, inde egreſſus, illis vendiderat, eripuit, & in agrum eorum & maxime in vicos excurſiones faciebat. Hic Michael Armenus die quodam in regione urbis Zizonæ in ripis Euphratis undique a Turcis circumventus cum effugium non inveniret, ex rupe ſe in fluvium abiecit & propter loricam ferream, qua indutus erat, ad fundum maris pertigit, ſublevatus tamen ab aquis per vadum, quod ibi erat, evaſit. Ne ſcutum quidem dicunt eum abieciſſe. Poſtea Goslio ſecundo Gargaram dedit & ab eo alium locum Sopram accepit. Goslius vendidit Gargaram Baſilio, fratri Catholici Armenorum. Michaelem coacta manu ad populandum in agrum Chiſchumi ingreſſum Franci, inſidiis poſitis, occiderunt. Daiga Baſilius ad Leonem in Ciliciam profectus & eius gener factus eſt. Armenorum, quos poſtea contra Francos, qui Barzamanæ erant, eduxit, multi ceciderunt. Hoc anno menſe Ianuarii tantum gelu fuit, ut aves montanæ, perdices & aliæ, itemque animalia fera, e. g. cervi, in urbes confugerent, præcipue in urbem Amidam, cuius præfectus ea lædere vetuit, imo alimenta eis præbere iuſſit usque ad menſem Niſan; quo tempore ea abegit. Antequam hoc magnum gelu ingrueret, inde ab autumno cœperunt aves & feræ in foveas ſe abdere; quod argumento eſt, naturæ irrationalium a Deo præſcien-

Pag. 317.

tiam mutationum aëris inſitam eſſe. Hoc anno Soltanus Maſudus
a Chalipha Raſchido 300000 denariorum a patre Moſtarſchedo ſibi
promiſſorum, ab eo nempe tempore, quo apud illum erat, exe-
git, poſtulavitque, ut alia trecenta millia a Bagdadenſibus ſibi in
auxilium colligeret, & uti mos eſſet ſub novi Chaliphatus ini-
tium pro munere ſibi mitteret. Raſchidus, advocato concilio,
conſuluit proceres, quid reſpondendum putarent. Illi conſilium
dederunt, ut copias contraheret & contra Maſudum exiret. Ap-
Pag. 318. probato conſilio aperuit ille gazas & permultum auri ad milites
armandos expromſit. Maſudi legato nunciandum curavit. Pater
meus aurum promiſerat, ut a vobis liberaretur; vos illum inter-
feciſtis. Ego nunc illius mortem ulturus ſum. Vobis a me ni-
hil niſi gladius exſpectandum eſt; quo audito legatus diſceſſit & fu-
git. Chalipha contra magnopere exædificationem muri & turrium
urſit. Hisce diebus venit Chaliphæ auxilio (286) Zangius, Mo-
zalæ dominus. Venit etiam Davud, filius fratris Soltani Maſudi,
quem Chalipha pro Maſudo pronunciare Soltanum volebat. Zan-
gius autem renuit dixitque; nolite multum Maſudum irritare, imo
reſpondete huic puero: Age, educ copias tuas contra patruum
tuum, quem ſi viceris & ſuperior diſceſſeris, te Soltanum pro-
nunciabimus. Chalipha tamen non aſſenſit, ſed nomen *Soltani* a
Maſudo ablatum Davudo dedit. Maſudus Chaliphæ nunciandum
curavit: Te nobis opus non eſt. Ecce nos nobis Chalipham, qui
te aptior, ex familia Ali eligemus. Circumſpice tibi locum, &
diſcede, quocumque volueris. Chalipha hoc nuntio territus pe-
tiit per legatum a Bahruzo, Emira Tagriti, ut in arcem Tagriten-
ſem, quo tutus eſſet, ingredi liceret; ille autem reſpondit: ego
ſervus

Digitized by Google

ſervus ſum Maſudi. Si te a me ſibi tradi vellet, ego impedire non poſſem. Itaque Chalipha ad bellum cum Maſudo gerendum coactus tentoria extra urbem fixit. Erant cum eo Zangius et reliqui proceres. Allato nuncio, Maſudum cum multis copiis adventare, Zangius proceres ita allocutus eſt: Probe noſtis, quid Moſtarſchedo acciderit propter procerum diſcordiam, quæ neque illi neque his ſaluti fuit; quam ob cauſam, ſi ſincerus eſt veſter animus & lubentes vos ad bellum contra Maſudum adeſtis; iubete me Maſudo occurrere; ſin minus, quid congredi cum illo vultis, Pag. 319.
ut diripiamini et ſuperemini. Abite in ſuam quisque regionem, ut ea, quæ veſtra ſunt, vobis ſerventur. Cum eorum os capiſtratum eſſet, (omnes tacerent) nullus reſponderet, alius alium intueretur; intellexit Zangius eorum fraudem eamque Chaliphæ indicavit. Quo facto omnes in urbem ingreſſi ſunt & tentoria intra illam fixerunt. Zangius illico Mozalam profectus eſt, & Chalipha, qui illum abire vidiſſet, reſiſtere autem ſolus non poſſet, etiam Mozalam cum Zangio fugere coactus eſt. Maſudus Bagdadum ingreſſus lenis adverſus Bagdadenſes fuit & ne ullam quidem domum diripi voluit. Congregatis omnibus proceribus, monſtravit chirographum Chaliphæ Raſchidi, in quo ſcriptum erat: quocumque die ego milites congregavero & vel contra unum Emiram Maſudi exiero, ab eo die amotum a Chaliphatu me declaro. Producti deinde teſtes, quibus erant chirographa, eadem manu ſcripta, quorum teſtimonia cum pro veris agnita eſſent, Raſchidum legitime a Chaliphatu removerunt. Alia etiam obiecerunt crimina, e. g. concubuiſſe eum cum ancillis, cum quibus pater eius coiiſſet, vinum bibiſſe, preces intermiſiſſe, talis luſiſſe,

iniurioſum & oppreſſorem fuiſſe, ſanguinem innocentem profudiſſe. *Poſt Raſchidum regnavit Moctaphius patruus eius*, filius Moſtattaheri, annos 24 & menſes 2. Abrogato Raſchidi imperio, advocavit Soltanus Scharfoddinum Zainium Vezirum eumque Chalipham eligere iuſſit. Elegit ille patruum eius, qui amotus erat quippe huius generum, aut ſororis maritum. Maſudus palatium cum proceribus ingreſſus Moctaphium pronunciavit Chalipham eſſe, poſtquam hic teſtibus adhibitis promiſerat ſe Soltano 120000 denariorum daturum eſſe. In Chaliphæ ærario eo tempore ne unus
P. 320. quidem denarius erat. Moctaphius autem iam antequam ad hanc dignitatem eveheretur, 20000 denariorum poſſidebat, quæ in ærarium, quam primum ſolium aſcenderat, intulit. Hoc modo Raſchido cognomen Chaliphæ demtum & Moctaphio datum & pro Davudo Maſudus Soltanus appellatus eſt. Soltanum ex Chaliphæ aula egreſſum narrant Vezirum ad ſe vocatum propter eius electionem increpuiſſe eique dixiſſe: Stulte egiſti, quod virum conſtituiſti ætatis provectæ & prudentem. Si puerum elegiſſes, eumque educaſſes; is te veneratus eſſet & imperium regnique adminiſtratio diu in manibus tuis fuiſſet, donec ille virilem ætatem attigiſſet. Crede mihi. Non diu hunc tuum electum feres (i. e. tibi placebit). Experieris. Ineunte anno 531 Arabum filius Aniſchmedi, Melitenes dominus, Bagdadum ad Soltanum miſit petiitque ab eo, ut ſe in priſtinum locum reſtitueret. Cum legatum introducerent & ex more limen oſculari iuberent, recuſavit ille dixitque: ego non oſculor limen (cubiculi) unde dominus eius eiectus eſt. Zangius coacta manu Tagritum venit & poſtquam Soltani Maſudi greges equorum aggreſſus erat, Mozalam rediit. Po-

Digitized by Google

Poſtea Moctaphius Chalipha per legatum Zangio promiſit, ſe loca illi decem nobilia daturum, ſi promitteret, ſe Raſchido auxilio non futurum. Reſpondit ille: iure iurando impedior, quo minus veſtris eum manibus tradam. Illa tamen loca ſi mihi tradatis, ſuffragium vobis meum dabo vosque agnoſcam, illi autem non auxiliabor, ſed a me illum eiicere non poſſum. Data igitur ſunt decem loca, in quibus Harbe erat, & Hazire, Zariphain, Hallah, aliaque. Zangius Moctaphium & Soltanum Maſudum, illum pro Chalipha, hunc pro Soltano, agnovit. Raſchidum autem ſecum habitare paſſus eſt in aula cognominata aurea Mozalæ. Hoc anno habitabat in domo divitis cuiusdam mercatoris Bagdadenſis in regione portæ Angæ femina quædam nobilis & ſenex, quam ille peregre profectus cum uxore & filia ſua domi reliquit. Hæc P. 321. cum filio ſuo & alios iuvenes eosque fures in domum induxit, qui noctu in mercatoris domum ingreſſi omnia inde extulerunt. Dum in eo erant, ut exirent, dixit hæc vetula mercatoris uxori: Benedictus ſit dominus, qui horum oculos excæcavit, ut ciſtam non aperirent. Quo audito fures reverſi ciſtam aperuerunt & ex ea 4000 denariorum, lapides pretioſos & margaritas abſtulerunt. Maſudus, cum quo Davudus acie conflixit, ſuperatus eſt et multos ſuorum militum amiſit. Hoc anno, qui Græcorum erat 1448 C. 1137. Ioannes, Græcorum imperator, multa cum ira adverſus Leonem Armenum egreſſus eſt & Tarſum, Adanam, Meſſiſam, expugnavit. Ipſum Leonem, uxorem et filios eius cepit & Conſtantinopolin miſit. Inde ad Antiochiam copias duxit, quam capere non potuit. Cum Goslius ad eum profectus eſſet, convenit inter eos, ut, ſi Ioannes Halebum reliquas & Syriæ urbes caperet, Franciſque daret,

Digitized by Google

daret, Franci ipſi Antiochiam concederent. Itaque conjunctis viribus Halebum oppugnarunt & arcem Buzaam ceperunt. Inde contra Schizaram milites miſerunt. Hoc tempore Maſud, Iconii Soltanus, Ciliciam ingreſſus Adanam oppugnavit, omnem populum & Epiſcopum etiam vinctos Melitenen deduxit; quo audito imperator Ioannes incenſis machinis in Ciliciam reverſus et pace cum Maſudo, Iconii domino, compoſita, Conſtantinopolin profectus eſt. Malec Mohamed, Melitenes dominus, fratrem Dolam a ſe expulit eique Ablistenam & regionem Gehanenſem eripuit. Dola Hanzitam tranſiit, inde Amidam et ex Amida ad Goslium oſtiatim quaſi circumiens. Hoc tempore Emira Iſa, Sibaberaci i. e. Sabochtai dominus, a Bogoſago Armeno, Bagdadi Mohammedano facto, originem ducens, coacta manu in agrum Gargarenſem ad populandum ingreſſus eſt, quem cum iam pridem vaſtatum eſſe videret, monaſteria omnis generis diripere ſtatuit & ad monaſterium Mar Abihæ, quod unum erat ex iis, quæ monaſteria Sclavorum nominantur, copias duxit. In quod cum a latere riparum Euphratis intrare non poſſet, in rupes eſcendit & deſuper ex iis per funes milites demiſit. Monachi terrore perculſi ad eum exierunt & omnibus modis vexati ſunt. Abſtulit enim illis omnia cimelia, quæ inveniebantur, calices, patinas aureas & cruces & omnia, quæ ibi erant inde a tempore Mar Ioannis Patriarchæ, filii Abduni. Piſcinam (287) quoque aſportavit. Doctorem David, monachum cum ſociis ſuis in cœnobium Schiræ traduxit, (288) ut nemo niſi Abugaleb ad regis menſam maneret. Anno 532 Raſchid, qui a Chaliphatu remotus erat, ex Mozala exiit & ad Soltanum Davudum in Choraſanam profectus eſt,

P. 322.

eſt, qui eum honorifice excepit. Poſtea ambo Hamdanam Soltano Maſudo eripuerunt. Izphahanum poſtea profectus Raſchid in gravem morbum incidit. Ægrotum quatuor Choraſani ante portam Izphahani occiderunt, & niſi occiſus eſſet, brevi, uti narrant, moriturus fuiſſet, propterea, quod ter potibus venenum immiſcuerant. Quo loco occiſus eſt ad portam Izphahani, ibi ſepultus eſt, uti pater, qui ad portam Maragæ occiſus erat. Anno Græcorum 1449, cum Edeſſa a Turcis quaſi obſeſſa eſſet, 300 equites Franci cum quatuor millibus peditum aliorumque hominum ex Samoſata egreſſi ſunt, ut commeatus Edeſſam deportarent. Sed Temurtaſchus, Mardenæ dominus, inſidiis poſitis, permultos ex Chriſtianis occidit, reliquos captivos abduxit, in quorum numero erant Abuſaed, diaconus, medicus & philoſophus, & Michael, filius Schomunæ, cum filio ſuo. Etiam arcem Caſam Francis eripuit. Maſudus, Iconii Soltanus agrum Chiſchumenſem depopulatus eſt eiusque vicos incendit. Anno 533 Arabum, menſe ſecundo vehemens terræ motus in Perſica urbe, Ganzana, 130000 hominum ſuffocavit. Urbs funditus everſa eſt, cuius loco nigræ aquæ proruperunt. Qui ſuperſtites erant, in ſepulcris habitabant interitum ſuorum dolentes. Anno Græcorum 1450 Malec Mohammed Melitenes dominus in Cilicia duas arces, Bahgai & Gebnupirat, expugnavit. Agrum quoque Ceſenenſem in littore maris Pontici depopulatus eſt, cuius omnem populum in ſervitutem vendidit. Anno Græcorum 1451 rupta in agro Callinicenſi terra eſt & quadraginta equites cum equis eorum hauſit. Unus tantum, qui ad alvum exonerandam ſeceſſerat, ſervatus eſt. Satis diu hominum eiulatus equorumque auditi ſunt. Anno Arabum 534 evenit, quod

C. 1138.

P. 325.

C. 1139.

C. 1140.



Digitized by Google

Soltanus Maſud Veziro Scharfoddino de Chalipha non prudenter electo prædixerat. Cœpit enim hic Chalipha ipſe ſine Veziri conſilio adminiſtrare, qua re ille domi manere coactus eſt. Poſtea eum ad ſe revocavit & cum eo in gratiam rediit, ſed non ex animo. Veziri manus ob nimis multas res politicas contracta & paullo poſt ipſe a Veziratu omnino remotus eſt. Anno Arabum 534, Græcorum 1452 menſe Octobri Turci Melitenenſes monaſteria Beth-Zabarenſia i. e. Beth Kenæa diripuerunt. Menſe Maio Franci iniuriam ulturi Sochatram & Arcam venerunt & chriſtianorum facultates rapuerunt. Hoc modo ab utraque parte chriſtiani direpti ſunt. In agrum quoque Abliſtenenſem Franci irruperunt &
P. 324. chriſtianorum facultates abſtulerunt. Turcorum multos occiderunt, quorum filios & uxores captivas abduxerunt. Eodem iræ impetu Turci ex agro Hanzitano in regiones Francorum irruperunt, qua occaſione in Haſanam, ſanctum virum ex Cœleſyria, cum montem Abdaharam tranſiret, inciderunt vinxeruntque, ut eum una cum eius comitibus occiderent. Repente tamen Francorum timore adeo conſternati ſunt, ut, illis relictis, aufugerent. Franci illis vincula demſerunt. Egreſſus Græcorum imperator usque ad Neocæſaream penetravit, ubi Græci & Turci per ſex menſes caſtra ex adverſo oppoſita habebant. Tandem ſine prœlio diverſi abierunt. Hoc tempore chriſtianorum quicunque nomen regis Græcorum aut Francorum, quamquam inſcius, commemorabat, gladio perimebatur; quo modo multi Melitenenſium perierunt. Anno Arabum 536 Chovarazam Schah per legatum regem Hunnorum interiorum, qui ad Moslemiſmum non reverterunt, ab Arabibus Capher Toroc cognominati, ad bellum contra Soltanum San-

Digitized by Google

Sangarum, qui fratrem Chovarazami Schah occiderunt, excitavit. Contra Hunnos, qui cum 300000 venerunt, Sangarus 100000 eduxit & cum iis fluvium Gihonem tranſiit. Pugna commiſſa ad internecionem deletus eſt Sangari exercitus. Cum ſex tantum hominibus effugiſſe & Balacum veniſſe dicitur. Uxor eius & filia filiæ ſuæ in captivitatem abductæ ſunt cum quatuor millibus aliarum feminarum. Ex his centum millibus ne unus quidem effugit, omnes aut gladio cæſi aut in captivitatem abducti ſunt. Anno C. 1143. Græcorum 1454 Malec Mahmud Cæſareæ mortuus eſt, qui filium ſuum Damlanonum ſibi voluit ſuccedere. Sed uxor eius Iacubo Arſalano nupſit eoque effecit, ut hic Sebaſtiæ regnaret. Damlanon Simandoam aufugit & Cæſaream cepit. Poſtquam cum altero eius fratre Ionas, arcis Maſaræ dominus, vires coniunxerat, hi ambo Melitenen oppugnarunt, ſed expugnare non potuerunt; itaque ea relicta Arcam copias admoverunt. Pag. 325. Hoc tempore, miſſis a Chatuna, quæ Iacubo Arſalano nupſerat, duobus millibus, ut Melitenen occuparent & cuſtodirent, & pro his Turci, qui in illa erant, Sebaſtiam mitterentur, Turci, qui ibi erant, exaſperati, effracta ſecuribus urbis porta, Boridia cognominata, quam præfectus aperiri noluerat, eruperunt & iſta duo Turcorum millia in fugam coniecerunt. Eodem die Dolam adductum Melitenæ præfecerunt. Iconii Soltanus Maſudus Sebaſtiam expugnavit & vaſtavit, unde Melitenen venit, quam menſis Aprilis die decimo ſeptimo oppugnare cœpit & turribus admotis gravi bello preſſit. In urbe etiam Dola chriſtianorum principes peſſime tractavit pro militibus ſuis gravia tributa ab iis exigens. Poſt tres tamen menſes repente veſpere diem Crucis feſtum antecedente



Digitized by Google

menſe Septembri Soltanus machinis incenſis abiit, quo facto quies Melitenenſibus reddita eſt. Menſe Niſan huius anni Ioannes, Græcorum imperator, cum venaretur in Cilicia, ab apro ſauciatus mortuus eſt. Quia filius eius, natu maior, non aderat, imperium filio natu minori Manueli tradidit, quem menſe Niſan anni 1455 ad regnum capeſſendum Conſtantinopolin ingreſſum
C. 1144. frater eius agnovit & adoravit. Francorum rex Hieroſolymitanus etiam inter venandum ex equo lapſus mortuus eſt. Succeſſit Bagduius filius eius, pro quo, teneræ ætatis puero, mater eius regnum adminiſtrabat. Anno Græcorum 1455 Davud, arcis Zaidæ præfectus, etiam mortuus eſt. Succeſſit filius eius adoleſcentulus, Kara Arſalan, Zangius, Mozalæ dominus, apud quem Arſalan Togmiſch, filius Davudi natu maior, erat; hunc Arſalanum Togmiſchum expulſo Kara Arſalano conſtituere præfectum volebat,
Pag. 326. ſed Kara Arſalan ad Iconii Soltanum Maſudum confugit, qui eum cum 20000 equitum contra Zangium remiſit; quo audito Zangius in regionem ſuam reverſus eſt. Maſudus Iconii Soltanus Melitenen per tres annos oppugnavit & deinde ea relicta diſceſſit.
C. 1145. *De Edeſſæ expugnatione per Francos.* Anno Græcorum 1456, cum Goslius Edeſſæ dominus Antiochiam profectus eſſet; certiorem Mozalæ dominum, Zangium fecerunt Haranenſes, Edeſſam eſſe a defenſoribus vacuam. Coacto igitur exercitu die Martis die 28 Novembris Zangius Edeſſam oppugnare cœpit. Caſtris ad portam horarum poſitis, quæ ad eccleſiam usque confeſſorum extendebantur, ſeptem contra eam admovit turres, & copiæ eius telorum quaſi imbrem ſuper eam emiſerunt. Oppidani omnes, magni, parvi, cœnobitæ etiam montis, ſuper muris ſtabant & pugnabant. Feminæ etiam

Digitized by Google

etiam omnes in muris erant defenſoribus lapides, aquas, cibos porrigentes. Hoſtium cuniculi ſub terra acti iam ad urbem pertigerant. Contra hos oppidani alios agebant & per hos egreſſi occiderunt hoſtes in ſuis. Reverſi in urbem contra cuniculos murum exſtruxerunt. Egerant autem hoſtes alios contra duas turres & cum hæ ruinam minitarentur, miſit Zangius Atabegus ad Edeſſenos illisque dixit: Sumite vobis ex noſtris duos viros & nobis ex veſtris duos date, qui ſuis oculis videant, has duas turres brevi lapſuras. Tradite igitur urbem, antequam vi expugnetur & vos pereatis. Papias autem Francorum Edeſſæ princeps, quia Goslii & regis Hieroſolymitani auxilia exſpectabat, non obtemperavit, imo Zangium ſprevit & irriſit. Tum hoſtes trabibus, quæ turres ſuſtinebant, ignes ſubiecerunt, eoque turres ceciderunt. Turcos ſuper ruinas irrumpentes oppidani cum Papia & epiſcopis poſt ruinas ſtantes impedierunt; quo modo locus muri apertus Pag. 327. cumulis hominum ex utraque parte occiſorum clauſus eſt. Dum autem totus populus ad ruinas congregatus erat, Turci, conſpecta muri parte a defenſoribus vacua, ſcalas applicaverunt & aſcenderunt. Cum oppidani murum a Turcis captum viderent, remittentes manus in arcem urbis fugere cœperunt. Ab eo autem momento quod os non claudatur, ſi narrare incipiat, aut quæ manus non tremat, ſi ſcribere velit, quantum malorum trium horarum ſpatio die Sabbati, tertio Ianuarii, homines perpeſſi ſint? Turcorum enim, qui ingreſſi erant, gladius ſtrictus bibebat ſanguinem ſenum & puerorum, virorum & feminarum, ſacerdotum, & diaconorum, cœnobitarum, ſolitariorum, monachorum, virginum, infantium, ſponſorum & ſponſarum. Eheu acerbam narrationem! Urbs Abgari, amici Meſſiæ, facta eſt conculcatio

 ob

Digitized by Google

ob iniquitatem noſtram. Eheu miſerandam hominum ſortem! Non parentes filiorum miſerti ſunt, non filii parentum; mater miſereri liberorum ſuorum obliviſcebatur. Unusquisque montis tumulum petebat. Sacerdotes autem ſenes martyrum hierothecas portantes, cum viderent iram, de qua propheta his verbis dixit: tolerabo iram domini, quia peccavi, non fugerunt, neque preces intermiſerunt, donec gladius ſilentium imponebat. Poſtea veſtes eorum ſacerdotales ſanguine eorum maculatæ inventæ ſunt. Multæ matrum liberos ſuos, uti gallina pullos ſuos, circa ſe congregaverant, exſpectantes, ut aut gladio omnes una perirent, aut in ſervitutem omnes ſimul abducerentur. Qui ad arcem confugerunt, iis cuſtodes non aperiebant, donec Papiam conſpexerunt. Quia autem non cum prioribus venerat, mille homines nimia conſtipatione ſuffocati ſunt. Cum tandem acceſſiſſet, ingredi non potuit propter cadavera ante portam arcis accumulata. Ibi a Turcis ſagitta ictus interiit. Tandem Zangius cum calami-
P. 328. tatem urbis vidiſſet, gladium in vaginam recondidit. Baſilium epiſcopum nudum & diſcalceatum Turci fune flagellaverunt. Quem cum Zangius conſpexiſſet, cognita viri ex vultu eius bonitate, interrogavit, quis eſſet, & edoctus, Metropolitam eſſe, veſtibus induit & in tentorium ſuum induxit. Poſtea increpuit, quod urbem non tradidiſſet, & populum miſerum a cæde ſervaſſet. Reſpondit epiſcopus: Divina providentia tantam tibi victoriam deſtinaverat, ut nomen tuum magnum & illuſtre eſſet apud reges, ſocios tuos, nos autem miſeri aperta facie (ſine pudore) dominum noſtrum intueri poſſemus, quia non deſcivimus neque iusiurandum noſtrum violavimus. Placuerunt hæc verba Atabego, qui dixit:

Digitized by Google

dixit: recte reſpondiſti, o Metropolitane! deus & homines honorant eos, qui iusiurandum ſervant, maxime illos, qui ad mortem usque in fide perſeverant. Qui in arce erant, duobus diebus poſt, fide accepta ſe incolumes futuros, arcem tradiderunt. Turci, ubicunque Francos invenerunt, ibi occiderunt, populum autem noſtrum & Armenos ſervarunt illæſos. Non noſtrum eſt rem plenius enarrare; Ieremiæ eſt eorumque, qui eius ſimiles ſunt, advocare lamentatrices & ſapientes feminas, ut lamentationes cum canticis & naeniis de hoc miſerando populo coniungant. Quo die enim Edeſſa expugnata eſt, eo ignis monaſterium Karraitam in regione Charſchenenſi, & omnes quidem huius cellas atque cœnobitam unum ſenem conſumſit. Reliqui tanquam ex fornace ardente ſervati ſunt. Eo die urbs quoque una in regione Maraſchenſi conflagravit. Similiter ignis cœnobio Mar Bar-Zumæ incidit, quem, tribus cellis abſumtis, ægre tamen, exſtinxerunt. De hac Edeſſæ expugnatione epiſcopus Mar Dionyſius, Bar Zalibai duo, Mar Baſilius Edeſſæ epiſcopus tria carmina ſcripſit; omnia ad modum Mar Iacobi. Poſt Edeſſæ expugnationem Zangius ad Biram copias duxit, arcem munitam P. 329.
Euphrati appoſitam, & dum eam bello premebat, allatus nuncius eſt: Mozalæ ſeditionem ortam & eius vicarium occiſum eſſe, qua re motus ea relicta Mozalam rediit. Franci, qui in Bira erant, veriti, ne Zangius adverſus ipſos reverteretur, Haſamoddino Temurtaſcho filio Elgazii, filii Artuki, Mardenæ domino, arcem tradiderunt, isque ſimiliter metuens, ne Zangius regionem ſuam ingrederetur, & captis arcibus; harum ope totam ſibi regionem ſubiiceret, multas arces ſponte ſua diruit, Hurabaram, Telbeſme,

Tomam

Digitized by Google

Tomam Tellaſchiham, eamque arcem, quæ ad monaſterium Mar Hananiæ cognominati feminæ ſita erat. Hoc tempore arx Hatcha Temurtaſcho, qui annum & quatuor menſes eam oppugnaverat, a Curdæo quodam eius domino tradita eſt, ea tamen conditione, iure iurando confirmata, ut certam auri ſummam & loca certa pro ea acciperet. Arſalan Togmiſchus, Davudi filius, Zaidæ dominus a Zangio egreſſus caſtellum Arſenium oppugnavit poſtulavitque, ut ſponte ſibi illud traderent, cepit etiam, quamprimum vi aggredi parabat. Quindecim millia hominum captivorum, qui ex tota regione illuc congregati erant, in illa inventa ſunt. Hos omnes cum epiſcopo eorum Temalao in ſervitutem abduxerunt & vendiderunt. Anno Arabum 540 Zangius exercitum miſit contra arcem Banac, quæ iuxta Gazartam Cardoam ſita & cognominata erat arx filiorum Omar. Hæc munita erat, quippe Tigridi appoſita & per trecentos annos in poteſtate Curdæorum Baſchanæorum fuerat. Anno 545 Zangius, poſtquam animos Mozalanorum poſt cædem vicarii ſui Nazeroddini ſedaverat, Halebum, quæ urbs illi parebat, profectus eſt, & coactis copiis arcem Kalah Gaabaræ
P. 330. obſedit. Die quodam, cum in tentorio ſuo ſederet & pelvim auream ab artificibus ſibi fabricatam & apportatam inclinato capite conſideraret, ſervorum armigerorum unus gladio a tergo eum percuſſit, eique caput abſcidit. Alii narrant, noctu, cum ex ebrietate ſomno oppreſſus iaceret, tres ſervos eum occidiſſe & ſub murum fugientes huius cuſtodibus dixiſſe: extrahite nos in murum, ut vobis bonum nuncium impertiamus. Illi demiſſa corbe funibus unum poſt alterum extraxerunt. Quum adſcendiſſent, dixerunt arcis defenſoribus: Zangium nos nunc occidimus, nemine

id

id adhuc animadvertente. Indicate igitur hoc illis. Quo audito hi cornibus cecinerunt & proclamarunt, ita, ut qui infra eſſent, exaudirent: Surgite & dominum veſtrum occiſum, antequam fœteat, ſepelite. Qui cum ingreſſi eſſent, Zangium invenerunt iugulatum, quo facto multo magis filius eius Mahmud cognominatus Nuroddin, qui apud eum fuerat, arcem bello preſſit. Tandem cum eum non minus quam oppidanos certaminum pœniteret, dixit illis: tradite mihi occiſores patris mei, & pacem vos a me impetrabitis. Itaque tradiderunt hos tres ſervos, quos acerbiſſime excruciatos occiderunt. Cadavera eorum cremata ſunt. Zangio ſuperſtites erant quatuor filii & una filia, Siphoddin Gazi, Nuroddin Mahmud, Kotaboddin Maudud, Nozratoddin, Emira Emirarum & eorum ſoror. Hic Zangius aulas regias Mozalæ ædificavit. Antea una tantum regia in ea erat, e regione ſtadii ſita. Muros altiores fecit, foſſam profundiorem. Aperuit etiam portam, ad eius nomen Emadia cognominatam. Hic hortos circa eam plantavit. Ante eius tempora tam pauca Mozalæ erant poma & uvæ, ut pomarius uvas venditurus libra eas appenderet, & botros forfice deſecans probe attenderet, ne acinus in terram decideret; eius autem tempore omnis generis fructus ibi erant. Pag. 331 Alebat etiam in palatio Soltani homines, a quibus clam edocebatur, quid interdiu & noctu ibi ageretur. Legatos, qui ad ſe veniebant, cum nemine militum aut civium ſuorum colloqui patiebatur. Aliquando bellariorum ſpeciem quandam ſervo dedit, eique dixit: ſerva mihi hæc bellaria, quæ ſervus vix acceperat, quum linteo involuta in ſinum ſuum condidit & integrum annum ſecum habuit. Anno elapſo dixit ei Atabegus: ubi ſunt bellaria? ſervus citiſſime



Digitized by Google

ex ſinu promſit eique porrexit. Placuit ei hoc ſervi factum ideoque dixit: Tali homini convenit cuſtodiam oppidi credere. Revera etiam arci Choraiſchi eum præfecit & illuc miſit. De huius caſtitate, fortitudine & quomodo maleficorum hominum terror fuerit, ſingularia alia narrari poſſent, ſed praterimus, quia nimis longa eſſent. Syriæ 19 annos imperavit. Cum Atabeg Zangius ante Kalah Gaafar occideretur: erat apud eum Emira, homo magnus & prudens, nomine Aſododdin Schirchavah. Hic ad Nuroddinum Zangii filium acceſſit eique dixit: Patris tui Vezirum ego vidi omnes copias patris tui ad fratrem tuum Siphoddinum ſeducere, quod eo facit conſilio, ut illum tandem Mozalam deducat eiusque regem creet. Hanc ob cauſam utiliſſimum erit, ut te Halebum deducam, quo non tantum huius rex fias, ſed eius ope univerſæ quoque Syriæ imperes; quod ſi factum erit, etiam oriens, i. e. Mozala & tractus eius, tibi ſubiicietur. Quam primum hac de re inter eos convenerat, edixerunt præcones, ut omnes Syriæ copiæ ad Nuroddinum convenirent. Quo facto Halebum Nuroddinus profectus eſt & urbem arcemque eius occupavit. Siphoddinus frater eius Mozalam ſe contulit ibique regnare cœpit. Huic
P. 332. Soltanus Maſudus propter miniſteria vivo adhuc patre ſibi præſtita multum amato, veſtes regias miſit, & imperium in Mozalam confirmavit. Nuroddinus timuit ſibi a fratre Siphoddino ideoque donis aliisque modis, ſe dicto eius audientem fore, demonſtravit, in colloquium tamen cum eo congredi dubitavit. Poſtquam alter alteri iuraverat, ad Siphoddinum in Syriam profectum venit Nuroddinus eoque conſpecto equo deſcendens terram oſculatus eſt in honorem fratris. Etiam Siphoddinus deſcendit fratremque am-

amplexus eſt. Utrique lacrimæ per genas manarunt. Tum Siphoddinus Nuroddino: Cur, quæſo, inquit, non ad me veniſti? An tibi a me times? Crede frater, quod tu cogitas, id in mentem mihi non venit. Vita quid prodeſſet mihi, quid omnes regiones, ſi fratri facere male vellem? Hoc modo cum mutuum amorem ſibi declaraſſent, in ſuam quisque regionem diſceſſerunt. Eo tempore, occiſo Zangio, Baimundus, Antiochiæ dominus, agrum Halebenſem & Hematenſem ingreſſus, magnam inter Arabes ſtragem edidit. Prædam magnam ab eo abductam Schirchavah, eum aſſecutus, reportavit. Mogaroddinus, Damaſci dominus, Balbecum copias duxit, & poſtquam hanc urbem bello ſatis vexaſſet, a Nagamoddino Iobo, Salahoddini fratre, accepit. Nagamoddinum, cui pro ea aliquot vicos dedit, Damaſcum ſecum deduxit. Anno Græcorum 1448 cum menſe Novembri Goslius & Bagduius, Chiſchumi dominus, Edeſſam veniſſent, pedites Franci, qui cum Armenis, muri cuſtodibus, coniuraverant, per ſcalas in duas turres eſcenderunt; quo facto Turci in arcem confugerunt. Inſequente die mane porta aquarum aperta Goslius ingreſſus eſt. Poſt ſex dies, quibus Franci Edeſſæ manſerunt, Nuroddinus cum 10000 Turcorum Halebo egreſſus eos adortus eſt. Goslius miſeros Edeſſenos graviter vexavit, & viros mulieresque, pueros & puellas, abreptos vi poſt mediam noctem eduxit. P. 333.
Illuceſcente die Turci eos aſſequuti tantam telorum vim in eos emittebant, ut denſam grandinem cœlo deiectam crediſſes, & hoc modo multos vulnerabant. O nubem iræ, o diem ſine miſericordia! o noctem mortis, o diluculum Gehennæ et diem perniciei, qui miſeris Edeſſenis, civibus invidendæ urbis, ſupervenit. Equi-



Digitized by Google

tes Franci qui reſiſtere Turcis non poſſent, aufugerunt, & pedites,
qui fugere nequirent, in arcem quandam magnam & devaſtatam
appellatam ſtellam conabantur aſcendere. Relictus igitur eſt po-
pulus deplorandus. Uti ignis ſtipulam, ſic Turcorum ignis illos
depaſtus eſt. Turci cæde defatigati diſcalceatos & veſtibus exutos
vinxerunt funibus nudos, viros mulieresque ad currendum cum
equis coegerunt. Hominum in prima & hac altera expugnatione
occiſorum 30000 fuerunt. In captivitatem abducti ſunt 16000;
eorum cum peditibus Francis in arcem devaſtatam confugerunt
1000. Neque ulla mulier neque ullus puer relinquebatur. Qui
gladio non perierunt, in captivitatem venditi ſunt. Urbs relicta
eſt deſolata, ebria ſanguine & plena filiorum filiarumque ſuarum
membris. Noctu ſirenes ad occiſorum carnes depaſcendas ingre-
diebantur; & facta hoc modo eſt habitatio canum ſilveſtrium.
Bagduii, domini Chiſchumenſis, cadaver non inventum eſt. Ma-
ledictus Goslius Samoſatam aufugit. Epiſcopus Baſilius noſter
fuga ſe eripuit, Armenorum epiſcopus cum multis captus eſt.
Franci interiores audito hoc Edeſſæ excidio ira commoti cum multis
copiis proruperunt; imperator Alamaniæ (Empereur d'Allemagne)
cum 90000 equitum, & rex Aphrizes (Roi de France) quem Ara-
P. 334. bes Phoneſch nominant, cum 50000. Peditum infinitus erat nu-
C. 1148. merus. Anno 1459 Græcorum Conſtantinopoli bellum intulerunt,
quia fraudem Græcorum intellexerant. Imperator autem Manuel,
ab eo ipſo momento, quo aurum multum dederat, & iure iu-
rando affirmaverat, ſe ſine dolo eos in itinere ducturum, Francos
decepit. Tales enim itinerum duces dedit, qui eos in montes
aſperos & ſiticuloſos deduxerunt, ubi, poſtquam per quinque dies
huc

Digitized by Google

huc & illuc erraverant, & duces aufugerant, myriades ex illis una cum equis ſiti enecti ſunt. Quod cum Turci audiviſſent, diſperſos in montibus agreſſi Francorum totas cohortes, ubicunque in eos incidebant, ceciderunt. Turcorum regiones tanta præda impletæ erant, ut talenta argenti uti plumbum Melitenæ venderentur. Francis ex cæde ad litora Pontici maris reverſis Græci panes ex farina calce mixta coctos præbuerunt, qua de cauſa acervatim ceciderunt, & mortui ſunt. Imperator Alamaniæ ſolus cum tribus Comitibus Hieroſolymam evaſit, ubi precibus ad deum miſſis a ſepulchro ſacro benedictionem impetravit. Poſtquam paucos dies quieti dederat, Damaſcum 30000 equitum & 60000 peditum duxit. Turcorum erant circiter 130000 peditum, præter equites. Sed quamvis horum multo plures eſſent, tamen Franci, qui nullum in hiſce Turcis & Arabibus robur eſſe vidiſſent, forti animo acceſſerunt, & ad fluvios & inter hortos caſtra poſuerunt. Moinus, Damaſci dominus, qui de rebus ſuis iam ante deſperaſſet, blandis precibus & auro a rege Hieroſolymitano, ad quem clam legatos miſerat, impetravit, ut diſcederet. Auri dederat 200000 denariorum æreorum, qui auro Ægyptio obducti erant. Eiusdem adulterini auri etiam domino Tiberiados 50000 denariorum dederat, quæ fraus, poſtquam diſceſſerant & aurum exploratum erat, detecta eſt. De hoc auro illi quinque ſcriptores Arabici, quamvis diverſi, ſilent. Solus beatus Mar Michael rem narravit. Imperator Alamaniæ, hac Græcorum fraude intellecta, Damaſcum reliquit, & iræ pleniſſimus in regionem ſuam revertit. Hunc exitum habuit hæc hominum ingens multitudo. Siciliæ autem rex, quamprimum hac de re certior factus erat, indignatus P. 335.

 eſt

Digitized by Google

& eſt cum copiis ſuis exiit. Primum urbem Thebas expugnavit & vaſtavit, Græcos in ea gladio peremit. Idem Adrianopoli & Philippopoli fecit. Conſtantinopolin etiam exercitum ſuum duxit & totam illius regionem deſolavit. Mortuo hoc tempore Conſtantinopoli Leone Armeno, præfecto Ciliciæ, filiis eius Tharus aufugit, & in Ciliciam pedes & egenus venit. Ab epiſcopo noſtro Mar Athanaſio, ad quem ingreſſus eſt, precum auxilium rogavit, ut Deus ſibi patrum ſuorum poſſeſſiones reſtitueret. Cum hic pro eo Deum precatus eſſet, dedit ei nummos ad equum emendum, & quum illum paraſſet, duodecim illi Armeni adhæſerunt, cum quibus primum ad arcem, cognominatam Columnam, profectus eſt. Arcis defenſores cum dominum ſuum extra eam conſpexiſſent, ſubito arcem ei tradiderunt. Græcos, qui in ea erant, ingreſſus occidit; quo facto reliquarum arcium Græci timore perculſi ſunt. Brevi tempore multa loca cepit, adiunctis ſibi Armenis & Francis. Turcorum, cum quibus pedem contulit, 3000 occidit. Cum fama in dies nobilitaretur, Turci admodum caverunt, ne eum contra ſe irritarent. Poſtea urbem etiam Anazartam aliasque expugnavit. Hoc anno Nuroddinus Zangii filius Euphemiam & alias arces Francis cripuit; poſitis tamen inſidiis, Antiochiæ dominus multos ex eius exercitu interfecit.
C. 1149. Nuroddinus cum paucis tantum evaſit, & Halebum confugit.
Pag. 336. Anno 1460 Græcorum, Arabum 534, Nuroddinus ad Haramam copias ſuas duxit, agrum depopulatus eſt, & ædificia extra arcem ſita vaſtavit. Ad eum ab Harama depellendum exiit Aphrins (Princeps, Prince) dominus Antiochiæ, ſed Franci a Turcis victi ſunt, ipſe Princeps occiſus eſt, quo inter omnes reges Francos nemo Tur-

Digitized by Google

Turcis formidabilior erat. Orto inter Antiochenos diſſidio, cum multi Antiochiam Nuroddino tradere vellent, nonnulli alii feſtinanter ad regem Hieroſolymitanum nuncios miſerunt. Rex citisſime accurrit, equites reſiduos cohortatus eſt, & ſuum patriarcham illis præfecit, donec Baimundus occiſi principis filius adoleviſſet. Hoc tempore etiam Chiſchumi dominus interfectus eſt. Goslius Chiſchumi & Bethheſnæ rex factus eſt. Hoc anno filius Maſudi, Soltani Iconii, Kalig Arſalan Maraſcham oppugnavit & Francis eripuit. Equitibus, epiſcopo & ſacerdotibus Francis iuraverat, ſe eos incolumes Antiochiam miſſurum eſſe, cumque illos dimiſiſſet, per Turcos immiſſos in via illos occidit. In hac oppugnatione Cimelium eccleſiæ noſtræ Maraſchæ e manibus ſacerdotum, epiſcopo confiſorum, itemque chriſmatis urceus, calices, phialæ, thuribula argentea, veſtes et vela rapta ſunt. Arcis Zaidæ dominus Kara Arſalan Babulam Francis eripuit. Cum exploratores in agrum Gargaræ emiſſi retuliſſent, omnem populum cum ſuppellectile ſua in montibus Mar Bar-Zumæ ſe occultaviſſe, tribus locis inſidias poſuerunt. Mane proruperunt, & facultates tauroſque diripuerunt. Ex cœnobii mancipiis tria, ex Turcis duo cæſa ſunt. Poſtea Turci hæc cœnobitis nuncianda curaverunt: Date nobis Gargarenſes, ut vobis omnem prædam reſtituamus. Hunc ſanctum enim nos veneramur, eique vota ſoluturi ſumus, ad cuius cœnobium non venimus, ut mala patraremus. Quos cepimus, eos non in ſervitutem ducimus, ſed in vicos ſuos diſtribuemus, ut agrum nobis colant. In cœnobio diſſidium ortum eſt, quia alii tradendos eſſe affirmabant, alii negabant. Cum cœnobitæ prope abeſſent, ut gladios contra ſe ſtringerent: cœnobita quidam P. 157.

ſenex:

ſenex: eligite, inquit, duos homines ex utraque parte, qui exeant, & Turcis dicant: ſi vera vos loquimini, & ad agricolationem non in ſervitutem hos petitis, veniant ex vobis nonnulli nobiscum ad Emiram veſtrum (289) ut, quod ille iuſtitia ſua decreverit, nos faciamus. Tum patefacta eorum fraude cœnobitæ omnes miro conſenſu exclamarunt uno ore: non tradimus. Turci torcularibus & vinearum ſepibus incenſis abierunt; cœnobitæ autem arcem Zaidæ ingreſſi, ab Emira, cuius animum deus miſericordia implevit, impetrarunt, ut omnis præda reſtitueretur. Hoc anno Goslius ex Telbaſchara egreſſus cum ducentis equitibus Antiochiam profectus eſt. Equites opinati, ſibi cum mille pugnandum fore, cum noctu in paucos Turcomanos incidiſſent, ſola horum voce terrefacti fugerunt. Turci eos proſecuti Goslium ipſum ceperunt, quem Nuroddinus Halebi ab eis mille denariis emit, & compedibus vinctum incluſit. Novem annis in carcere fuit, & quamvis perpetuo promiſſionibus & minis ſollicitaretur, ut Mohammedanus fieret, tamen a fide non defecit, ſed in ea perſeveravit, ſemper confeſſus, ſe ad Deo propter peccata ſua caſtigari, quod monaſterium Mar Zumæ diripuiſſet, uti nos in eccleſiaſticis, Deo bene volente, exponemus. Cum vitæ finis adeſſet, perſuaſit eis, ut urbis epiſcopum ad ſe admitterent. Peccata confeſ-
Pag. 338. ſus & ſacrorum ſymbolorum particeps factus in carcere vitam finivit. Turci, quibus, ex quo Goslium vinxerunt, animus creverat, multa alia loca Francis eripuerunt, Gargarum, Gachtam, Heſnamanzur & Tagancharam, iuxta cœnobium ſitam. Franci
C. 1150. in locum victi Goslii filium eius tenerum, qui etiam Goslius appellabatur, ſubſtituerunt. Anno Græcorum 1461 Chiſchumenſes, qui

qui magnas Turcorum vires conſideraſſent, ad Maſudum Iconii Soltanum epiſcopum Mar Ioannem miſerunt & pacti, ut Franci, qui apud ſe eſſent, incolumes Anatabam venirent, poſtquam promiſſa ſervata erant; (arcem tradiderunt). Hoc pacto Soltanus Iconii Chiſchumo, Betheſna, Raabana, Barzamana & Maraſcha potitus eſt. Cum Telbaſcharam oppugnaret, venit ad eum Nuroddinus, Zangii filius, cui Soltanus filiam ſuam in matrimonium dedit. Telbaſcharam Soltanus capere non potuit, quam ob rem ab ea diſceſſit. Poſtea rex Hieroſolymitanus Goslii uxorem et eiusdem filios cum Francis exinde eduxit, & Hieroſolymam transportavit. Telbaſcharæ impoſuit præſidium græcum ex imperatoris Græcorum militibus, quod etiam Anatabam & Azazam occupavit, deinde tamen bello fameque a Nuroddino preſſum hæc loca, antequam expugnarentur, illi tradidit. Temurtaſchus Mardenæ Dominus, Biram, Samoſatam, Choriſum & Chapharſutam occupavit. Caſtro romano præerat vir Armenus, Michael, isque per legatum a Goslii uxore filioque petiit, ut Chrichorium, Armenorum Chatholicum, qui in monaſterio lacus erat, ſibi mitterent adiutorem. Vix autem ille venerat, quum Michaeli dolos nexuit, idque tam diu, donec expulſo Michaele, cuius opes rapuit, ſolus in caſtro romano relictus erat. Eo anno, qui erat
544 Siphoddinus Zangii filius Mozalæ dominus Daram urbem ex Temurtaſcho Mardenæ domino vi cepit, & deinde etiam Mardenam oppugnavit. Temurtaſchus viribus impar eo ſibi illum conciliavit, quod filiam ſuam ei in matrimonium dedit. Siphoddinus, Mozalam reverſus, in morbum incidit & mortuus eſt. In eius locum ſucceſſit Kotoboddin Maudud, frater eius, qui Te- P. 339.



Digitized by Google

murtaſchi filiam uxorem duxerat. Nuroddinus, qui Halebi erat, a procerum aliquo rogatus, ut veniret, ſine ulla mora cum 70 equitibus Schigaram eſt profectus, quæ illi ſtatim tradita eſt. Deinde a Kara Arſalano, Heſnæ domino, auxilium per legatum petiit, eique pro illo arcem Haitamam promiſit. Kotoboddinus frater eius, coactam manum ad Telapharam duxit cum Nuroddino dimicaturus. Conſilio autem procerum habito Emeſam, quæ in poteſtate Siphoddini fuerat, Nuroddino tradidit, qui pro ea Shigaram Kotoboddino reſtituit & deinde Halebum reverſus eſt. Eo anno ex arce Zaidæ die 23 menſis Auguſti inundatio puerum cum matre ſua, duos mulos & aſinum unum abripuit & ſuffocavit.
C. 1151. Anno 1462 Izangius ab uxore ſua nervo arcus ſtrangulatus eſt. Hanc feminam frater eius, a Dibariga acceſſitus, in matrimonium duxit eoque rex factus eſt. Ex cœnobio Græcorum Pontico Siricha abſtulit Emira Turcus crucem auream, cum qua pars lignorum crucifixionis coniuncta erat, eiusque ope in illa regione multa miranda fecit, reſtituit tamen in monaſterium, poſtquam a cœnobitis magnam pecuniam acceperat. Tum puduit Græcos conviciorum, quibus ſanctum Mar Bar Zumam proſciderant, & dixerant: Si quid poſſet, cur Goſlium dextram ſuam auferre paſſus eſt? Hoc anno Nuroddinus in agrum Damaſcenum ingreſſus per legatum Damaſcenis hæc nuncianda curavit: Non ad bellum
P. 340. vobis inferendum veni, imo ad vos a turpi Francorum imperio liberandos, quibus vos tributum penditis & apud quos regionis veſtræ incolæ utriusque ſexus, quibus hucusque nemo opem tulit, vincti ſunt. Damaſceni reſponderunt: Cum Francis nos pacem habemus; auxilio veſtro nobis opus non eſt. Niſi cito in regionem

Digitized by Google

nem tuam revertaris, non modo Francos arceſſemus, ſed ipſi etiam gladium adverſus te ſtringemus. Nuroddinus hiſce auditis ira incenſus eſt & urbem oppugnare paravit, ſed impediit Dei auxilium, qui vehementes pluvias & imbres demiſit. Exierunt etiam ad eum proceres Damaſceni ad pacem conciliandam & Chalipham atque Soltanum pronunciaverunt; quo facto Halebum reverſus eſt. Anno Græcorum 1463 Franci doloſis Græcis irati, ab Roma iterum profecti, univerſum Conſtantinopolitanum agrum primum incenderunt, & deinde in Palæſtinam perrexerunt, ubi circa Aſcalonem multos vicos combuſſerunt & multos Turcos atque Arabes interfecerunt. In Ægyptum etiam penetrarunt, in cuius parte occidentali multis oppidis vicisque ignem iniecerunt, quo facto in regionem ſuam reverſi ſunt. Eo anno mortuus eſt Dolah, Melitenes dominus, cui filius Dulkarnin ſucceſſit. Quo audito Maſudus, Iconii Soltanus, contra fratrem Dolæ Iacob Arſalanum egreſſus eſt eumque ſibi ſubiecit. Poſtea ad Melitenen duxit, cuius omnia ſuburbia pulchra corrupit. Exiit ad eum pueri mater, quia ſoror fratris eius erat, filioque ſuo eius favorem impetrare ſtuduit. Soltanus reſpondit: Si puer ad me exierit mihique ſe ſubiecerit, favebo & ſua ei urbs manebit. Tum exiit puer gladium & involucrum ſepulcrale ſecum portans. Soltanus in imperio eum confirmavit & deinde abiit. Poſtea mater eius, impotens imperii femina, multa mala non tantum in chriſtianos, ſed etiam in Arabes, maxime tributis, ingeſſit. Congregavit etiam ad ſe incantatrices & hariolas, qui illi prædixerunt, ſe regnaturam & cuicunque voluerit, nupturam eſſe. Quam ob cauſam puero filio ſuo necem meditabatur; ſed inſidiis detectis P. 341.

 expu-

Digitized by Google

expulerunt eam cum hariolis ſuis proceres, ſecundum verbum prophetæ, (Ieſ. 47, 12.) quod in eam quadrat: Surge cum magis & incantationibus tuis: forte aliquid efficere poteris; multis tuis cogitationibus defatigata es. Hoc anno vehementes pluviæ, de cœlo demiſſæ, magna ſaxa & tumulos abripuerunt. Montis quoque pars abrupta eſt & in vallem, quæ inter caſtrum Abdaharam & urbem Tarſchenam eſt, devoluta curſum Euphratis per tres horas inhibuit. Aquæ usque ad urbem Phroſidinam in monte ſitam, adſcenderunt. Poſtea tamen, exitu aquis dato ad radicem montis Claudiæ, effluxerunt & ingens damnum in Syria paſſim fecerunt. Hoc anno gravis peſtilentia e Damiatis 12000 hominum abſumſit eoque multas aulas habitatoribus vacuavit. Nuroddinus, qui ad Damaſcum copias ſuas iterum duxiſſet, poſtquam audiverat, venire Francos Damaſcenis auxilio, Halebum reverſus eſt. Hoc anno, qui Arabum erat 546, Salahoddinus a Nagamoddino Iobo, Baalbeci præfecto, egreſſus, Halebum ad patruum ſuum Aſódoddinum Schirichuum venit, qui eum ad Nuroddinum introduxit, a quo benevole exceptus vitæ alimenta accepit. Anno Græcorum 1464, Arabum 547, diſſidio orto in regem Hieroſolymitanum & matrem eius, regina in turrem Davidis ſe contulit. Procerum pars matrem, pars filium ſecuta eſt. Hieroſolyma in reginæ, reliquæ urbes & exercitus in regis erant poteſtate. Hic ad Aſcalonem, quæ Arabibus Aegyptiis parebat, copias duxit & admo-
P. 342. tis turre lignea & machinis murum eius perrupit. Penetrarunt per apertum murum 400 fratres (Frères) quos omnes Arabes occiderunt, quorum poſt murum 20000, armis induti, ſtabant. Rex hunc caſum multum dolens in eo erat, ut urbe relicta diſcederet,

Digitized by Google

deret, ſed cohortatus eum eſt vir quidam bellicoſus. Quapropter Franci tota nocte muri ruinis obverſabantur & Arabes murum reficere non patiebantur. Diluculo rex ſignum militare intra murum coniecit & exclamavit, quicunque cum cruce non intraret, Chriſtianum non eſſe. Irruperunt igitur in urbem omnes & Arabum ad 18000 ceciderunt Aſcalone. Reliqui in navibus in Aegyptum fugerunt. Verius eſt, hoc anno Arabum 548, Græcorum 1465 Francos Aſcalonem expugnaſſe, quam quod Mar-Michaël ſcribit, anno ante hoc factum eſſe. Propter hanc victoriam, quam rex Hieroſolymitanus reportaverat, imperium Antiochiæ legitime ei attributum eſt. Duxit etiam in matrimonium uxorem domini eius urbis, qui mortuus erat. Turus Armenus, Ciliciæ præfectus, in Cappadociam ingreſſus Turcos diripuit et deinde in regionem ſuam rediit. Quam ob rem Maſudus, Soltanus Iconii, ſocietate cum Iacobo Arſalano, cum quo filiam ſuam coniunxerat, inita, Ciliciam invadere paravit; ſed quia excubitores Armeni vigilantiſſimi et fortes erant, pudefacti Turci a faucibus iam reverterunt. Ab eo tempore Turus, viribus auctis, reliqua etiam loca, quæ Græci obtinebant, iis eripuit; qua re offenſus Græcorum imperator Manuel Andronicum, exercitus ducem, regiæ ſtirpis hominem, in Ciliciam miſit, ſed Armeni cum Francis, pugna ad portam Tarſi commiſſa, Græcos vicerunt eorumque 3000 occiderunt; reliqui mari aufugerunt. Eo anno inventa eſt capra, quæ hoedum edidit, tribus oculis & duplice ore. Peſtilentia gravis in Cilicia & Iconii fuit. Menſe huius anni Octobri cum viri mulieresque Euphratem traiicerent, ex agro arcis Zaidæ ad feſtum diem Mar Agrippæ in regione Gubæ celebrandum tendentes, a

C. 1154.

P. 343.



Deo

Digitized by Google

Deo deſerti aquis merſi ſunt. Qua re cum multi offenderentur, eccleſiæ doctores tribus modis Dei iuſtitiam defenderunt; primo, non convenire hominibus inquirere in imperſcrutabilia creatoris iudicia; altero, non ut benedictionem impetrarent, ſed voluptatis cauſa ad memoriam martyrum hoc tempore renovandam viros mulieresque confluxiſſe; tertio, non opinandum eſſe, eos periiſſe, quibus Deus mortem utiliorem iudicaſſet, quam vitam; infideles enim perire, non fideles. Hoc tempore magnus Maſudus, Choraſanæ dominus, in urbe Hamdana mortuus eſt, cui filius fratris Malchaſchah, filii Mohammedis, ſucceſſit. Huius adminiſter
C. 1154. regni erat Emira Chazabeg. Anno Græcorum 1465 Maſudus, Iconii Soltanus, Ciliciam ingreſſus cum magno exercitu eſt & Telhamdunam gravi bello preſſit, ſed Deus, immiſſis culicibus & muſcis, plagam, Aegyptiacæ temporibus magni Moſis ſimilem, ei iniecit. Poſt tres dies ob aërem fœtentem, quem hauriebant, in morbos inciderunt; quam ob rem, graſſante iam inter eos peſtilentia, aufugerunt, relictis omnibus ſarcinis. Turus cum Armenis ex montibus deſcendens eos perſecutus eſt & cædi non prius finem fecit, quam manus defatigatæ eſſent. Profectus etiam ad Gabadaniam, i. e. Dauluam, eſt, unde, direptis Turcis, revertit. Hoc anno, ſecundum veram computationem, Franci Aſcalonem expugnarunt, quæ per 35 annos in eorum poteſtate fuit, donec a Salahoddino eis eriperetur. Hoc anno, qui Arabum eſt 548, mortuus eſt Hoſamoddin Temurtaſchus, Mardenæ dominus, cui Nagamoddin Albi ſucceſſit, regni initio crudelis in chriſtianos, ſub mortem tamen filiis præcepit, ut chri-
Pag. 344. ſtianis bene, non male, facerent. Sanctus Mar Aba illi apparuiſſe dici-

Digitized by Google

diçitur. Filius eius Gamaloddin Hanæ, alter filius Zamzamoddin Daræ regnare cœpit. Anno Græcorum 1466 mortuus eſt Maſudus, Iconii Soltanus, eique ſucceſſit Kalig Arſalan; qui cum regionem ſuam vix contra Aniſchmedum, nedum contra Iacobum Arſalanum defendere poſſet: Nuroddinus Barzamanam & Inatabam ſine vi cepit. Hoc anno, Arabum 549, Nuroddinus Damaſcum Mogeroddino, eius domino, vi eripuit. Primum regis animum a proceribus ſuis abalienavit, ſcriptis ad eium clam literis, in quibus talia inerant: Tu (nomen eius commemorare non neceſſe eſt) cave tibi ab eorum fraudibus; continuo enim per legatos mihi promittunt, ſe Damaſcum mihi tradituros eſſe. Ego autem non convenire iudico, ut Francos relinquam & cum Arabibus bellum geram. Hisce ſimilibusque artibus miſerum decepit, & poſtquam exercituum duces, unum poſt alterum interfecerat & neminem amplius videbat, qui reſiſtere poſſet Damaſci, profectus eo eſt & aperta vi cepit. Mogeroddino domino eius, vicos aliquot in regione Emeſena, in quam eum miſit, attribuit. Lenis tamen in Damaſcenos fuit, quibus multum placuit, quod Francis repugnaturum eum putabant. Hoc anno mortuo Zaphiro, filio Habeti, Aegyptii Chaliphæ, regnum traditum eſt Iſæ, trienni eius filio, Phaiezo cognominato, cuius Vezirus Abbaſus fuit. Quia autem Emira magnus Phariſeddinus non aderat, iratus Abbaſo eſt, quod ſine conſilio ſuo gubernare incepiſſet (290). Territus igitur Abbaſus, aſſumtis tribus Armenorum millibus, qui milites eius erant, cum omnibus ſuis facultatibus exiit & ad Nuroddinum fugam intendit. Aegyptiorum, qui eos perſecuti ſunt, Armeni reverſi multos occiderunt. Ipſe cum manu ſua in

C. 1155.

P. 345.

deſerto

Digitized by Google

deſerto oberravit & aliquot diebus multum fame ſitique preſſus eſt, dolo ducis itineris, qui, quod Iuliano etiam Parabatæ accidit, eum decepit. Cum e regione Aſcalonis eum eduxiſſet, egreſſi contra eos Franci ſunt. Armeni, conſpectis crucibus ſummis Francorum lanceis impoſitis, gladios confeſtim accinxerunt & cum illis pedem contulerunt. Hoc die ad 5000 Arabum occiſi ſunt. Moger ipſe captus & a Francis venditus eſt Aegyptiis, qui eum cruci affixerunt. Hoc anno Chalipha Moctaphius Tagritum oppugnavit & urbe vi capta, quam penitus vaſtavit, arcem eius quoque adortus eſt. Hanc ob cauſam Mahommed Schah, filius Soltani Maſudi, ad Emiram Mozalanum legatos miſit & iis dixit: Præfeci vos, o patres mei, his regionibus, ut nobis vos auxilio ſitis. In tota terra Sinear nihil præter hanc arcem Tagritanam nobis ſupereſt & ipſam hanc arcem nunc hic Chalipha manibus noſtris eripere vult. Rogamus igitur vos, ut ſine mora veniatis eumque depellatis. Mozalani confeſtim congregati ſunt & ad Tigritum tetenderunt. Non prius tamen Chalipha audierat, eos congregatos eſſe & adventare, quam territus, relictis omnibus ſarcinis & bellicis inſtrumentis, ab urbe diſceſſit et Bagdadum rediit. Poſt paucos dies Emira Turcus, contractis duodecim millibus, Arſalanum Schah, filium Togril, Salgukitæ, e carcere Tagritano eduxit, quia fama erat, regiæ Salgukitarum ſtirpis hominem apud eos eſſe. Illi Chalipha cum copiis ſuis occurrit & poſtquam 18 dies ex adverſo caſtra ſua habuerant, iuxta viam in Choraſanam ferentem acie conflixerunt. Chaliphæ mili-
P. 346. tes victi ſunt, Chaliphæ fugere iam cogitanti obſtituerunt duo ex proceribus, qui ei perſuaderent, ut paullulum moraretur.

Vi

Digitized by Google

Vi etiam equum eius antrorſum reduxerunt. Bagdadenſes præſentia eius animati in Turcos reverterunt, eos fuderunt atque in fugam coniecerunt. Omnes eorum ſarcinas diripuerunt. Quadraginta ovium millia ex Turcis cepiſſe dicuntur præter tauros & camelos. Hoc anno aquæ Tigridis admodum rubræ, uti ſanguis, fluxerunt. Variis etiam locis in regione Vaſati ſanguis ex terra prorupit. Cuius rei cauſam omnes ignorabant. Anno 1467 inter C. 1156.
principem Antiochiæ dominum, & Turum, Ciliciæ profectum, orta diſſenſio eſt, quia Franci eas arces, quas Armeni Græcis eripuerant, fratribus, (Templariis) qui pro omnibus chriſtianis dimicarent, tradi volebant, quod Francis a Græcis ereptæ eſſent. Sed conſentire nolebant Armeni ideoque ad portam Syncraton manus conſeruerunt; quo in prœlio Armeni victi ſunt. Turus fuga ſe eripuit & pace compoſita fratribus loca tradidit. Hoc anno cum Maraſchæ dominus urbem quandam Armenorum oppugnatum iviſſet, Stephanus, Turi frater, Armenos congregavit, qui noctu in Armenorum domibus ſe occultarunt, diluculo, quamprimum arcis porta aperta erat, non tantum eam, ſed murum quoque externum occuparunt & adverſus interiorem cuniculos agere cœperunt. Territi deinde repentino nuncio, Emiram cum multis Turcis adventare, et veriti, ne inter duos muros includerentur & ancipiti bello ab internis & externis premerentur, direpta urbe & incenſis domibus omnibusque illis rebus, quas aſportare non poterant, cum toto populo aufugerunt. Cum ea turba epiſcopus quoque Mar Dionyſius filius Zalibai ab Armenis exſecrandis abductus eſt. Pedes in monaſterium Chalaſiuram evaſit. Hic tria carmina de hac Maraſchæ vaſtatione ſcripſit, quia P. 347.

 tum

Digitized by Google

tum temporis eius diœceſis fuerat. Cum Chriſtianis relictis Turci humanitatis memores familiariter vivere cœperunt omnibusque Armenis, qui ex fuga revertebantur, domos, vineas & fundos reſtituerunt. Sacerdoti tamen Armeno, quem cum Armenis pactionem iniiſſe ſuſpicabantur, vivo cutem detraxerunt. Eundem poſt tres dies, exſciſſa lingua, manibus pedibusque amputatis, combuſſerunt. Quod cum Armeni audiviſſent, nonnullis Turcis hoc idem fecerunt. Eodem anno Melitenæ etiam ſacerdoti alii, ſimiliter Armeno, vivo cutis detracta eſt, propterea, quod virginem ex vicinia, recens deſponſam eo conſilio, ut ſtupraret eam, in eccleſiam pellexerat. Miſera clamare cœpit, ſed homo turpis manu os obturavit, donec libidinem expleverat. Cum ab ea ſurrexiſſet, animam iam agebat puella, quapropter penitus eam ſuffocavit, aures illi & aliquot digitos abſcidit, quia præ tumore annuli (191) deduci non poterant. Hos in candelabris abſcondidit, cadaver tapeto involutum in medio altari condidit. Hora elapſa quum ſoceri eius parentesque eam quærerent; pueri in platea ludentes illis dixerunt, nos in eccleſiam ingredi eam vidimus. Interrogatus ſacerdos reſpondit: verum eſt, in eccleſiam eam veniſſe, ſed conſpecto me erubeſcens illico abiit nihil morata. Crediderunt ei tanquam ſacerdoti fideles & deinde in urbe circumiverunt, ut in affinium domibus quærerent. Dum hæc agebant, viderunt illum turpem hominem, non ſacerdotem, (qui verus ſacerdos non erat) calceatum per urbis portam egredi. Comprehenderunt igitur eum & ad præfectum adduxerunt. Flagellatus paullo poſt ſcelus confeſſus eſt indicavitque, ubi cadaver, aures, digiti eius invenirentur. Tota urbs congregata eſt, Arabes



Digitized by Google

bes & chriſtiani viri mulieresque, & cum fletu magno & lamentis ingentibus elatam ſepeliverunt. Impuro cutem detraxerunt & membratim vivum diſciderunt atque combuſſerunt. Anno Græcorum 1468 Princeps, Antiochiæ dominus, inſulam Cyprum, Græcorum imperio ſubiectam, invaſit totamque diripuit, homines, oves, boves, equos & omnes divitias abduxit; Cyprii cum ad maris litora veniſſent, multo auro pro ſe gregibusque ſuis promiſſo, a Francis dimiſſi ſunt, qui tamen cum aliis divitiis epiſcopum, abbates et populi magiſtratus Antiochiam ſecum obſides abduxerunt, donec aurum perſolutum eſſet. Anno Græcorum 1469 Stephanus fratri ſuo Turo necem meditabatur, ſed dolo detecto Turus eum comprehendit & incluſit decem menſes. Poſtea intercedentibus Francis eum e carcere dimiſit, quo facto in Francorum exercitu fuit. Hoc anno, qui Arabum erat 552, terra valde tremuit & permulta loca vaſtavit, Hematæ arcem & urbem ipſam, cuius omnes aulæ ſuper ſenes & pueros conciderunt, quo modo myriades hominum perierunt. Eodem terræ motu arx Schizaræ tota collapſa eſt, & præter unam mulierem & unum eunuchum nemo ſervatus eſt. Emeſeni feſtinantiſſime exierunt & ſervati ſunt. Aulæ vero eorum cum arce ceciderunt. Similiter Halebenſes fugerunt & aliquot dies extra urbem commorati maximam partem ſervati ſunt, quorum, ædificiis corruentibus, quingenti tantum perierunt. Ex urbibus Chaphartaba & Euphemia ne unus quidem ſervatus eſt. Alia quoque loca usque ad Rachbutam conciderunt; id quod Francorum etiam urbibus accidit. Arx Lachrada & Arca omnino corruerunt. Laodiceæ eccleſia tantum magna illæſa manſit, & qui in ea erant homines, ſervati

Pag. 348.
C. 1157.



Digitized by Google

vati ſunt. Terra rupta eſt, cuius ſpecus luto pleni apparebant.
P. 349. In luto effigies fuſa & erecta conſpecta eſt. Eo anno mortuus eſt
Goslius, qui Halebi vinctus fuerat, poſt perfectam reſipiſcentiam,
uti Ignatius, epiſcopus Halebenſis, qui ſacræ cœnæ ſymbola ei
præbuerat, narravit. Hoc anno Soltanus Mohammedes, filius
Soltani Mahmudi, cum magno exercitu Bagdadum quatuor menſes
oppugnavit & gravi bello vexavit, quod tamen, poſtquam
procereres eius donis corrupti erant, ſegnius geſtum eſt. Allato
deinde nuncio, Malchaſcham fratrem eius, Hamdanam expugnaſſe,
diripuiſſe, nonnullos proceres cepiſſe, Soltanus, deflagrante
ardore, a Bagdado receſſit. Bagdadenſes eum perſecuti,
quoscunque Turcorum ceperunt, ſine miſericordia trucidarunt,
propterea quod Turci in latere Bagdadi occidentali, ubi ſedem
habuerant, nefanda patraverant. Mulieres in mediis oratoriis,
præſentibus maritis, ſtupraverant, præter cædes & incendia,
quæ fecerant. Anno eodem Soltanus Sangar, filius Malchaſchæ,
filii Aleb Arſalani, filii Davudi, obiit, poſtquam ex manibus
Guzæorum, a quibus vinctus tenebatur, evaſerat. Anno Græ-
C. 1159. corum 1470 Manuel, Græcorum imperator, Ciliciam ingreſſus
eſt, &, fugiente Turo Armeno, Tarſum, Anazarbam & reliquas
urbes occupavit. Quia totam ibi hiemem tranſegit, venit
ad eum rex Hieroſolymorum & Antiochiæ cum Francorum Patriarcha,
qui cum eo Turum in gratiam reduxerunt. Hunc ad ſe reverſum
omnibus Græcorum urbibus in litore maris ſitis præfecit.
Hac occaſione Chriſtiani omnes, Græci, Franci & Armeni, Halebi,
Damaſci totiusque Syriæ ſubigendæ conſilium ceperunt;
ſed quia nuncius allatus eſt, Conſtantinopolitanos doloſe alium
ſibi

Digitized by Google

ſibi imperatorem creare velle, Manuel imperator citiſſime Conſtantinopolin reverſus eſt, quam ob cauſam conſilium, quod ceperant, irritum fuit. Eo anno menſe Aprili magna Bagdadi inundatio fuit, quæ partem muri palatii Chaſiphæ deiecit. Fugerunt homines in partem urbis occidentalem, ægrotos, ſenes, pueros, quia ira eos feſtinare coegebat, humeris portantes. Pretium pro una cymbæ transvectione quatuor denarii fuerunt. Anno Græcorum 1471 filium Goslii vincti, qui continuo ex Harama egrediebatur & in regione Halebenſi latrocinabatur, inſidiis circumventum Nuroddinus cepit & in eundem carcerem detruſit, in quo pater eius vinctus fuerat. Eodem anno, qui erat Arabum 555, ſecundo die menſis tertii eorum, hoc eſt, menſe Martio mortuus eſt Chalipha Moctaphius morbo ſuffocationis, cui in regno filius eius Moſtanged ſucceſſit. *Poſt Moctaphium filius eius Moſtanged annos 12.* Hic, patre mortuo, ſurrexit, ut ad mortui cadaver introiret. Uxor autem patris ſui, hoc eſt, mater fratris ſui minoris, gente Turca, ancillis, quas ſubornaverat, cultros dedit, ut Moſtangedum ingreſſum occiderent. Exiit autem earum una, & rem illi indicavit. Itaque hic ſpeculatores congregavit, fratrem vinxit & incluſit. Deinde feminas oppreſſit; quarum unamquamque ſeorſim incluſit & occidit deinde, quamcumque voluit. Sic in Chaliphatu confirmatus atque etiam pronuntiatus eſt. Anno Græcorum 1472 Sira Amari, frater regis Hieroſolymitani, Aegyptum invaſit & poſtquam magnas ibi opes contraxerat, inde cum Francis exiit. Paullo poſt Chalipha Aegypti Phaiez mortuus eſt. Quam ob rem Aegyptii Francis tributum 160000 denariorum aureorum quotannis promiſerunt. Georgius

P. 350. C. 1160. C. 1161.



Digitized by Google

Pag. 351. orgius, Iberorum rex, Anam, magnam urbem, Turcis eripuit
& cum præda magna multisque Arabibus vinctis in regionem ſuam
reverſus eſt. Emira Mozalanus Gamaloddin vir miſericors, qui
multas eleemoſynas diſtribuebat, per legatum Ignatium Maphria-
num rogavit Georgium, ut Arabes ſibi vinctos venderet. Geor-
gius honorifice hunc excepit, & non tantum multos Arabes gra-
tis dedit & cum muneribus ad dominum ſuum Mozalam remiſit,
ſed etiam legatum Iberum una miſit. His Mozalæ appropinquan-
tibus præfectus obviam ivit. Maphrianus & legati urbem introiere
cum crucibus ſummitati lancearum impoſitis; quæ res non chri-
ſtianis tantum, ſed Arabibus etiam propter liberationem vincto-
rum ſolatio fuit. Hoc anno latro quidam Francus, qui Bagraſæ
erat, cum Franci eum capere vellent, aufugit & ad Nuroddinum
ſe contulit. Ab eo redux cum Turcis in agro Antiocheno latro-
C. 1162. cinatus eſt. Hunc Franci inſidiis circumventum ceperunt &
deinde igne concremarunt. Anno Græcorum 1473 menſe Octobri
mortuus eſt Melitenes præfectus, cui filius eius teneræ ætatis puer
ſucceſſit. Kalig Arſalanus Iconii Soltanus quam primum intelle-
xit, Iacobum Arſalanum reliquoſque Emiras id agere, ut ſe ab
imperio expellant & fratrem ad illud promoveant, Conſtantinopolin
ſe contulit, ubi a Græcorum imperatore mirum in modum hono-
ratus eſt. Octoginta dies ibi manſit. Cibi quovis die bis ei ap-
portabantur in vaſis argenteis & aureis, quæ non repoſcebantur
ſed ei relinquebantur. Alio die cum eidem menſæ imperator &
Soltanus aſſiderent, omnia vaſa & ornamenta ei donata ſunt, præ-
ter alia munera, quæ illi & mille Turcis ſuis dabantur. Quum
inde reverſus eſſet, Iacob Arſalanus, quem timor invaſerat, ſe
ei

Digitized by Google

ei ſubiecit eoque pax conſervata eſt. Hoc tempore cum Stephanus frater Turi Ciliciæ præfecti ad epulas apud Tarſi præfectum, Andronicum Græcum, invitatus eſſet, inventus eſt occiſus & ad urbis portam proiectus. Quæ res Turi animum adeo adverſus Græcos efferavit, ut plus quam decem millia eorum interficeret. Rex Hieroſolymitanus Armenos Græcis reconciliavit. Anno 1474 Kara Arſalanus, arcis Zaidæ dominus, Amidam oppugnavit, & multum bello vexavit, poſtea tamen, orta inter eius copias diſſenſione, reliquit. In huius ditionem Iacob Arſalanus irruptionem fecit, et expugnata arce Schomuſchchai, 100000 hominum, deſolatis vicis, abduxit. Cum hac turba Ignatius epiſcopus Tel Arſeniæ usque ad Kamachiam abreptus eſt. Dimiſſus Melitenen venit. Arcis etiam Zaidæ epiſcopus captus & poſt duos dies dimiſſus eſt. Eo tempore uxor Principis, qui captus & Halebi incluſus erat, filium ſuum, a quo diffidebat, a regno Antiocheno detrudere ſtuduit. Qua in re cum a proceribus impediretur, arceſſivit per legatum Græcorum imperatorem, generum ſuum, promiſitque ſe illi Antiochiam tradituram eſſe. Quod cum Patriarcha & proceres animadvertiſſent, arceſſiverunt ex Cilicia Turum, qui Antiochiam ingreſſus reginam expulit ex urbe & filium eius in regno confirmavit. Eo anno, qui erat 548, Nuroddinus, magno Turcorum coacta manu, arcem Achradæ oppugnavit, agrum Tripolitanum depopulaturus. Sed die quodam cum Turci circa miridiem in tentoriis ſuis otioſi ſederent, cruces (ſigna militaria) Francorum repente apparuerunt, quæ res Turcorum animos ita conſternavit, ut Nuroddinus ipſe, quam primum ſigna Francorum conſpexerat, ſola tunica indutus ſine pallio e ten-

P. 352.

C. 1163.

Digitized by Google

tentorio proſiluiſſe & equum conſcendiſſe, uti moris eſt, adhuc
P. 353. alligatum (292) & poſtquum a Curdæo quodam accurrente equi
vincula diſciſſa erant, fuga ſe eripuiſſe dicatur. Hunc Curdæum
Franci aſſecuti occiderunt. Multis Turcis partim cæſis, partim
vinctis, cum magna præda redierunt & Tripolin ingreſſi ſunt.
C. 1164. Anno Græcorum 1475 mortuus eſt repente Iacob Arſalan iuxta
fluvium Chanagarum, qui in fluvium Laleſum influit (293). Suc-
ceſſit ei Iſmael, fratris eius nepos, qui uxorem Iacobi Arſalani,
ſororem Soltani in matrimonium duxit. Nuroddino Haramam
obſidente, quinque duces congregati ſunt, Princeps Antiochiæ,
Comes Tripoleos, Turus Ciliciæ, Ducas Græcus Tarſi & antiſtes
fratrum (Maitre des Frères) qui 13000 equitum peditumque con-
tra Nuroddinum eduxerunt, ſed turpiter profligati ſunt. Co-
mes, Ducas et Princeps capti & vincti Halebum abducti ſunt;
omnes fratres occiſi. Turus Antiochiam evaſit. Francorum Pa-
triarcha ingentem planctum excitavit, campanas fregit preces-
que aliquamdiu intermiſit. Nuroddinus Haramam & cœnobium
Simaanum occupavit; omnes cœnobitas cum totius regionis in-
colis ſervos fecit. Hoc anno, qui 559 eſt, Nuroddinus Emiram
Aſadoddinum Schirichuum, fratrem Nagamoddini Iobi, patrem
Salahoddini, in Aegyptum miſit. Hi duo fratres, Schirichuus
& Iobus filii erant Schadii e regione urbis Duini in Armenia
oriundi, natione Curdæi; miniſtri Mogahii Bahruzi, eunuchi, Emiræ
Tagritenſis, qui Chriſtianis favebat. Cum Schirichuus chriſtianorum
Tagritenſium aliquem, qui ab Emira valde diligebatur, interfeciſſet,
uterque ad Zangium Mozalam profugit, qui eos benevole exce-
pit & multis honoribus ornavit. Nagamoddinum Iobum arci
urbis

urbis Baalbeci, a ſe captæ, præfecit. Zangio occiſo, arcem domino Damaſci tradidit. Iobus etiam adiutor fuit, ut Nuroddino Damaſcus dederetur; quam ob rem magno in honore apud eum erant. Cum res poſtularet, ut Nuroddinus exercitum in Aegyptum mitteret, quia ob imbecillas Aegyptiorum vires Schavar, Aegypti Vezirus, auxilium petierat; Schirichuum, quem huic rei idoneum vidiſſet, cum Schavaro illuc miſit. Sed poſtquam hi ambo in Aegyptum venerant, Schavarus ex Schirichui factis intellexit mature, eum regnum Aegyptiis eripere velle, quapropter pacem a Francis petiit & Schirichuo a ſe ſpreto neque quidquam auri, antea promiſſi, neque loca nobilia dedit. Quam primum igitur Schirichuus cum copiis ſuis Bolbiſium urbem occupaverat, Schavarus arceſſito rege Hieroſolymitano cum magno Francorum exercitu, Bolbiſium, unde Schirichuus ſe defendebat, iunctis Aegyptiorum & Francorum exercitibus, per tres menſes obſedit. Nuntio deinde allato, Francos ad Haramam victos & vinctos eſſe, perſuaſit rex Hieroſolymitanus Schirichuo, ut, pace inita, in regionem ſuam reverteret & Aegyptum dominis ſuis relinqueret. Non difficile conſenſit Schirichuus & mox Damaſcum rediit. Anno Græcorum 1476 Kalig Arſalanus, Iconii Soltanus, Gadugo, Ableſtina & Toronda potitus eſt & filios Aniſchmedi perſequi cœpit. Nuroddinus Baneas & arcem illarum cepit. Turus Armenus Maraſcham diripuit & coactis 400 Turcis Nuroddino nunciavit: Niſi duces Chriſtianos, qui apud te ſunt, vendideris, hos omnes igne comburo, quibus minis Nuroddinus coactus omnes, qui apud eum erant, vendidit & puerum etiam Principem 100000 denariorum. Quamprimum Baimundus Princeps

Pag. 354. C. 1165. P. 355.



Digitized by Google

ceps liberatus erat, ad imperatorem Græcorum, cuius gener erat, Conſtantinopolin profectus eſt, ubi magnas opes accepit. Inde redux Antiochiam ſecum Patriarcham Græcum Athanaſium adduxit, qua re offenſus Patriarcha Francorum in arcem Koziram ſe contulit, unde Antiochenis decreta miſit. (294) Hoc anno menſe Februario mortuus eſt Aminoddaula, filius Talmedi, medicus chriſtianus Bagdadi, nonaginta annos natus, vir in variis ſcientiis admodum verſatus, in medicina tempore ſuo unicus, logices ſcientiſſimus & in grammatica & poëtica nulli Arabum illuſtrium ſecundus. Totam vitam in opum honorumque affluentia apud reges degit. Moribundo filius eius dixiſſe fertur; quid tibi, pater, moleſtum eſt? reſpondit ille: hoc nonaginta annorum onus. Iterum interroganti: quid concupiſcis? reſpondit: hoc, ut concu-
C. 1165. piſcere quid poſſim. Anno 1476 mirabilem rem ab Alinenſibus audivi factam eſſe. Orta hoc anno propter inundationem peſtilentia, aderat apud eos Turcus quidam isque civibus dixit: diſpicite, quis veſtrum in hac peſtilentia primus mortuus ſit. Quod cum illi inveſtigaſſent, aperto ſepulcro invenerunt mortui corpus poſt quatuor menſes non putredine corruptum, oculos apertos, os ſpithamam hians, quatuor tamen digitos & linteum ſepulcrale, quo caput & pectus involuta erant, arroſum, barbam circa myſtacem quaſi novacula detonſam, dextram radicitus avulſam. Turcus os denuo clauſit & magno clavo fixit, quo facto ne unus qui-
P. 356. dem ab eo tempore mortuus eſt. Anno 1477 Manuel Græcorum
C. 1166. imperator in bello cum Bulgaris (telo) ictus ex quo lapſus eſt. Bulgaro, qui ad eum occidendum ſtatim aderat, indicavit, ſe imperatorem eſſe promiſitque, quum vinciretur, ingentia dona, inter-

Digitized by Google

interpoſito etiam iureiurando, ſi ſe Conſtantinopolin deduceret. Credidit Bulgarus & in urbem reduxit. Imperator promiſſa ſervavit & plus quam promiſerat addidit. Hoc tempore Manuel imperatricem, propterea quod nihil liberorum ex ea ſuſciperet, veneno interemiſſe aliamque, quod regibus non convenit, duxiſſe dicitur. Anno Græcorum 1478, Arabum 562, Nuroddinus Emiram Aſadoddinum Schirichuum & Salahoddinum, fratris filium, in Aegyptum iterum miſit. Quia huic rei Schirichuus ſe iam C. 1167.
præparaverat, eamque deſideraverat, paucis itineribus in Ægyptum venit & Nilum tranſiit in latus occidentale, ubi milites ſuos usque ad regionem Zaidæ extendit. Schavarus, Aegypti Vezirus, Francos arceſſivit & cum eorum magnæ copiæ congregatæ eſſent, Aegyptii cum iis coniuncti, Nilo traiecto, in latus occidentale etiam tranſierunt & Schirichum perſecuti ſunt. Tum proceres qui apud eum erant, concilio advocato, dixerunt: nulla ſalutis via ſupereſt, quam ut in latus orientale tranſeamus & in Syriam revertamur. Hisce enim tantis copiis pares non ſumus. Si cum illis congredimur, profligatio potius quam victoria exſpectanda nobis eſt ſine ulla dubitatione. Quorſum etiam confugiemus? Milites & agreſtes & totius regionis incolæ hoſtes noſtri ſunt. Reſpondit unus ſervorum Nuroddini, Bonguſchus, invenis animoſus & fortis: creditiſne, o proceres, qui nunc adeſtis, niſi cum hoſtibus dimicaveritis & victores fueritis, ſed victi ad Nuroddinum redieritis, apud eum vobis πληροφοριαν fore? Imo ſalaria veſtra eripiet & quidquid a longo inde tempore ediſtis, P. 357.
vobis auferet; qui pericula timet, non regum poteſt miles, ſed agricola eſſe, & cum mulieribus habitare debet domi. Schirichuus

hoc audito dixit: hæc etiam mea mens eſt. Similiter Salahoddi-
nus dixit: hisce ſermonibus ego aſſentior, omnibusque deinde
placuit, concurrendum cum hoſte eſſe. Itaque Aegyptii & Fran-
ci confeſtim congregati (295) ſunt et deinde, quamquam inviti,
cum hoſte pugnarunt. Schirichuus in media acie fratris filium
Salahoddinum collocavit adiunxitque omnia eorum ſervitia, ut nu-
merus augeretur præcepitque, ut, quia Aegyptii atque Turci opi-
narentur, ipſum in media acie fore, eoque omnem ſuam vim
immiſſuri eſſent, non fortiter reſiſterent, ſed cito terga verterent.
Adiecit etiam: nolite vitæ veſtræ timere, ego enim eos perſe-
quar. Itaque acies inſtructa eſt. Schirichuus fortes ſibi viros, quo-
rum virtute & robore in ſtadio iam experto confidere poſſet,
ſibi elegit. Pugna commiſſa medios Franci & Aegyptii brevi
in fugam averterunt & perſecuti ſunt. Sed Schirichuus perſequen-
tes etiam perſecutus eſt & cum fugientes reverterentur, Aegyptii
cum Francis in medio incluſi miſerandum in modum cæſi ſunt.
Qui cædi ſuperfuit, fuga ſibi conſuluit. Eorum, qui cum Schiri-
chuo erant, duo tantum millia fuiſſe dicuntur, Francorum autem
& Aegyptiorum decem millia. Schirichuus ad Alexandriam du-
xit eamque ſine vi occupavit. Aegyptii atque Franci in urbem
Kahiram congregati pacem a Schirichuo per legatos petierunt,
quæ etiam compoſita eſt, hac tamen conditione, ut Schirichuo
50000 denariorum pro reditu in regionem ſuam darentur, Ale-
xandria Aegyptiis reſtitueretur, Francis quotannis 100000 dena-
riorum, ſi domum redirent, mitterentur, hique Alexandriæ pro-
P. 358. curatorem & equites portarum cuſtodes haberent, qui a Nuroddino
eam defenderent. Hoc pacto Schirichuus Damaſcum reverſus eſt.

Hoc

Hoc anno Kara Arſalanus, arcis Zaidæ dominus, Amidam obſedit & dolo cuſtodum duas turres occupavit; ſed occiderunt præſidiarii milites eos, qui adſcenderant. Kara Arſalanus in regionem rediit triſtis & pudefactus. Paullo poſt die 17 Iulii mortuus eſt ſucceſſoremque habuit filium ſuum. Anno 1479 Ciliciæ præfectus, Turus, mortuus eſt menſe Decembri paullo ante mortem monachus factus. Filium ſuum teneræ ætatis puerum ſucceſſorem ſibi diſtinaverat, Thomam autem, materteræ ſuæ filium tutorem filii. Fratrem ſuum Malichum hæreditate omnino privavit; qua re ille offenſus ad Nuroddinum ſe contulit & poſtea cum Turcorum manu, quam ab illo acceperat, Ciliciam ingreſſus ſedecim hominum millia, pueros puellasque, viros & mulieres, ſacerdotes monachos & epiſcopos, hosque omnes Halebum deduxit, ubi mercatoribus vendidit pretiumque eorum, Turcis, militibus ſuis diſtribuit. Advocatus deinde ab Armenis dimidiam regionis partem accepit, poſtquam iuraverat, alteram partem in pueri poteſtate manſuram. Sed iusiurandum non ſervavit, imo totam regionem, arces & urbes occupavit, epiſcopis multisque aliis viris principibus oculos eruit, manus pedesque amputavit, cutem detraxit eorumque corpora feris devoranda obiecit. Hoc anno, qui Arabum erat 563, Zinoddinus, Emira Turcus, ſummus præfectus Kotoboddini, domini Mozalæ, cum conſenuiſſet aurium oculorumque uſu privatus, regiones eas, quas in poteſtate habuerat, Schigaram, Haranem, arcem Akaram, & arces Hachchariæ, Tagriti & Schaharzuri Kotoboddino tradidit & præter Arbelam, quam inde a tempore Atabegi Zangii habuerat, nihil ſibi reliquit. In eam migravit ibique etiam mortuus eſt. Succeſſit C. 1168.



Digitized by Google

P. 359. ei filius eius Motpharoddin, qui Mohagedoddini ſummus regni præfectus fuit. Huius Zinoddini, qui Emira Turcus erat, iuſtitiam, eleemoſynas, liberalitatem, immenſas fuiſſe dicunt. Omnibus aſtutior parum tamen prudentem ſe ſimulabat. Venit ad eum eques equi ſui caudam manu tenens indicavitque, equum ſuum mortuum eſſe. Zinoddini iuſſu equus illi alius datus eſt, quo accepto eques abiit & caudam alii dedit, qui ſimiliter ad eum acceſſit & equi ſui mortem nunciavit. Et huic equum alium dedit. Hoc modo iſta cauda per duodecim virorum manus circumlata eſt & tamen omnibus hisce duodecim dedit equos. Ultimo tamen dixit: cur mihi non eam reverentiam præſtatis, quam ego vobis? En duodecies iam hæc cauda ad me allata eſt, quam ego bene novi; ſed pudore vos confundere nolo, & dum dona mea ad vos perveniunt, & bonitatem accumulo, tamen non moleſtus vobis ero (exprobrabo) ſed uti debita vobis illa præbebo. Cum poeta ad eum veniſſet illique ſuos verſus recitare incepiſſet: quid tu recites, aiebat, ego non intelligo, ſed intelligo, quid petas & deinde 500 denarios, equum, veſtes et quinquaginta alias (296) dari illi iuſ-
C. 1169. ſit. Anno Græcorum 1480 Kalig Arſalan, Iconii Soltanus, Cæſaream Cappadociæ & Simanduam ex filiis Aniſchmedi cepit. Eodem anno, Arabum 564, Nuroddinus caſtrum Gaabar a Schahaboddino, Emira Maadeno Akulenſi, accepit, poſtquam ei Sarugum, Malachtam, Bab Buzabam & denariorum 20000 dederat. Interrogarunt eum, poſtquam aliquamdiu Sarugi commoratus erat, amici illius: uter locus tibi magis placet; ille, an hic? reſpon-
P. 360. dit: hoc loco multas opes habemus, ſed in illo honorem reliquimus. Hoc anno Soltanus Kalig Arſalan urbes Ancyram & Kan-

Kankaram Græcis eripuit. Hoc tempore milites Francorum præſidiarii, qui urbibus Aegyptii & Alexandriæ ad tributum colligendum & portas Alexandriæ defendendas relicti erant, nunciarunt regi Hieroſolymitano, Mari, vacuam eſſe hanc regionem a defenſoribus & facile occupari poſſe. Omnibus igitur proceribus confeſtim ad bellum exeundum eſſe ſtatuentibus, obſtitit rex, quæ eius erat ſapientia, & dixit: omne aurum Aegypti apud nos coacervatur. Si nos contra eam egredimur, Arabes, nos odientes, Nuroddino magis adhærebunt eumque arceſſent. Concitabitur igitur adverſus nos ab ipſis Aegypti incolis eorumque ſociis bellum, cuius proſper ſucceſſus exſpectari non poteſt. Hoc regis conſilium non approbarunt eius proceres imo dixerunt: ſi mature proficiſcimur, Aegyptum nos occupare poſſumus antequam Nuroddinus ad exeundum copias contraxerit. Hoc modo rex victus eſt. Coacto igitur exercitu, celerrime profecti Bolbiſium urbem ceperunt, diripuerunt eiusque incolas abduxerunt. Aegyptii veriti, ne idem ſibi accideret, quod Bolbiſiis accidiſſe audiverunt, cohortati ſe invicem ſunt & per muros diſpoſiti fortiſſime Francis reſtiterunt. Azed, Aegypti Chalipha, capillorum concinnos, quos uxoribus filiabusque ſuis abſciderat, Nuroddino miſit eique nunciavit: en feminæ meæ fletu atque clamore ſupplicant tibi, ut ipſis auxilio venias easque e Francorum manibus liberes. Nuroddinus duos menſes congregandis militibus abſumſit & ob hanc moram eo graviori bello Aegyptus vexata eſt. Itaque Schavar, Vezirus, per legatos regi Mari & Francorum magnatibus dixit: Quantum vos ego diligam, vos ſatis ſuperque ſcitis, ſi Arabes conſentirent, ut vobis Mizraim traderem, confeſtim eam P. 361. vobis

vobis traditurus eſſem: ſed ſatis ſcio, illos me omnino perdituros, ſi vel minimam horum ſermonum partem reſciſcerent. Unum tamen, quod vobis profuturum eſſe video, hoc eſt, ut quantam volueritis, pecuniæ ſummam vobiscum aſportetis & in regionem veſtram revertamini, vicarios tamen, ut antea, relinquatis, qui tributum vobis colligant. Sin minus, (297) veniet Nuroddinus & Aegyptum occupabit, quo facto neque regionem ullam, neque tributi quidquam accipietis. Quod cum Franci audiviſſent, pacem compoſuerunt, ea tamen conditione, ut decies centena denariorum millia ipſis darentur; quorum Schavarus centum millia ſtatim repræſentavit, reliquam ſummam poſt eorum diſceſſum promiſit ſe miſſurum. Hoc pacto Romani in terras ſuas reverterunt. Nuroddinus vero, quamvis audiiſſet, abiiſſe ex Aegypto Francos, tamen copias ſuas eo mittere non intermiſit, quia non tam Aegyptiorum ſalus ipſi curæ erat, quam ut illis imperaret. Quam ob cauſam Schirichuum ſine mora cum exercitu egredi & Salahoddinum, fratris filium, ſecum ducere iuſſit. Quum Schirichuus Kahiram veniſſet, ad Chalipham introiit & ab illo multum honoratus eſt. Quia tamen omnis rerum adminiſtratio in Schavari manibus erat, præter vanos ſermones, quibus excipiebatur, nihil accepit. Ne alimenta quidem illi et militibus eius præbita ſunt; imo doloſe apparavit epulas & inter eas Aſadoddinum & fratris filium prehendere cogitavit, ſed a Schavari filio impeditus eſt. Etiam Salahoddinus Schavaro necem meditabatur, niſi patruus eius Schirichuus obſtitiſſet. Die quodam cum Schavarus more ſuo ad Schirichuum iviſſet, domi autem illum non deprehendiſſet, quia ad ſepulcrum unius ex fidei ſuæ antiſtitibus,

quo

Digitized by Google

quo benedictionem ab eo impetraret, ſe contulerat; Salahoddinus, equo conſcenſo, cum illo equitavit, & inter confabulandum repente equo deiectum vinxit. Quia autem iniuſſu patrui ſui occidere eum non poterat, patruo rem indicavit. Hic reſpondit: in- Pag. 362.
iuſſu Chaliphæ facere nihil poſſumus & rem ad Chalipham Azedum detulit. Quia Chaliphæ nihil imperii hucusque remanſerat, ad illius cædem hos excitavit; itaque Schavarus occiſus & domus illius direpta eſt. Eius loco Schirichuus Vezirus factus & rex atque dux exercitus appellatus eſt. Ita enim Aegyptii Veziri appellantur. Poſt duos tamen Veziratus menſes ſuffocationis morbo Schirichuus mortuus eſt. Succeſſit ei fratris filius Salahoddinus, filius Nahamoddini Iobi, qui largis muneribus exercitum ſibi conciliavit & hoc modo Aegyptum obtinuit. Aſadoddino Schirichuo unus filius ſuperſtes erat Nazaroddinus, qui cum filiis ſuis Emeſam habebat. Nagamoddino Iobo ſex erant filii. Primus nominabatur Schamoſchoddaula Thauran Schah, qui Alexandriam regebat, ſecundus Schah Anſchah, pater Ezoddini Pharruch Schah & Thakioddini Omari. Huic & filiis eius Hemata ſubiecta erat. Tertius Siph Ala Salam Tugtechin, qui meridionales regiones imperio regebat. Quartus erat Salahoddinus Iuſeph, rex Aegypti, Palæſtinæ, Syriæ, Meſopotamiæ. Quintus Malec Adal Abubeker, qui Salahoddino ſucceſſit. Sextus erat Thagol Moloc Buri, qui mortuus eſt eo tempore, quo Salahoddinus Halebum obſidebat. Anno 1481 Mohamed Melitenes præfectus, proceribus & civibus exoſus, C. 1170
quod meretrici cuidam eidemque ſagæ adhærebat, cum hac meretrice & ſaga e Melitene egreſſus eſt & oſtiatim circa domos circumiit. In eius locum proceres & cives Abulkaſemum, fratrem



Digitized by Google

eius minorem ſubſtituerunt. Rex autem Hieroſolymitanus certior
P. 363. factus, quanta mala chriſtiani a Malicho, Armeno, Ciliciæ præfecto, paterentur, contra eum iræ plenus exiit et in arce quadam illum incluſum aliquamdiu vexavit: poſtquam tamen factorum eum pœnituit & iuravit, ſe in regis poteſtate futurum, cum Turcis non conſpiraturum, bellum ab eo abſtinuit & reverſus eſt. Anno eodem, qui erat 565, mortuus eſt Kotoboddin Maudud filius Zangii, Mozalæ dominus, huiusque iuſſu filius eius Imadoddin Zangius, filius Maududi, filii Zangii, ſuccedere debebat. Uſus autem erat Kotoboddin vicario & regni adminiſtratore Bacharoddino Abdalmaſicho, e regione Antiochiæ oriundo, qui in vincula coniectus erat. Hic Abdalmaſich, quia Imadoddinum oderat, cum Kotoboddini uxore conſpiravit & mortui voluntate immutata, Siphoddinum Gazium, filium eius minorem, in patris locum ſubſtituit. Huic proceres quidem iusiurandum præſtiterunt, Imadoddin autem ad patruum ſuum Nuroddinum in Syriam profectus eſt, eique multis cum lacrimis indicavit, Abdalmaſichum hæreditate & regno paterno ſe privaviſſe. Die lunæ viceſimo nono Iunii, qui duodecimus erat menſis decimi Arabum, vehemens terræ motus fuit, quo, uti navis in mari, terra iactata eſt. Similem poſt multas generationes nemo meminit. Narravit enim beatus Patriarcha Mar Michael: cum in templo cœnobii Mar Hananiæ ſtaremus ſacris matutinis operantes, die feſto Petri & Paulli, ſonus, uti tonitru magnum, e terra auditus eſt. Nos in faciem proſternebamur ante menſam ſacram, eaque apprehenſa huc & illud agitabamur. Multo poſt cum de vita iam deſperantes tanquam e ſepulcris reverteremur & quaſi e ſomno exper-

Digitized by Google

pergefacti eſſemus; tum lacrimæ ex oculis manare & linguæ laudes Dei celebrare cœperunt. Eo motu muri Halebi, Baalbeci, Hematæ, Emeſæ, Schizaræ, Bagraſæ cum arcibus aulisque ceciderunt & ruinis ſuis homines obruerunt. Eccleſia Græcorum magna Antiochiæ tota collapſa eſt. Similiter altare in eccleſia Koſinæ Francorum. Nobis autem, i. e. populi noſtri reliquiis Deus mirum in modum opitulatus eſt, imbecillitatis noſtræ miſertus, utpote quibus neque rex neque præfectus eſſet. Quamvis tota Halebi urbs collapſa ſit, tamen eccleſia noſtra ſervata eſt. Antiochiæ etiam tres nobis eccleſiæ ſervatæ ſunt, eccleſia Deiparæ, Mar Georgii & Mar Bar Zumæ. Similiter eccleſia noſtra parva Gabalæ, itemque Laodiceæ firma ſtetit, in laudem Dei & ad animandas imbecillas fidelium reliquias. Hic terræ motus quinque & viginti dies duravit. Anno 1483 Abul Kaſemus, Melitenes præfectus, cui filiam Kara Arſalani, qui arcis Zaidæ dominus erat, uxorem adduxerant, cum inter nuptias læti (298) curſu equorum certare vellent, curſus vehementia ex equo lapſus & mortuus eſt; qui caſus gaudium in luctum commutavit. Melitenenſes fratrem eius natu minorem Aphridonem in locum illius ſubſtituerunt, fratrisque uxorem, quamquam invitam, in matrimonium illi dederunt. Kalig Arſalanus, Soltanus Iconii, contractis copiis, Melitenen obſedit ſed capere non potuit, quam ob rem regionis populum diripuit & Cæſaream reverſus eſt. Tum fœdus inter ſe fecerunt Nuroddinus & dominus Mardenæ atque arcis Zaidæ, Armeni Ciliciæ & filius Aniſchmedi, Sebaſtiæ dominus, congregatique ad Sebaſtiam ſunt, ut Kalig Arſalano bellum inferrent. Quamvis autem ad portam Sebaſtiæ iam proceſſiſſent; Kalig Arſalanus

P. 364.

C. 1172



Digitized by Google

tamen non exiit ad dimicandum, imo pacem petiit & turbam ex Melitene abductam reſtituit. Cum quatuor etiam fratres, qui apud eum in cuſtodia erant, poſcerent, exſecrandum facinus fecit. Mactavit enim eorum unum eumque aſſatum patri eius in patina miſit, addito iureiurando, ſe, ſi iterum reliquos poſcerent, tribus illis idem facturum: territi abierunt. Hoc anno, qui
P. 365. Arabum erat 566, Kalig Arſalanus omnes regiones filiorum Aniſchmedi occupavit. Eo anno cum audiviſſet Nuroddinus mortuum eſſe fratrem ſuum Kotoboddinum, pro quo Siphoddinum filium eius regnare cœpiſſe, Abdalmaſichum autem arbitratu ſuo regnum Mozalanum adminiſtrare, gravi iugo populum premere; exarſit ira & dixit: Mihine tutela filiorum fratris mei & regni adminiſtratio convenit, an Abdalmaſicho? Deinde e Halebo egreſſus eſt, Callinicum oppugnavit & cepit. Totam quoque Haburam occupavit, & Niſibenum etiam regnum ſibi ſumſit. Eo tempore filius Kara Arſalani Heſnæ dominus ad eum venit. Poſtea Schigaram expugnavit eique fratris ſui filium Imadoddinum impoſuit. Inde ad Baladam duxit, traiecit Tigridem & ab oriente, hoc eſt, a latere urbis Ninive Mozalam oppugnavit. Eodem die, quo venerat, res miranda accidit. Una turrium Mozalæ magnarum a nemine ſubruta cecidit. Veriſimile autem eſt, eam a vehementi terræ motu, qui proximo anno terram concuſſerat, labefactatam fuiſſe & nunc quaſi caſu eo die collapſam eſſe. Abdalmaſichus cum vidiſſet, omnes Arabes Nuroddini partes ſequi, veritus, ne vi caperetur, per legatos Nuroddino promiſit, ſe Mozalam ei traditurum, ea tamen conditione, ut ſe primum incolumem ſervaret, Siphoddino autem urbem non eriperet. Nuroddinus reſpondit: non veni, ut filiis meis

Digitized by Google

meis urbem aut regnum eriperem, imo, ut populum ab iniuriis tuis liberarem, o Abdalmaſiche. A me noli exſpectare aliud, quam ut te incolumem eſſe patiar & ex Mozala in Syriam mecum abducam. Hoc pacto pax compoſita eſt. Nuroddinus Mozalam ingreſſus arcem occupavit, Siphoddino Gazio, quod habuerat, Mozalæ dominium reliquit. Arci eunuchum Saododdinum Chomiſchtechinum præfecit. Opes a fratre ſuo relictas æquis portionibus P. 366. filiis eius diviſit; populo multa vectigalia remiſit, oratorium magnum ædificavit Nuri appellatum. Siphoddino præter Mozalam Gazartam Cardoam attribuit. Poſtquam ſeptemdecim dies Mozalæ remoratus erat, in Syriam revertit, quo ſecum Abdalmaſichum abduxit, cui nomen aliud Abdallæ impoſuit & ſalarium ſatis magnum aſſignavit. Abdalmaſichus quamvis habitu externo Moslemiſmum profiteretur, homine tamen interno chriſtianiſmum colebat, chriſtianos inſignibus beneficiis ornabat, Arabes autem eorumque doctores manifeſto odio proſequebatur. Mordochæo eum comparavit beatus Patriarcha Mar Michael. Hoc anno Chalipha Moſtanged in morbum coliacum incidit, & cum ingraveſcente morbo procerum nonnulli Oſtaddar aliique de vita eius deſperaſſent, carceris portas aperuerunt & fratres incluſos emiſerunt. Cuius rei Chalipha per Vezirum certior factus ſcribere medicum chriſtianum Bar Zaphiah, qui apud eum erat, Veziro iuſſit, ſe poſtulare, ut illos proceres comprehendat, & capita illis abſcindat. Poſtquam medicus, quia legis peritorum, durante vi morbi, nemo ingrediebatur, literas ſcripſerat, Chalipha ſigno annuli literis impoſito eunuchum parvum advocavit eique, Age, inquiebat: accipe hanc epiſtolam & exi quaſi ludibundus (299)



Digitized by Google

Noli currere. Accede ad Vezirum illique eam trade. Egreſſo eunucho cum epiſtola, uti iuſſus erat, exiit etiam paullo poſt medicus, quaſi alvum exoneraturus, & quam poterat celerrime ad Oſtaddarum cucurrit eique rem indicavit. Ille alios confeſtim eunuchos emiſit, qui eunuchum puerum epiſtolam ferentem adhuc ludibundum invenerunt &, poſtquam iurgium cum eo occepiſſent, ad Oſtaddarum adduxerunt. Tum pueri veſtes excuſſæ
P. 367. ſunt & inventa epiſtola interfectus ipſe puer & in foveam coniectus eſt. Hoc facto Oſtaddarus cum ſociis ſuis feſtinanter ſurrexit & in interiorem palatii aulam intravit. Clamarunt quidem ancillæ & in faciem exprobrabant: O canes! quomodo ad nos tanquam ad vilia proſtibula ingredi poteſtis? Sed hi ſpreto earum clamore, in cubiculum, ubi Chalipha decumbebat, introierunt eique dixerunt: Medicus nos iuſſit te in balineum deferre. Exarſit Chalipha. Sed illi parum eius verbis obſecuti vi veſtes illi exuerunt & in domum interiorem eum incluſerunt. Calore preſſus & viribus deficiens ad ſurgendum clamare cœpit, ſed illi pulſando fores ſonum excitarunt, ne eius clamor ab ancillis & ſervis, qui ibi erant, quosque abigere non poterant, exaudiretur, aut ipſi cædis accuſarentur. Aliquanto poſt procerum unus pedibus ventrem eius conculcavit. Moribundum, cum vitæ tamen aliquid in eo ſupereſſet, extulerunt, ut ſervuli ancillæque eum conſpicerent & non ſuffocatum eſſe viderent. Elatus (e balineo) popoſcit aquas, ſed non ei præbuerunt; quia nocivas ei fore aquas affirmabant. Medicus tamen illas dare ei iuſſit opinatus moriturum eſſe, antequam aqua labia eius attingeret. Attulerunt, ſed nihil earum haurire potuit, quia fauces eius iam diu exaruerant

(300)

Digitized by Google

(300) & motu carebant. Itaque eadem hora mortuus eſt. In alio libro narratum legi, Chalipham ancillarum unam Banaphſcham impenſe amaviſſe; uxorem eius zelotypia incenſam contra ancillam excitaſſe Chaliphæ filium, ut cum ancilla concumberet, deinde, cum Chalipha, uti ſolebat, ad ſe vocaſſet, ei dixiſſe: hoc dedecet te, qui a filius tuus cum ea iam coiit; cuius rei Chalipham certiorem factum ob nimiam mentis perturbationem in morbum incidiſſe, & præ ira mandaviſſe, ut filius occideretur, proceres P. 368. autem contrarium feciſſe & Chalipham ipſum interemiſſe, filium autem in eius locum ſubſtituiſſe. *Poſt Moſtangedum Moſtarzi filius eius* annos 9. Poſtquam hoc mortis genere Moſtangedum proceres enecaverant, elegerunt ex filiis eius unum & eum quidem, qui propter animi modeſtiam & lenitatem numquam Chaliphatum ad ſe delatum iri ſperaverat, eumque iure iurando obſtrinxerunt, ne quemquam ipſorum interficeret, & ut omnia ſibi a patre ablata reſtitueret. Cum iuraſſet, produxerunt fratrem eius & hunc, uti deinde omnes gentiles eius, vi & mortis metu ad iurandum adegerunt; quo facto Moſtarzium Chalipham pronuntiarunt. Anno 1484 Græcorum immenſa nix totam terram C. 1173. obtexit, & tanta quidem, ut in India quoque, quæ nivem numquam viderat, quatuordecim ſpithamas alta dicatur iacuiſſe. Fluvii & fontes gelu conſtricti ſunt, feræ & aves fame & ſiti perierunt. Homines etiam tamquam belli tempore in foveas ſe abdiderunt, quia ex urbe in urbem incolæ commigrare non poterant. Multi in tentoriis habitantes & itinera facientes nive ſuffocati ſunt. Sebaſtiæ, ubi fames magis moleſta erat propter itinerum longinquitatem, petierunt proceres ab Iſmaele, filio Aniſchmedi, præfecto

fecto Cappadociæ, ut ipſis atque familiis ipſorum triticum præberet, quo nutrirentur & ſine mortis periculo ad æſtatem vitam conſervare poſſent. Permagnos enim tritici acervos accumulaverat. Quod cum ille facere recuſaviſſet, congregati proceres occiderunt illum, eius uxorem, ſororem Soltani Kalig Arſalani & quingentos ex eius domeſticis, ſervis & ancillis; horrea ſibi attribuerunt. Deinde ex Damâſco Dunnunum, patruum eius, qui
Pag. 369. Soltanum fugiens eo ſe contulerat, adduxerunt & regem Sebaſtiæ conſtituerunt. Hoc anno, qui Arabum erat 567, Nuroddinus Salahoddinum publicas pro Azedo Aegyptio Chalipha preces abrogare & pro Chalipha Bagdadenſi inſtituere iuſſit. Verebatur Salahoddinus, ne ab Aegyptiis tumultus excitaretur ideoque rem de die in diem diſtulit. Increpitus deinde a Nuroddino, cum ulterius eius iuſſui non obtemperare non poſſet, conſuluit proceres, quid faciendum putarent. Variæ erant ſententiæ. Alii enim faciendum, alii non faciendum autumabant. Conſilio interfuit Perſa quidam, cognominatus Emira Doctor, isque præſentibus dixit: ego primus pro eo publice precabor, vosque ab hac ſollicitudine liberabo. Cum dies Veneris veniſſet, hic vir in ſuggeſtum aſcendit & pro Azedo, Bar Ali, nomen Moſtadii, Bar Abbaſi, ſubſtituit. Nemo iratus eſt. Secunda Veneris die omnes reliqui eccleſiaſtæ, uti iuſſi erant, in omnibus oratoriis templis pro eo precati ſunt. Hoc modo finitus eſt Chaliphatus Aegyptius. Chaliphæ tamen Azedo, tum temporis ægrotanti, familia eius non indicavit, quod factum erat, ne moerore eum afficerent, itaque totius rei inſcius mortuus eſt. Salahoddinus filios eius gentilesque incluſit & mares ab uſu feminarum prohibuit, ut eius poſte-

poſteritas ceſſaret; id quod etiam evenit. Servos eius ancillasque libertate donarunt; quæ res magnum Arabibus gaudium excitavit, qui ſectæ Helkitarum adhærebant, (lætabantur nempe) regem exſtitiſſe ex ſecta eorum, qui liberum eſſe hominem & dominium homini in ſe ipſum eſſe ſtatuant. Sunt, qui dicant, non ab Ali & Phatimia originem duxiſſe, uti antea dicebat, ſed a Iudæo quodam aut mago. Poëtæ etiam multis carminibns finem regni Pharaonitici & initium Ioſephici celebrabant. Surrexerunt enim in occidente quatuordecim, quorum tres in Africa erant, Mohdi, Kaiem, Manzur, & undecim in Aegypto, Moez, Aziz, P. 370.
Hakim, Taher, Moſtanzir, Moſtali Amir, Haphit, Taphir, Phaed, Azed. Cum Salahoddinus tandem ſolus Aegyptum regeret, & nullus eſſet omnino in Aegypto adverſarius, cui invidere Nuroddinus poſſet, ſcripſit hic Salahoddino: En ego Charcham oppugno ideoque tu ſine mora copias contrahe & illuc proficiſcere; ſed Salahoddinus, quem timor invaſerat, non profectus eſt. Nuroddinus hoc vix audierat, quam Salahoddino iratus ipſe in Aegyptum ire eumque inde expellere paravit. Hanc ob cauſam advocavit Salahoddinus procerum concilium eosque conſuluit, quid nunc faciendum putarent. Omnibus tacentibus & utrum defectionem, an ſubiectionen ſuaderent, ignorantibus, ſurrexit iuvenis, fratris Salahoddini filius, & dixit: Si Nuroddinus venerit, cum eo prœliabimur & Aegyptum eum ingredi non patiemur. Huic ſententiæ omnes iuvenes æquales eius acceſſerunt. Tum indignati ſunt Salahoddini pater & avunculus. Præcipue pater Salahoddini hosce iuvenes reprehendit & Salahoddino dixit. An inter omnes hosce proceres vel unus eſt, qui tuæ ſaluti magis, quam



Digitized by Google

ego & hic avunculus tuus, conſulere ſtudeat? quod cum ille negaſſet, perrexit ita: Crede mihi: Si ego & hic avunculus tuus Nuroddinum conſpexerimus, nihil aliud faciemus, quam ut equis deſcendamus & coram eo terram oſculemur. Nos autem ſi hoc fecerimus, quis ex omnibus hisce erit, qui Nuroddino conſpecto gladium adverſus eum ſtringere audeat? Huius Aegypti regiones omnes aliæque plures Nuroddino ſubiectæ ſunt. Si te ab imperio removere voluerit, quid opus eſt, ut ipſe cum copiis ſuis veniat? Si unum tantum hominem cum duorum verſuum litteris miſerit, collo tuo funem iniicient & Damaſcum te abſtrahent, huic regioni autem, quemcumque voluerit, præficiet. Hæc fatus ſurrexit ſenex Nagamoddinus Iobus e loco ſuo & poſtquam abſterrere proceres omnes ſtuduerat, dixit: Surgite! nos omnes ſervi ſumus Nuroddini, qui, quod placet, nobis facere poteſt.
P. 371. Omnibus egreſſis ſenex Salahoddino: Puer tu es admodum inprudens & rerum recte gerendarum admodum inſcius. Annon intelligis, quam primum Nuroddinus audiverit, te ab eo defeciſſe, eum, omnium aliarum rerum cura abiecta, te aggreſſurum & donec exſtirpaverit, non quieturum eſſe? Et quis militum eſt, qui illo deſerto tibi adhærere malit? Hæc ipſa verba, quæ modo locutus es, omnia omnino confeſtim ad eum deferuntur. Et quamvis per legatos blandis verbis eum tibi reconciliare ſtudeas dicasque: te illius ſervum eſſe, dicto audientem, regnum Aegyptinm non ſatis adhuc eſſe firmatum & ob metuendas Francorum irruptiones te venire non poſſe, putasne hoc modo eum a bello ceſſaturum? Quod ſenex prædixerat, id evenit. Eo tempore magnus Nubarum exercitus in regionem Zaidæ penetravit eiusque multos

multos vicos diripuit. Salahoddinus, de hac re certior factus, Arabum manum contra eos emiſit, ſed quia Nubæ fortiſſime reſiſtebant, ex utraque parte multi in prœlio ceciderunt. Tum miſit Saladinus fratrem ſuum Schames Aldulam Thurneſam cum copiis multis, quibus prorumpentibus Nubæ fugerunt. Hos Arabes proſecuti ſunt, qui ſtrage edita potiti ſunt caſtello, quod appellatur Abrim, ibique cuſtodes Arabes collocarunt. Redeunte exercitu Arabum, Nubæ caſtellum ſuum recuperarunt. Miſit rex Nubarum legatum ad Schames Aldulam, quum Kuſi eſſet, pacemque petiit. Reſpondit Schames Aldula pacem fore, ſi tributum ſolveret, miſitque cum legato Nubienſi alium ſuarum partium, qui vocabatur Maſud Halebenſis. Profectus hic venit in civitatem regiam Nubarum, quæ vocabatur Dunukla. Vidit regionem miſeram, cuius incolis, præter milium, non aliud frumenti genus erat. Adſunt etiam palmæ parvæ, quarum cum fructibus comedunt panem ex milio factum, quum alio non gaudeant. Unum tantum ibi ædificium eſt, quod eſt palatium regium. Reliqui incolæ in tuguriis & cavitatibus terræ habitant. Narravit legatus: vidi quondam regem Nubarum, qui nudus exierat, & equo ſimiliter nudo vehebatur. Involvebatur deinde veſtimento ſerico absque ſutura adaperto capite, quod crinibus deſtitutum erat. Quum accederem, eumque ſalutarem, cachinnum ſubſtulit, iuſſit manui meæ inuri figuram crucis, atque, donatis mihi 50 libris farinæ, me dimiſit. „Anno Arabum 569 profectus eſt Schames Aldula frater Saladini in regionem meridionalem, ea potitus eſt, ibique regnavit. Eodem anno, qui eſt annus Græcorum 1485 menſe Ijar obiit Nuraldin Damaſci correptus ſuffo-

Pag. 372.

C. 1174.



Digitized by Google

catione. Narravit medicus quidam excellens, Damaſci degens, appellatus, Rahabenſis, cuius binos filios maiores medicos præſtantes ego imbecillis novi: „ Ingraveſcente morbo advocatus ſum ego & reliqui medici. Quum appropinquaremus, invenimus eum cubantem in ædicula, & valde afflictum. Aſſerentibus nobis venam ſecandam eſſe, abnuit, & quia ab omnibus hominibus formidabatur, non auſi ſumus verbum contra eum repetere. Eodem momento mortuus eſt. „ Fuit ille vir ſincerus, procerus ſtatura, non barba ſed pilis paucis ſub mento præditus, ſimplex moribus & veſtitu. Odio magno proſecutus eſt Arabes, qui ab Ali originem ducunt, & plus 50 urbes atque arces Francis eripuit. Condidit xenodochium magnum Damaſci, & templum magnum Mauſelæ. Mortuo Nuraldino ſucceſſit Malec Salach Iſmael filius eius, cui omnes magnates iuramento ſe obſtrinxerunt. Proclamavit etiam eum Saladinus in Aegypto, eiusque nomen zuzis & denariis inſcripſit. Saiphaldin Gazi dominus Mauſelæ, quum audiret,
573. Nuraldinum patruum eius mortuum eſſe, lætitia magna perfuſus eſt. Præcones Mauſelæ omnibus libertatem conceſſerunt palam bibendi, inebriandi & exultandi. Collectis copiis Meſopotamiam invaſit, & Edeſſa, Harane, atque reliquis locis potitus eſt. Emira Schames Aldin, dux Halebenſis, a magnatibus Damaſcenis poſtulavit, ut Malec Salachum Halebum adducerent, alias ſe abiturum eſſe. Magnates igitur, ne Schames Aldin adminiſtratione regni potiretur, non permiſerunt Salacho, ut eos relinqueret. Saladinus exprobravit magnatibus Damaſcenis, ſocordiam, quod loca illa occupari ſiverint, ei non indicaverint, neque eum ad opitulandum advocaverint. Dixit illis: Si Nuraldinus ſciviſſet, repe-

Digitized by Google

reperiri inter vos, me magis vigilem, illi regnum Ægypti commiſiſſet. Nunc autem ego advenio, quia mihi competit gubernatio domini & filii domini, non vobis.,, Magnates igitur Salachum miſerunt Halebum. Fuit conſiliarius eius Saadaldin eunuchus, qui a Nuraldino caſtello Mauſelæ præfectus erat, atque a Saiphaldino profugus ad filium domini ſui venerat. Damaſceni, quum Saladinum timerent, nuncio miſſo, pacem flagitarunt a Mori, rege Hieroſolymorum, tributumque ſibi imponi paſſi ſunt. Paucis poſt diebus ægrotavit rex & mortuus eſt Accæ, menſe Thammuz, elapſis [illegible] diebus poſt mortem Nuraldini. Fuit magnus luctus apud Chriſtianos propter obitum huius regis iuſti, quia timore eius perculſi erant omnes Arabes in Ægypto & Syria. Excepit eum filius eius, Bagdoi. Kalig Arslan, Soltanus Iconii, audita morte Nuraldini tutor Dullonii filii Anſchimandi incurſione facta occupavit Sebaſtiam, Neocæſaream, & Comanam. Dullonius iſte Conſtantinopolin aufugerat, ſeque ad imperatorem Græcorum P. 374.
receperat. Hic finis eſt principatus eorum, poſtquam dominati erant annos 122. Armeni Saſanitæ læſi ab Emira Mephrakatenſi, legatis miſſis ad Schaharmenum dominum Chalatæ ei omnia caſtella tradiderunt. Rex Iberiæ Perſis denuo eripuit urbem Anen. Anno Arabum 570 Saladinus coactis copiis ex Ægypto Damaſcum venit, præ ſe ferens, ſe in auxilium filii domini huius urbis adveniſſe: Præfectus dimiſit Kihanum eunuchum ducem caſtelli. Porta ſibi aperta introduxit Saladinus Siphalſalamum fratrem ſuum, eiusque ſocios in caſtellum Damaſcenum. Dominus ibi conſtitutus eſt, præterquam quod ceſſaret proclamatio Salach Iſmaelis. Profectus Damaſco Emeſſam venit, eamque cepit, inde abiit

 Ha-

Digitized by Google

Hamatham, qua pariter potitus eſt. Progreſſus inde caſtra poſuit
in monte, qui vocatur Guſchan, iuxta Halebum. Emiræ, qui ibi
erant, præcones conſtituerunt, & coegerunt univerſum populum
Halebenſem, maiores minoresque iuxta portam Iracenſem, &
Salacho conſilium dederunt, ut ad populum exiret & gemebundus
loqueretur. Quum exiret, ſtans dixit: ,,o incolæ Halebi. Ego
inter vos educatus ad vos confugio. Non eſt mihi pater neque
mater præter vos.,, Hæc poſtquam dixerat, ploratu paululum
interruptus eſt. Flevit univerſus populus, & ſublato clamore
dixerunt: nos omnes ſervi tui ſumus, & coram te moriamur.
Franci etiam legatos ad Saladinum miſerunt, obiurgantes: ,,Hoc
non eſt faciendum, quod malum retribuas pro bono, filio domini
tui. Si autem nobis non obtemperaveris, & Halebo receſſeris:
nos omnes inde irruemus.,, Saladinus quum videret, rem non
P. 375. ex voto ſuccedere, & Halebenſes commoveri non poſſe, Balbe-
cum tetendit eamque cepit. Inde Emeſſam profectus cepit etiam
eius caſtellum. Halebenſes igitur Saiphaldino, domino Mauſelæ,
ſignificarunt: ,,ſi curæ tibi non eſt, quod Saladinus Halebum oc-
cupet: noli credere Mauſelam te conſervaturum eſſe.,, Saiphal-
dinus ſtatim miſit cum Ezaldino Maſud fratre ſuo copias multas,
quæ Halebi advenerunt, & cum Halebenſibus iunctæ Hamatham
oppugnarunt. Miſerunt legatum ad Saladinum Emeſſam poſtu-
lantes, ut omnia caſtella, quæ ceperat, filio domini ſui redderet
& Damaſcum ſolam retineret, ea tamen lege, ut Emira ibi com-
moraretur poteſtati Malec Salachi ſubiectus. Saladinus vero re-
ſpondit: ,,non ego ad bellum gerendum cum filio domini mei
adveni, ſed ut illum ſervem, & regiones atque opes eius. Illinc

autem

Digitized by Google

autem, unde me abire vultis, non egrediar.„ Quum viderent eum in pacem inclinantem, crediderunt, eum imbecillem eſſe, contemſerunt atque dixerunt: neque in Syria maneas ſed in Aegyptum aſcendas. Nobis autem tecum non niſi certamen eſto.„ Profecti deinde oppugnarunt Raſtinum. Saladino igitur iis obviam facto, manus conſeruerunt in loco qui vocatur cornua Hamathæ. Victi autem ſunt Mauſelenſes & Halebenſes, atque in fugam ſe dederunt. Saladinus exercitum cohibuit, quo minus fugitivos perſequerentur neque quenquam occiderent. Tum miſit ad eum Malec Salachus, pacem hac conditione rogaturus, ut Saladinus potiretur Damaſco Hamatha & Emeſſa, ſed reliquam Syriam nempe exteriorem Salacho cederet. Quam quum recuſaret Saladinus, addidit ei adhuc Moarram & Cephratab. Conſenſit tandem iuravitque, in omnibus locis ſibi ſubiectis Soltanum Malec Salachum proclamatum iri, ſeque, quoties advocaretur, in auxilium eius adventurum eſſe. Chalipha, audita victoria Saladini, miſit ei veſtes regias, gladium, atque ſigna & ſigillum imperii. Hoc P. [illegible]6 tempore Kotebaldin Kima, quidam ex Emiris Bagdadenſibus caput ſuſtulit contra Chalipham Moſtazri, & coactis ſociis ſuis obſedit palatium Chaliphæ. Tum Chalipha commotus aſcendit tectum iuſſitque præcones alta voce exclamare.„ O Bagdadenſes, ecce tempus eſt, quod domino veſtro & principi religionis veſtræ opem feratis, et zelum, quo in fidem veſtram animati eſtis, oſtendatis. Quo clamore in urbe audito omnes congregabantur gladiis, baculis, tegulis, & fundis armati & fugarunt Kimazlum eiusque aſſeclas. Quum in deſertum profecti ſitirent, invenerunt aquam in ſtagno quodam, ubi ſerpentes ſuffocati erant. Quam quum biberent, omnes

Digitized by Google

omnes cum equis eorum ægrotarunt. Deinde verſus Mauſelam ſe converterunt ſed multi in via perierunt, atque illi, qui Mauſelam
C. 1175. pervenerunt, non vixerunt. Hoc anno id eſt Græcorum 1486 magnates Armeni Ciliciæ defecerunt a Maliho domino Ciliciæ, quem interficere voluerunt. Quod quum ille ſentiret, fugit in caſtellum quoddam. Cuſtodes autem caſtelli, quum mala noſſent, quibus & chriſtianos continuo afflixerat, prehenderunt eum, & diſſectum canibus proiecerunt. Magnates arceſſerunt patruelem eius Rufinum filium Stephani Tarteſſo & regem ſuum conſtituerunt. Tum interfectores Malihi patrui ſui occidit, quia eum canibus proiecerant, neque ſepelierant. Anno Arabum 571 Saiphaldinus dominus Mauſelæ ad Salachum filium Nuraldini Halebum miſit eumque obiurgavit & reprehendit, quod pacem cum Saladino compoſuerat. Dominus igitur Mauſelæ, collectis equitibus 20000, Halebum venit, & magnates Francorum liberavit, qui ibi dudum vincti erant. Redemit comitem Tripolitanum de-
377. nariis 80000, Goslium filium Goslii 50000, principem Antiochiæ 120000, eosque iuramento adegit, ut opitulatores omni tempore eſſent. Saladinus iterum in Aegyptum miſit, qui exercitum cogerent. Omnes igitur ad præliandum parati fuerunt inter Halebum & Hamatham in loco, qui vocatur Gubæ Turcomannorum. Vicit altera vice Saladinus Halebenſes & Mauſelenſes. Capta ſunt caſtra, direpta impedimenta, inventæque ibi multæ aves, turtures, columbæ, pſittaci, & alia genera in caveis, & 100 puellæ impudicæ, quæ cantabant. Advocavit quendam comœdorum eumque tanquam legatum ad Saiphaldinum miſit atque una cum eo caveas illas. Dixit illi: „Abi, ſaluta meo nomine Saiphal-

Digitized by Google

Saiphaldinum.,, Præterea ei dixit: ,, Revertere ad ſtatum tuum luſorium cum volucribus tuis, quia pulcræ ſunt, ne in periculum amplius incidant. Magnatibus Mauſelenſibus, quos prehenderat inter quos erat Pecher Aldin Ebed Almaſiah, veſtimenta, equos, & alia dona dedit, eosque incolumes dimiſit. Relicta Halebo, per quam tranſierat, oppugnavit caſtellum Buzalam illudque cepit. Hinc Mabugum venit. Qua urbe potitus in caſtello eius invenit theſaurum denariorum 300000. Profectus deinde Azazum intra 40 dies eam cepit. Hoc anno, qui eſt Græcorum 1487 exiit C. 1176.
Manuel, imperator Græcorum, binasque urbes in confiniis Turcorum condidit. Præſidia illuc collocata valde oppreſſerunt familiam Kelig Arslani, ea quidem de cauſa, quod imperatore a Soltano petente, ut familiæ Aniſchmandi regiones reſtitueret, hic recuſavit. Quapropter imperator miſit equites Græcos 30000 duce Damlenuno, filio Aniſchmandi. Quando Neocæſaream oppugnarunt, Græcis dictum eſt: Nolite fidere Damlenuno, qui Vos adduxit, quia epiſtolæ inter eum & Turcos obſeſſos non intermittuntur, & vos doloſe popularibus ſuis prodere vult. Hac de cauſa Græci Pag. 378.
timore perculſi ſunt, & Neocæſaream reliquerunt. Turci perſequentes trucidarunt filium ſororis imperatoris. Imperator vero, quum audiret cognatum ſuum occiſum eſſe, multis copiis coactis in confinia Turcorum progreſſus eſt, & reliquit currus onuſtos impedimentis & alimentis. Græci irruerunt depopulabundi & oppida Turcorum combuſſerunt, quæ iam diu alimentis & hominibus deſtituta erant. Turci vero, inprimis pedites eorum, per montes & anfractus profundos in confiniis proruperunt, & ad caſtra magna Græcorum, ubi impedimenta erant, pervenerunt,

 atque

Digitized by Google

atque diripiebant & comburebant currus. Hinc deſperarunt Græci & Turci prævaluerunt, qui a verticibus montium ſaxa in Græcos devolvebant atque homines & equos vexabant. Tum noctu miſit imperator legatum ad Soltanum & pacem rogavit. Quia autem etiam hic in timore verſabatur, ſtatim conſenſit, & inſtruxit tres Emiras Turcos, qui cum aulicis imperatoris profecti ſunt donec intra confinia progrederentur. Quia autem in caſtris Græcorum quæ direpta erant, ſacella, cruces & ornamenta multa fuerant, atque etiam crux, quæ erat pars ligni crucifixionis, ſurrepta erat: imperator multo auro ad Soltanum miſſo crucem recepit. Hoc anno deſiit vivere Aldinus dominus Mardini, qui per 22 annos, quibus regnavit, valde benevolus fuit in Chriſtianos, eccleſias & monaſteria. In eius locum ſuffectus eſt Koteb Aldin filius eius. Altercatus eſt cum avunculis ſuis, domino Hanæ, & domino Daræ. Poſtea, pace cum iis compoſita, venerunt ad eum & in eius ditione fuerunt. Quum de eo fama percrebuiſſet, mor-
P. 379. tuum eſſe, Medæ cœperunt irrumpere in regionem eius. At ille valetudine reſtituta occidit Arabes 1000, eripuitque eis camelos 12000. Reliqui igitur fugerunt. Anno Arabum 572 Saladinus oppugnavit Halebum. Quum Salachus videret, ſe impotentem eſſe, humili converſatione uſus pacem expetiit. Conſenſit Saladinus & pacem pactus eſt univerſalem Halebo Mauſelæ & Armeniæ minori. Pace firmata eduxit Salachus ſororem natu minorem, quæ ipſi erat, ad Saladinum, quæ ab eo Ezazam petiit, atque obtinuit. Miſſa hac abiit Damaſcum atque viduam Nuraldini quæ vocabatur Ezmathaldin inter uxores recepit. Dominum conſtituit fratrem ſuum Schameſaldin Turnaſcheh Damaſci, ipſe rever-

verſus eſt in Aegyptum. Condidit binis urbibus Meſræ & Kahiræ murum unum qui eas cingeret. Super colle, qui in medio erat, ſtruxit caſtellum. Anno Arabum 573 id eſt anno Græcorum 1489 Saladinus ex Aegypto progreſſus, accito magno exercitu, C. 1178. oppugnavit Aſcalonem, prædatus eſt, captivos abduxit, multumque ſanguinis Chriſtianorum effudit. Franci in ingenti periculo erant, quia rex iuvenis Hieroſolymitanus cœperat lepra laborare. Nihilominus tamen rex ille ægrotus reliquias exercitus ſui coegit, e curru deſcendit, ſeque proſtravit coram cruce ſancta. Flente illo commoti ſunt omnium animi, iuraruntque ſe non terga verſuros eſſe, ſed usque ad mortem in certamlne obduraturos. Quare ſiverunt, Turcos in regione ſe efferre, qui in prædam intenti præ opulentia bellum neglexerunt & remiſſiores facti ſunt. Recuperatis igitur viribus Franci irruerunt & Turcos ceperunt. Quum fluvium quendam tranſirent, Dominus procellam vehementem excitavit, quæ arenam a latere Francorum Turcis immitteret. Oculis eorum caligine obductis graſſatus inter eos eſt gladius Fran- Pag. 380. corum. Quare in fugam ſe proripuerunt atque in terra invia in deſertis illis vaſtis errarunt. Per quinque dies Franci eos ceciderunt, & turmatim eos ceperunt atque occiderunt. Saladinus cum paucis Kahiram evaſit. Dixit chronographus: Quum viderem, nuncios equo vectos & præcones in plateis Meſræ, qui clamarent, Soltanum viciſſe, & Francos victos eſſe, accurri, ut ex nunciis genus victoriæ noſcerem. Accedens audivi eos dicere: lætamini & exultate, quod Soltanus incolumis eſt. Statim novi, rei publice declaratæ contradicere nova, quæ attulerint. Hoc anno poſtquam Soltanus Kelig Arslan pacem compoſuit cum Manuele imperatore



Digitized by Google

ratore Græcorum, venit Malatiam eamque ingentibus copiis per 4 menſes cinxit, quum obſidionem non urgeret, ſed copias iuberet ſibi ædificia lateritia, quaſi hyemarent, condere, ſibi autem ipſi ſtrui domus magnas e lapidibus, qui erant ſuper ſepulcris. Emira vero qui intus erat ex ſtirpe Aniſchmandi, metuebat, ne magnates arcte preſſi, quaſi fame (301) coacti eum traderent. Feſtinanter igitur cum Soltano de vita ſua paciſcebatur. Egreſſus tranſiit ad caſtellum Saidæ, & Kelig-Arslan potitus eſt Malatia a feria quarta ſeptimanæ, 25 die Teſchrin prioris anno Græcorum
C. 1178. 1489. Anno Græcorum 1490 omnes Franci cum Bagdoi rege
C. 1179. iuncti ſunt, & urbem ædificare cœperunt iuxta littus Iordanis in loco qui vocatur pons Iacobi, ut inde Damaſcum opprimerent. Saladinus exiit ex Ægypto & venit Balbecum cuius præfectus ab eo defecerat. Obſidione preſſus, vitæ conſervatione ipſi promiſſa,
P. 381. tradidit Balbecum. Saladinus, viribus ſibi comparatis, aſcendit in Palæſtinam ſed Franci obviam ei facti fugarunt eum, & depopulata regione Arabum redierunt. Quum autem caſtra poſuiſſent, quieti & lætabundi, quia vicerant, inſiluerunt in eos inſidiæ Arabum & ceperunt 100 milites Francos & magiſtrum (maeſtro) fratrum (Freres) Saladinus deinde ad locum ivit, quem Franci recens ædificarunt eumque diruit. Quingenti fratres qui ibi erant quum viderent ſe ab Arabibus affligi, horum alii ſe ipſos in ignem coniecerunt & conflagrarunt, alii in Iordanem ceciderunt et merſi ſunt, alii de muro in rupes proſilierunt, contriti & mortui ſunt, alii qui vivi reperiebantur, gladiis ſe intereme-
C. 1180. runt. Anno 1491 ægrotavit Manuel imperator Græcorum qui quum ſe moriturum eſſe ſentiret, monachus factus eſt. Filio ſuo

Ale-

Digitized by Google

Alexio diadema impoſuit, eumque imperatorem proclamavit. Uxorem ſuam ſive matrem iuvenis Alexii monacham fecit, cui gazas regias concredidit. Duodecim magnates conſtituti ſunt, qui rem publicam adminiſtrarent. Regina vero monacha haud multo poſt ſcortata eſt cum quodam horum 12 magnatum. Quum vero reliqui eam & filium eius dimittere vellent, atque filiam Manuelis ex uxore priori ſufficere maritumque eius imperatorem proclamare, non potuerunt. Inſidiis enim manifeſtatis timuerunt & fugerunt magnates in eccleſiam magnam. Fuit bellum in urbe per ſeptem dies, ſanguisque multus effuſus eſt Canſtantinopoli. Struxerunt aſſeclæ imperatoris et matris eius machinas contra ἁγίαν σοφίαν (templum) Theodoſius vero patriarcha eorum, cum imperator & mater eius iurati promiſiſſent, non læſum iri eos, qui in templum confugerant, ſi egrederentur, ad eos acceſſit, & ſemet ipſum oppignerans eos eduxit. Imperator vero & mater eius, ſpreto iuramento, eruerunt oculos horum undecim occideruntque eorum aſſeclas. Patriarcha illuſus excommunicavit totam civitatem eam reliquit & abiit ad monaſterium extra urbem. Ceſſavit pulſatio campanarum & oratio per 9 menſes & ſepultura aſinina absque exequiis ſepulti ſunt mortui. Hoc anno Kelig Arslan exercitum miſit contra Reban. Irruente in eos exercitu Damaſcenorum, Cappadoces fugerunt. Illi enim valde exercitati erant in præliis cum Francis. Hoc anno, id eſt, anno Arabum 575 mortuus eſt Chalipha Moſtaſeri in cuius locum ſuffectus eſt filius eius Naſer. *Naſer filius Moſtaſeri* annos 47. Regno potitus cepit Veziram Bar Ataræ eumque catenis conſtrinxit, direptis omnibus eius bonis. Nocte feriæ quartæ die 12 menſis undecimi edu-

P. 382.



Digitized by Google

eductus eſt mortuus. Quod quum ſentirent Bagdadenſes, deiecerunt eum a humeris eius qui eum portabat, extenderunt, ligarunt funem ad extremitatem eius, & per plateas traxerunt. Pueri in manu eius raſtrum poſuerunt, dicentes: „Impone ſignum tuum ſcripto noſtro, o domine: Itaque ei illuſerunt, donec Turci veniebant qui eum ſepeliverunt. Eodem anno fames gravis &
C. 1181. peſtis vexavit omnem orbem. Anno Græcorum 1492 id eſt anno Arabum 576 Saladinus bellum intulit Soltano Kelig Arslano propter Nuraldinum filium Kera Arslani, filii Davudi, filii Artuki, dominum caſtelli Cephæ. Fuit hic gener Soltani Kelig Arslani & iniuriam intulit filiæ Soltani, dum eam ſcortationis accuſavit. Quum autem ei minaretur, timuit & confugit ad Saladinum. Saladinus legatum miſit ad Soltanum, eumque rogavit, ut crimen genero ſuo remitteret. Detrectante Soltano, foedus iniit Saladinus cum Francis maritimis. Coactis copiis invaſit regionem Halebenſem, & caſtra poſuit in prato, appellato Karahzar, iuxta
P. 383. fluvium cæruleum inter Beth Heſna & Heſna Manſur. Hinc profectus caſtra metatus eſt iuxta fluvium Lugoſek. Venit ad eum Nuraldinus filius Kera Arslani & honorifice exceptus eſt. Tum Deus animum Soltani Kelig Arslani ad pacem inclinavit. Miſit legatum ad Saladinum, & cum genero ſuo reconciliatus eſt, qui præſtito iuramento, promiſit ſe non amplius laſcivam vitam acturum, & filiam Soltani honore proſecuturum eſſe, atque, tanquam filium patri, ei (302) ſubiectum fore. Profectus illinc Saladinus caſtra poſuit iuxta fluvium nigrum. Exercitus eius progreſſus eſt ad diripiendam Ciliciam, quia Rufinus præfectus Ciliciæ multos Turcomanos paſtores in regione eius interfecerat, atque uxores, libe-

Digitized by Google

liberos & bona eorum abduxerat, Rufinus igitur ad Saladinum legationem miſit qua humilitatem & obſequium teſtabatur. Dedit etiam multum auri & 500 captivos Turcos liberavit. Tum denique pax fuit, & abiit Saladinus. Kelig Arslan rediit Malatiam & renovavit binos eius muros. Hoc tempore princeps Antiochiæ dimiſit uxorem Græcam, quam legitime duxerat Conſtantinopoli diebus Manuelis imperatoris, & meretrici adhæſit. Patriarcha excommunicavit presbyterum qui eum cum meretrice copulavit, & totam urbem. Ceſſarunt igitur pulſationes campanarum & orationes. Princeps autem iratus diripuit omnes eccleſias & monaſteria Francorum. Tum advenit patriarcha Hieroſolymitanus cum comitibus qui principem pacarunt, & innocentem (303) declararunt uxorem illegitimam. Reddidit omne quod eripuerat eccleſiis & monaſteriis. Hoc anno obiit Saiphaldinus Gazi filius Kotebaldini, filii Mududi, filii Zangi, dominus Mauſelæ. Fuit vir amans ſcorta, & aſſiduus in potatione vini. Pace perfecta & quiete magna gaudebant diebus eius Mauſelenſes. Suffectus ei P. 384.
eſt præſes Mauſelæ Ezaldinus Mumud frater ipſius, qui appellabatur Abulphetach, & prudenter in diſponendis negotiis verſatus eſt. Saladinus profectus eſt Damaſcum, atque inde in Ægyptum. Finitum eſt caſtellum Kahiræ, & obiit frater eius Schames Aldulah Alexandriæ. Anno Arabum 577 laboravit Malec Salach Iſmael filius Nuraldini filii Zangi, dominus Halebi, morbo lethali. Quum morti propinquum ſe ſentiret, miſit nuncium ad filium patrui ſui Ezaldinum Mumud, dominum Mauſelæ, eumque invitavit ut feſtinanter adveniret, ad occupandum Halebum, ne Saladinus urbem caperet. Coegit magnates, quos iuramento filio pa-

patrui ſui obſtrinxit, deinde mortuus eſt. Fertur, ſervum quendam venenum cum botro uvarum potandum ei dediſſe. Quod quidem alii negantes aſſerunt, colica correptum eſſe. Luxerunt eum valde incolæ Halebi, quia pulcritudine corporea magnificus erat, & virtutibns animi excellebat. Mortuo eo diſſidium ortum eſt inter Halebenſes incolas urbis & Iarukenſes, qui extra Halebum erat. Iarukenſes miſerunt ad Imadaldinum Zangi dominum Schigæ eumque ad ſe adduxerunt, ut Halebum ei traderent. Halebenſes vero ei minati ſunt, ſe niſi deſiſteret & abiret eum ſevere ligaturos eſſe. Deſiſtente eo & abiente advenit Ezaldin Maſud Halebum, caſtellum aſcendit, & dominatus eſt. Matrem Malec Salachi inter mulieres recepit, eamque Mauſelam miſit. Aperuit gazas, quæ inde a tempore Nuraldini & Zangi patris eius acervatæ erant, (erant autem in his opes infinitæ) & omnes Mauſelam miſit. Pacem compoſuit cum Boemondo principe, domino Antiochiæ ad terminum biennii. Reliquit in caſtello Halebenſi Nuraldinum filium ſuum natu minorem, quem gubernatorem conſtituit. Ille autem abiit & caſtra poſuit in prato Karahzar.
P. 385. Miſit legatos ad fratrem ſuum Imadaldinum Zangi dominum Schigræ, quia cum omnibus oneribus ſuis egreſſus erat, filiis & domeſticis, & Circeſium venerat, ut ad Saladinum confugeret, qui eum adiuturus, eique regnum patris ſui reſtituturus eſſet. Imadaldinus autem reſpondit legato fratris ſui: „Non ego reſtituam niſi dederit mihi Halebum, vel Mauſelam vel omnem Meſopotamiam. Ezaldinus promiſit ei tradere tantum urbem Halebum, ea lege, ut filius ſuus in caſtello maneret. Imadaldinus: „Non concedam, me præfectum filii tui Halebi fore.„ Ezaldinus reſpon-

reſpondit: „Addam tibi Arabanam, & Magdelam, atque alias urbes Chaburæ.„ Quum autem Imadaldinus repugnaret & non reciperet: conſilium dederunt magnates: „Trade ei Halebum & caſtellum eius, nolique cum fratre tuo rixari ſuper re, quam neque tu neque ille contra Saladinum tueri poſſit. Quid quæſo ibi reliquiſti, cui peperceris? Nam ecce omnes eius opes Mauſelam deportaſti.„ Iureiurando ſe obſtrinxerunt bini fratres alter alterum. Imadaldinus accepit Halebum & regionem eius & reliquit Schigram una cum Mauſela Ezaldino. Hoc anno appulit navis magna ex terra Francorum Damiatam, quia pacem ſanciverant cum Arabibus. At Arabes inſidioſe ceperunt Francos 2500 mercatores & nautas, qui in illa erant. Excuſarunt ſe eo, quod terminus pacis finitus ſit. Tum Franci invaſerunt urbem quandam iuxta littus maris Suph (ſinus Arabici) quæ appellatur Ajala, multasque naves & naviculas præpararunt, quibus in mari Suph navigarunt, quanquam antea plane inauditum erat, Francos in mari rubro navigare. Ceperunt multas naves Arabum, quæ impletæ erant magnis divitiis, occiderunt multos incolas urbis quæ vocatur Idab. Saladinus miſit naves, quibus cameli onerati erant, Pag. 386. Alexandria. His in mare Suph immiſſis Arabes irruerunt in Francos. Ab utraqae parte multi occiſi ſunt. Anno Græcorum C. 1183. 1494 Andronicus ex magnatibus Græcorum quem Manuel imperator Conſtantinopoli expulerat, Alexio iuveni eiusque matri adulatus eſt. Profectus eſt denuo Conſtantinopolin, & per exiguum tempus obſequium oſtendit. Tum matrem iuvenis, filiam & generum eius in mare proiecit, & Alexium iuvenem clam interemit, atque plus 1000 magnates occidit & combuſſit. Multis oculos

eruit, atque adoleſcentulam uxorem Alexii inter mulieres recepit ſenex ille impurus. Francos Conſtantinopoli extruſit, qui egreſſi numero 14000, monaſteria & pagos in regionibus Græcorum combuſſerunt. Venit etiam rex Siciliæ & multas urbes Græcorum deſtruxit & deſolavit. Anno Arabum 578 exiit Saladinus ex Aegypto, venit Damaſcum, & inde Halebum, illam obſeſſurus. Tum quidam magnatum conſilium ei dedit, ut primum Euphrate traiecto urbes Meſopotamia & Aſſyriæ ſubiugaret, quo quidem facto confeſtim eam capere poſſet. Quo quidem conſilio approbato Euphratem traiecit, Edeſſam adortus eſt & eam cepit, deinde eodem modo Haranem. Callinicum poſtea profectus eam cepit, hinc abiit Arbanam. Cuſtodibus eius clavem urbis tradentibus, eam cepit, atque una cum ea Maxinam. Beneficia contulit in incolas Chabur, progreſſus deinde eſt Niſibin. Quum domini eius ad bellum parati eſſent: Saladinus eam oppugnare noluit ſed militibus urbem cingentibus præcepit, ut incolas ab exitu & ingreſſu prohiberent. Arcte incluſi mox eam tradiderunt. Venit deinde Saladinus Mauſelam: quam exercitus eius ab omnibus partibus cin-
P. 387. xit. Ezaldinus vero dominus eius ad Chalipham nuncium miſit, eumque rogavit, ut pro ſe apud Saladinum intercederet. Chalipha, legato ad eum miſſo, rem ab eo impetravit. Rogavit autem, ut Mauſelenſes ei aurum darent, quod, in adventu eius defuerat, vel dederent ei Halebum. Mauſelenſes reſponderunt: „Aurum nobis deeſt. Halebo alius dominus eſt, Imadaldin, & quomodo nos locum, qui noſter non eſt, tibi daremus?„ Saladinus igitur perſpiciens urbem capi non poſſe, reliquit eam, abiit Schigram, eam oppugnavit, & eripuit Scharaphaldino filio Kote-

Digitized by Google

Kotebaldini Mudud. Illinc Saladinus profectus eſt ad urbem Daram. Exiit dominus eius Zemzam Aldin Behram ex ſtirpe Artuki ad eum colendum & præ ſe tulit humilitatem & obſequium, urbemque ei conceſſit. Abiit deinde Haranem dimiſitque exercitum, ut quisque in patriam ſuam abiret, & domi ſuæ requieſceret, quia tempus hibernum, & ieiunium diesque feſtivi Arabum erant. Ipſe manſit cum viris paucis Harane. Tum Mauſelenſes veriti, ne vere ad eos rediret atque etiam Mauſelam caperet, uti Schigram ceperat, a Schahirmino domino Chalatæ auxilium flagitarunt. Iſte Schahirman hilariter ſatisfecit precibus eorum, & miſit ad filium ſororis ſuæ Koteb Aldinum Ilgazi filii Albi, filium Temurtaſchi, dominum Mardini, avunculum Ezaldini, domini Mauſelæ. Congregati igitur ſunt omnes Mardenenſes, Mauſelenſes, & ſocii Schahirmani, iuxta Berœam. Iuncti cum equitibus 1700 Iarukenſibus, qui Halebo advenerant, parati fuerunt ad prœliandum cum Saladino. Hic quum audiret, congregatos eſſe inimicos eius, commotus et timore perculſus eſt. Velociter copias ſuas cogi iuſſit, atque intra octo dies omnes penes eum erant Hamatha, Emeſſa & ex Meſopotamia, item Bues P. 388. Kera Arslani, dominus caſtelli Cephæ. Quum autem Schahirman videret alacritatem ſociorum Saladini ad bellum & fatuitatem fœderatorum ſuorum, dixit ad dominum Mauſelæ & Mardini: „Nunc quidem tempus hibernum eſt & bello gerendo ineptum. Redeat quisque domum, & circa tempus vernum iterum congregentur.„ Iſto modo diſperſi ſunt, & congregatio eorum ſoluta eſt inanis, Saladinus autem nunciavit Chaliphæ, quod Mauſelenſes fecerant. & quod illi cum eo, non ipſe cum illis, ſemper altercarentur. Chalipha iuſſit eum Amidam oppugnare. Anno Arabum 579 menſe C. 1183.

 pri-

Digitized by Google

priori ſive menſe Ijar anni Græcorum 1494 Saladinus cepit Amidam poſtquam eam obſidione valde arctaverat. Imperabat Amidæ Bar Niſan princeps, qui ſtrenue pugnavit cum obſidentibus ſed incolæ urbes averterunt faciem ab eo, hac de cauſa. Quodam tempore quum ſocii Saladini in medios binos muros prorumperent, Amidenſes egreſſi incluſerunt omnes et occiderunt. Soltanus igitur inſcripſit telis minas duras, additis iuramentis validis, ſe non ab urbe receſſurum eſſe, donec eam cepiſſet, & omnes in ignem proiecturum eſſe, niſi victas manus porrigerent. Obſeſſi itaque quum timerent, manusque relaxarent, commotus fuit Bar Niſan, & pro vita ſua, domeſticis & opibus ſuis pactum iniit. Soltanus permiſit ei, ut per triduum educeret ex palatio ſuo quicquid vellet. Tradita igitur urbe aſcendit Soltanus & Bar Niſan cœpit per triduum e palatio ſuo educere aurum, argentum, lapides pretioſos & ſuppellectilem. Fertur, ne decimam quidem
P. 389. partem poſſeſſionum ſuarum per triduum eum educere potuiſſe, quia ingentes opes Amidæ collegerat. Poſtquam Saladinus Amidam ceperat, tradidit eam Nuraldino filio Kera Arslani cum opibus, quæ ibi erant. Fuerunt, qui Saladino dicerent: „urbem ei promiſiſti, ſed non quicquid ibi reperitur. Opes ingentes ſunt, quia excedunt denarios 3000000.„ Saladinus reſpondit: „non decet nos urbem tradere vacuam amico noſtro.„ Fertur, inventas eſſe ceras 100000 in quadam capſula & in bibliotheca libros 100000. Hos libros tantum Saladinus Amida abſtulit, & dedit Kazialpazalo id eſt iudici ſupremo, ſcribæ ſuo. Fœdus iniit Saladinus cum Bar Kara Arslano iuramentis corroboratum. Ipſe traiecto Euphrate ad Itabum venit, ſeque ei ſubiecit Nazahaldin filius Chumartechini, dominus urbis

Digitized by Google

bis. Relicta hac caſtra poſuit iuxta Halebum eamque incluſit. Imadaldinus dominus eius, quia vacuam invenerat, ab exercitu ſuo flagitabatur, ut annonam (304) iis præberet. Sed nihil ei adfuit intus, neque extrinſecus quicquam invexit, quia Saladinus totam regionem occupaverat. Quum cuidam magnatum diceret: „ non eſt mihi quidquam quod tibi darem," reſpondit ille: „ ornamenta uxoris tuæ vende, & militibus da, ſi rex eſſe volueris.„ Res tamen eius adhuc integra manſit, quia ab incolis urbis cibus ei afferebatur quotidie ita ut ipſe & domeſtici eius ederent. Hac de cauſa magnatibus & & militibus bellum negligentibus, incolæ urbis ſtrenue pugnarunt. Saladinus quum perſpiceret, urbem vi capi non poſſe, conſpiravit cum magnatibus obſeſſis, eosque donis allexit, qui Imadaldino dicerent, magis e re eius fore, ſi Halebum traderet & vice urbis alia loca reciperet, quam ſi illo non connivente alii urbem dedituri ſint, & ipſe vacuus remaneat. Dixerunt præterea: „Populo confidis, quod pro te pugnabit & bona ſua comedet. At conſumta ſunt alimenta tibique nihil ſupereſt, quod illis des. Vide nunc quid facias.„ Quum ad conſilia eorum attenderet, ad Saladinum miſit petiitque ab eo Schigram, Niſibin, Chaburam & Callinicum pro Halebo. Conſentiens Saladinus chirographum ei miſit addito iuramento ſe hæc omnia daturum eſſe. Quum incolæ audirent, Imadaldinum urbem traditurum eſſe, vehementer doluerunt, & coram caſtello congregati acerbe ei conviciati ſunt, calamo & pallio ſuſpenſis: „o vir muliebris, lotio veſtimentorum tibi convenit, non regnum.„ Ipſe ex cancellis eos proſpexit, & ſuis auribus convicia eorum audivit. Eadem nocte diei 18 menſis ſecundi huius anni Arabum deſcendit Imadal- P. 390.

 din

din ex caſtello Halebenſi. Egreſſus (305) in tentorio habitavit, quod in eius gratiam fixum erat. Tradita autem ſunt Saladino caſtellum & urbs, Imadaldino autem loca illa, qui hinc profectus Schigræ commoratus eſt. Saladinus maiori lætitia perfuſus eſt ob expugnationem Halebi, ac omnium civitatum, quas ceperat. Fertur, quum gradus ante portam caſtelli aſcendiſſet, hunc locum Danielis in Korano eorum (Mohammedanorum) ſcriptum recitaſſe & dixiſſe: Deus excelſus dominus eſt regni terreſtris, quod cui voluerit, dederit, & in hominem imbecillum contulerit. Convertens ſe ad magnates, qui cum eo erant, dixit: „Nunc
P. 391. novi regnum mihi confirmatum eſſe. Credite, me non invidiſſe quidquam Imadaldino, (306) præter Halebum, neque concupiſſe niſi hanc urbem.„ Halebo potitus tributa multa remiſit, onera ſublevavit & dona magnifica, quæ ſummam denariorum 850000 conficerent, diſtribuit. In obſidione Halebenſi vulneratus eſt Tag Almulec Buri frater minimus Saladini, ægrotavit aliquot diebus & mortuus eſt. Fertur Saladinum, qui eum ægrotantem inviſeret, ei dixiſſe: „Lætare, quod Halebum expugnavimus, & nunc tua ſit.„ Reſpondit: „dominium in vivos cadit, ego autem in mortuis numerandus ſum. Crede te ſanguine pretioſo eam cepiſſe, quum hominem mei ſimilem amiſeris, dum eam inveniſti.„ Erat enim ad prœlia promtiſſimus. Saladinus omnesque qui aderant, amare plorarunt. Hoc tempore præfectus Harmæ caſtellum Francis vendere voluit. Quod quum ſentirent cuſtodes, aliquando, quum ad animum exhilarandum egreſſus redire vellet, portas ante eum clauſerunt, & Saladino nunciarunt, ſe ei caſtellum tradituros eſſe. Soltanus vero filio fratris

Digitized by Google

tris ſui & filio avunculi ſui mandavit, ut illud ſibi tradendum curarent. Cuſtodes autem noluerunt, donec ipſe Saladinus adveniret & caſtello potiretur. Traditoribus iſtis dona dedit, eosque ex caſtello eduxit. Præfecto nihil mali inflixit, quia magnates eum adiuvabant, dicebantque, cuſtodes de eo mentitos eſſe. Saladinus caſtello Halebenſi præfecit filium ſuum Malec Altaherum. Ipſe profectus eſt Damaſcum. Illinc coacto exercitu profectus caſtra poſuit iuxta caſtellum Carachæ, quam obſidione gravi arctavit. Franci deinde congregati ſunt, illud ſubiugaturi. Quod quum ſentiret, relicta Caracha, Damaſcum rediit. Venit ad eum Malec Adel frater eius ex Aegypto eique multum auri adduxit. Conſtituit eum dominum Halebi, eiusque Pag. 392
territorii usque ad Rebanam & littora Euphratis usque ad Hamatham. Adel aſcendit in caſtellum Halebi, unde Taher filius Saladini exiit poſtquam ibi ſex menſes fuerat, atque ad patrem ſuum profectus eſt. Anno Arabum 588 Saladinus ſe accinxit ad obſidionem Carachæ. Arceſſivit igitur Nuraldinum ex caſtello Cephæ, Adelum fratrem ſuum Halebo, Takialdinum ex Aegypto, qui omnes congregati ſunt iuxta Caracham. Francis vero congregatis, & Turcis commotis Saladinus iuſſit machinas comburi quæ contra Caracham ſtructæ erant. Qua quidem urbe relicta contendit in regionem Samariæ eamque diripuit. Princeps vero Arnat dominus Chorachæ in montana aſcendit, ivitque Caracham qaam magis munivit. Etiam princeps dominus Antiochiæ Haram venit cum equitibus 200 & regionem depopulatus eſt, occiditque multos equites Arabes, qui ſuper ponte diſpoſiti erant, qui appellatur ferreus. Franci 100 incluſerunt Arabes, ſcilicet 100



Digitized by Google

(307) pedites & 20 equites, qui inſidias fecerant in monte, & omnes occiderunt. Hoc anno mortuus eſt Kotebaldin Ilgazi filius Nagamaldini Albi filii Temurtaſchi filiti Artuki, dominus Mardini. In eius locum ſuffectus eſt Huſamaldin Iolek Arslan. Fuit ille puer parvus. Quia Tahiraldin Aſchahirman avunculus pueri erat, conſtituit ei gubernatorem ex ſervis patris ſui, nomine Netamaldin. Hic Netamaldinus uxorem duxit matrem pueri, & regnum egregie adminiſtravit. Tum obiit puer Huſamaldin, cui frater erat minor natu, qui nomen patris ſui Kotebaldin gerebat. Hunc Netamaldin in locum fratris ſubſtituit, quando nomen tantum puero erat, negotia autem omnia Netamaldino & ſervo eius Lulu.
P. 393. Poſtquam puer adoleverat, viditque ſe qua nomen, non qua facta regnare, acceſſit ad Netamaldinum die quodam, quum ægre ferret, quod ille ipſi fecerat. Quum egrederetur, exiit cum eo Lulus usque ad portam honoris ergo. Quum venirent in locum anguſtum, Kotebaldinus Lulum gladio interfecit, & ad Netamaldinum reverſus, qui in lecto cubabat, etiam iſtum cecidit. Sumſit deinde amborum capita eaque e caſtello magnatibus proiecit. Quod quum viderent, omnes eum timuerunt eiusque poteſtati* ſe ſubmiſerunt. Perpetrata fuit hæc cædes anno Arabum 601 poſtquam Netamaldinus viginti annos imperaverat. Anno Arabum 581 Saladinus Halebum profectus eſt, inde Euphrate traiecto Edeſſam eripuit Motapheraldino filio Zinaldini, domino eius. Abiit deinde Reſainam, & illinc Daram. Venit ad eum Imadaldinus filius Kera Arslani loco fratris ſui Nuraldini, qui ægrotus erat, & venire non poterat. Hinc profectus eſt ad urbem Beldam, deinde caſtra poſuit iuxta Mauſelam. Adiit eum etiam

ter

dominus Arbelæ Zinaldin Bareli Cugach. Etiam frater eius Motapheraldin dominus Haranis penes Saladinum fuit. Saladinus Mauſelam arcta obſidione cinxit. Exiit igitur ad eum mater Ezaldini (obſecrans ut (308) recordaretur tempora elapſa & beneficia quæ familia Zangi in eum contuliſſet. Ploraverunt etiam ante eum (fœminæ quæ eum adierant) coram eo, & fimbrias eius tenuerunt. Ille autem eas non ſuſcepit, & ſpem earum fefellit. Poſtquam relicto eo redierant deſperantes: zelo animati ſunt Mauſelenſes, maiores natu minoresque & oſtenderunt amorem in familiam Atabagi Zangi. Integro corde & animo aſcenderunt muros & ſtrenue pugnarunt. Conviciis Saladinum tecte proſciderunt, tanquam hominem, qui benevolentiam dominorum ſuorum (negaret). Relicto igitur exercitu iuxta Mauſelam, ad eam cingendam, ipſe Chalatam verſus contendit, quia audiverat, Schahirmanum dominum eius mortuum eſſe, eiusque ſervum Bactamarum ſucceſſiſſe, qui beneficus in Chalatenſes fuerat, & ab iis valde diligebatur. Bactamarus, quum audiret Pehluanum, P. 394.
filium Ildegauzi, dominum Perſidos, bellum ſibi illaturum eſſe, a Saladino auxilium petiit, promiſitque ſe Chalatam ei traditurum eſſe. Saladinus quum veniret in agrum Chalatenſem, invenit Bactamarum, qui in urbe munimenta ſibi ſtruxerat, neque ad eum exierat. Schamesaldin Pehluanus pariter ex Perſide advenerat, &, caſtris poſitis iuxta aliud latus Chalatæ, ſe accingebat ad oppugnandam Chalatam. (Quam etiam oppugnaſſet) niſi ei dictum fuiſſet: „Si Bactamarum preſſeris, tradet Chalatam Saladino, & tu pacem in eius vicinia non invenies.„ Quare Pehluanus nuncio miſſo ad Bactarum, eum exhilaravit, eique in matrimonium



Digitized by Google

collocavit fœminam ex ſtirpe ſua. Relicta urbe abiit. Saladinus, quum videret, Chalatenſes & Perſas conciliatos eſſe, reverſus eſt Maipherkatam, quia dominus eius Kotebaldin dominus Mardini obierat & regnum adeptus erat filius eius, puer parvus, uti diximus. Oppugnavit igitur eam. Erat autem ibi dux Aſadaldin Brikas. Etiam Chatun uxor Kotebaldini domini Mardini cum filiabus ſuis ibi erat. Illa valde excitavit milites obſeſſos. Protrahente bello permovit mulierem promiſſis, ſe ſcilicet unam filiarum eius filio ſuo in matrimonium locaturum eſſe. Hæc igitur victa rogavit, ut ſibi remaneret caſtellum Hatachæ. Tradidit igitur Maipherkatam Saladino & ipſa Hatacham abiit. Venit etiam Kotebaldin Suchman filius Nuraldini filii Kera Arslani dominus Amidæ ad Saladinum, & honorifice exceptus eſt, deinde in urbem ſuam rediit. Saladinus exiit Maipherkata & caſtra poſuit iuxta littus fluvii Karamani. Illinc profectus eſt ad Chepharzammar iuxta Tigrin. Mauſelenſes obſidione arcta incluſi iterum fœminas illas ad Saladinum miſerunt, ut eum ad pacem flecterent. Conciliator fuit certantium Imadaldin dominus Schigræ. Dedit Ezaldinus dominus Mauſelæ regionem Scherezuræ, & omnem regio-
P. 395. nem orientalem, (terminatam) a binis (fluviis) Zabe, Beth-Vaſik &c. Saladino. In ſe recepit, ut Saladinus Mauſelæ proclamaretur & zuzæ atque denarii nomine eius cuderentur. Quibus conditionibus pax compoſita eſt. Saladinus Haranem profectus eſt, ubi morbo gravi laboravit, ex quo tamen convaluit. Quum Saladinus Harane ægrotaret, erat apud eum filius avunculi ſui Naſeraldinus filius Aſadaldini Schirichu. Arbitratus Saladinum moriturum eſſe reliquit eum & Emeſſam petiit. Congregavit ibi

iuvenes

Digitized by Google

iuvenes, eosque iuramento adegit in præſentia ſua, ut mortuo Saladino regnum adipiſceretur. Voluit autem Deus, canvaleſcere Saladinum & mori Naſeraldinum. Venit Saladinus Emeſſam, ſumſit quicquid ad ſe pertinebat & filium ſuum, qui erat puer parvus, Malec Mugahidinum cognominavit & in locum patris ſuffecit. Fertur, ſequenti anno quum puer apud Saladinum eſſet & a Saladino interrogaretur, quousque in Korano legerat, puerum reſpondiſſe: usque ad verſum: Qui comedunt opes viduarum, ignem in ventre ſuo comedunt. Miratus eſt Saladinus eius prudentiam & dixit: ſi ſcienter hoc dixerit, par eſt eum metuere. Hoc anno, qui eſt Græcorum 1496 quum Andronicus tyrannus C. 1185. Conſtantinopolitanus ſe accingeret ad occidendum Iſaacum magnatem, qui ſolus remanſerat ex familia Manuelis, imperatoris: munivit ſe Iſaacus domi. Quum Andronicus ducem mitteret, qui Iſaacum accerſeret: Iſaacus auſus eſt ſtricto gladio eum occidere. Equo vectus exiit, ut eccleſiam magnam intraret, gladium manu tenens, qui ſanguine conſperſus erat. Clamanti illi adhæſit ingens hominum multitudo, multique magnates, qui tyranno ſucceuſebant. Ingreſſi in eccleſiam patriarcham coegerunt, ut Iſaacum imperatorem proclamaret. Pag. 396. Tyrannus, hoc audito, ex palatio abiit, ut mari profugeret. Sed prehenſus & Conſtantinopolin reductus eſt, ubi corpus eius dum in vivis erat, cultris diſciſſum & confoſſum, atque poſt multa tormenta combuſtum eſt in media congregatione. Hoc anno Bagdoi rex Hieroſolymorum quum lepra, qua laboravit, invaleſceret, tradidit regnum infanti, filio ſororis ſuæ, qui pariter Bagdoi vocabatur. Ille autem mortuus eſt. Anno Arabum 582 Saladinus convaluit

& Harane Halebum migravit, inde Emeſſam, ubi invenit Naſeraldinum filium fratris ſui Schemaſalduli Demahati. Eripuit filio eius caſtellum Emeſſæ, ibique invenit abundantiam magnam. Hinc profectus Damaſcum iterum eripuit Halebum fratri ſuo Adelo, urbemque tradidit filio ſuo Malec Tahiro. Damaſcum dedit alii filio ſuo Malec Aphzalo. Aegyptum dedit Malec Aſiſo alii filio ſuo, eumque in Aegyptum miſit, una cum Adelo fratre ſuo. Takialdinus patruelis eius, qui ibi erat, quum audiret, Ægyptum ſibi demi, iratus fuit atque in Africam iter paravit. Sed Saladinus ei adulatus eſt, cum ad ſe accivit, atque in ſe propenſum reddidit, perſuadens, ſibi propoſitum eſſe, ut quia vir fortiſſimus erat, apud ſe maneret. Dedit ei Hamatham, Moarram, Salamiam, Mabugum, & Kalehuagamam. Addidit præterea Maipherkatam. Accerſivit deinde filium Malec Manſurum cum copiis ſuis ex Aegypto. Servus autem eius, cuius nomen erat Busbe non paruit, ut veniret, ſed in occidentem profectus eſt, & Africæ imperavit.
C. 1186. Hoc anno id eſt anno Græcorum 1497 fuit ſynodus ſex ſtellarum errantium in ſigno libræ excepto Marte, qui in duabus formis coniunctus eſt, die 14 Elulis, 29 menſis ſexti Arabum. Omnes
P. 397. Aſtronomi fremebundi prædixerunt, diluvium univerſale vento vehementi in orbe fore,* & omnes homines perituros eſſe, ſicut diebus Noæ factum eſt in vicinia ſigni piſcium, quando aquæ inundarunt totam terram. Kelig Arslan, Soltanus Iconii, magis quam cæteri homines fidem habuit huic rei. Iacturam magnam fecit, caveas in terra fecit, & domus integras in profundis ædificavit. Deus autem, laus ſit benevolentiæ eius, inanem & fruſtaneum oſtendit timorem eorum. Nam quum dies celeberrimus

Digitized by Google

mus adveniret, multique ſibi in caveis & ſpeluncis munimenta quærerent, aer purus & limpidus cum tranquillitate maiori apparuit, ac unquam antea. Tantum fuit eclipſis ſolaris ſecundum conſuetudinem. Contemti igitur ſunt Aſtronomi a regibus & infimis, propter falſitatem inpudentiæ eorum. Aſtronomus, qui ex celebribus erat, dixerat, mentiri qui fremerent. Ad Soltanum accerſitus & ab eo interrogatus reſpondit, & chirographo ſuo teſtatus eſt, nihil horum fore, quæ prædixerant, & nihil mali hominibus contingere. Quum ſermo eius confirmatus eſſet, quæſivit ex eo Soltanus, unde hoc ſciverit. At ille reſpondit: „non ſecundum ſcientiam locutus ſum. Sed novi, ſi diluvium fuerit, neque me remanſurum eſſe neque illos, qui me accuſant, ſi non fuerit, me penitus victoriam reportaturum eſſe, uti etiam reportavi.„ Riſit Soltanus, & dono ei dato eum dimiſit. Hoc tempore princeps dominus Antiochiæ pacem compoſuit cum Saladino. Inſidiis paratis prehendit Rufinum dominum Ciliciæ, & in vincula eum coniecit & incluſit. Coacto exercitu invaſit Ciliciam, & Leone contra eum ſtrenue inſurgente, princeps pudefactus rediit. Poſtea Armeni dederunt ei denarios 30000, Miſſiſſatam & Adenen, reliquit igitur Rufinum. Rufinus vero liberatus denuo cepit hæc loca, & princeps totam provinciam Ciliciæ depopulari cœpit. Hoc tempore occiſus eſt Pehluanus dominus Perſidos, & multæ cædes perpetratæ ſunt Meſatæ. Etiam Curdæi & Turcomani prœlium inter ſe conſeruerunt iuxta Niſibin, hac de cauſa Turcomanus quidam uxorem duxerat ex tribu alia Turcomanorum. Quum ſponſores per caſtellum quoddam Curdæorum in regione Sauſaniæ tranſirent: Curdæi in via illis obviam facti expetierunt P. 398.



con-

convivium. Altercantibus Turcomanis, Curdæi irruerunt, ſponſam rapuerunt & in caſtellum ſuum aſcenderunt. Hac de cauſa ortum eſt bellum grave. Viæ præcluſæ, merces direptæ ſunt. Occiſi ſunt ab utraque parte circiter 10000. Tunc collecti iterum Curdæi circiter 30000 irruerunt in Turcomanos iuxta Haboram & Curdæi victi ſunt. Occiſi iacebant a littore fluvii usque ad Niſibin. Tum binis vicibus manus cum ſe invicem conſeruerunt in regione Mauſelenſi, & Curdæi victi ſunt. Iterum aliquoties Turcomani Curdæos in Syria vicerunt, eosque usque in Ciliciam inſecuti ſunt. Cæderunt viros, fœminas, immo liberos. Poſtquam Turcomani Curdæos ex tota Syria & Meſopotamia exſtirpaverant, aſcenderunt in Armeniam, Armenos 26000 in ſervitutem abduxerunt, & vendiderunt. Monaſterium magnam Garbid incenderunt & monachos interfecerunt, Telbaſmi in regione Mardenſi 170 Syri noſtrarum partium occiſi ſunt. Annoni, quod oppidum in regione Claudia in ditione Malatenſi ſitum eſt, 200 pueri armati noſtrarum partium interfecti ſunt. In tota Cappadocia & provincia Malatenſi prælia gravia & cædes multæ contigerunt. Etiam Arabes & Iſmaelitæ inter ſe bella geſſeruut, multique occiſi ſunt. Eodem anno inter Francos diſſenſiones ortæ ſunt, hac de cauſa. Dominus Tiberiados moribundus filium ſuum parvum
P. 399. Comiti Tripolitano educandum commiſit. Poſtea mortuus eſt puer iſte, & imperium ad matrem eius devolutum eſt. Hæc oculos ſuos in virum, cuius erat nomen Caius, coniecit, qui non ex familia regia erat, ei nupſit, & corona ſua eum veſtivit. Quapropter iratus fuit dominus Tripolitanus, partes Saladini ſecutus eſt, & inſidias cœpit parare reginæ Tiberiados, & reliquis affe-

clis

Digitized by Google

clis confeſſionis eius. Anno Arabum 583 quum Saladinus videret, principem Arnat iuramentum ſuum neglexiſſe, & catervam mercatorum Arabum diripuiſſe, coacto exercitu bello ſe accinxit. Accito exercitu magno contra Caracham ivit, ſuccidit arbores eius & vaſtavit pagos qui circa eam erant. Relicta ea Schubachum contendit, ubi ſimilia perpetravit. Etiam Malec Aphzal filius Tiberiada profectus agrum eius diripuit. Exierunt deinde Franci & in Arabes irruerunt, qui propemodum penitus fracti eſſent, & fugiſſent, niſi Halebenſes ſuſtinuiſſent. Redierunt igitur Franci in urbem. Aphzal cum ſociis ſuis ad Saladinum abiit. Tum reges Francorum eorumque magnates congregati ſunt & mutuo deliberarunt de certamine cum Arabibus. Comes Tripolitanus dixit: ,,Cognoſcite, o frâtres mei, non parvum eſſe periculum, in quod cum homine hoc Saladino certaturi incidimus. Noſtis enim qualis iam dudum fuerit, nihil ſimulans. Ecce univerſa Agypto & Palæſtina usque ad orientem potitus eſt. Hoc auxilium mihi probatur, quod pacem cum eo componamus, & quisque noſtrum in loco ſuo quieſcat.,, Caius rex novitius, qui duxerat reginam Tiberiados, animo elatus dixit: ,,Nullam rationem habeo belli.,, Tum dixit comes: tu videbis, finem voluntatis tuæ,, Saladinus pariter magnates collegit & cum eis conſilia agitavit. Illi dixerunt. ,,Non convenit nobis nunc, ut in Francos fortiter coniunctos irruamus (310) Sed regionem eorum paululum debilitemus. Quando diſſipati ſunt, tum quemque eorum ſingulatim facile deſtruemus.,, Quod quidem conſilium Saladinus repudiavit, dicens:,, Quando quæſo denuo congregabitur coetus magnus huius ſimilis? Sed forti animo eſtote, viros vos præſtate, Pag. 400.

&

Digitized by Google

& irruite. Dominus quid voluerit facit.„ Confeſtim equum aſcendit, militesque ſuos equis inſidere iubet. Profecti caſtra poſuerunt iuxta Iordanem circa mare Tiberiados. Franci congregati ſunt in loco qui vocatur Seaphoria. Manſerunt per biduum turmæ in conſpectu mutuo prælium non moventes. Tum Saladinus partem exercitus miſit via clandeſtina noctu contra urbem Tiberiada. Illuceſcente die in urbem proruperunt, gladio & igni in eam ſævientes. Regina in caſtello ſe munivit. Quod quum Caius maritus eius audiret, ſolutæ ſunt iuncturæ eius, tamen iterum ſe Francosque confirmavit. Omnes impetu graviſſimo in Arabes irruerunt. Veſpertino tempore duo exercitus pugnam inchoarunt, & tota nocte ne unus quidem eorum dormivit. Quia Arabes occupaverant oram Iordanis, ſitis Francorum hac nocte gravis fuit, neque locus iis erat ad bibendum. Tum ad pugnam magis exacerbati ſunt. Mane quum Arabes viderent animum Francorum, qui apum inſtar ſe devoverunt, neque terga verterunt, valde timuerunt, & deſperarunt, genibus tremulis. Saladinus animadvertens remiſſionem eorum, in medios eos incurrit, alta voce clamavit, & emiſit verba mixta meli & feli, ſcilicet conſolationes & minas. Tum ſervus quidam Saladini iuvenis, athleta, nomine Mangures, animo ſumto ex acie Arabum (progreſſus eſt) & quum inter duas turmas eſſet, obviam ei venit
P. 401. alius athleta ex Francis, qui eum lancea confoſſit & ex equo deiecit. Deinde (311) prehendit eum in ligaculo femoralium, ad aciem Francorum deduxit & caput eius amputavit. Quod quum viderent Franci, magis invaluerunt, quia putarunt, filium Saladini eſſe, qui ceciderat. Comes autem, cuius animus inſidiarum plenus

plenus

Digitized by Google

plenus erat, timuit, ne victoria Francorum impleretur, & ipſe erubeſceret, ſi quidem Francis conſuluerat, ne prœliarentur. Francis ſe talem præbuit, qui cum ſociis ſuis Arabes ad pugnandum perſequeretur. Quum pugnam urgerent, Arabes viam ei inter acies eorum aperuerunt, quia pactum cum iis iniverat, norantque, eum in homines fidei ſuæ addictos non bene affectum eſſe. Poſtquam tranſierat, ivit verſus urbem ſuam Tripolin. Abitus eius cauſa erat magna cladis Francorum. Nemo enim ſocio ſuo confidebat. Quia non niſi prælio res dirimi poterat, cum Arabibus manus conſerebant, gladiis ſtrictis, ſed prudenter agere neſciebant, quia poſt abitum comitis deſperaverant. Arabes igitur prævaluerunt, & ceperunt Caium dominum Tiberiados, principem Arnat, dominum Carachæ, & peculium fratrum miſerorum (Templariorum) & Hoſpitaliorum, & aliorum. Pauci tantum effugere potuerunt. Ceſſante prælio conſedit Saladinus in tentorio ſuo. Congregatis magnatibus iuſſit adduci Caium maritum reginæ dominum Tiberiados, & principem Arnat. Saladinus honoravit, Caium & penes ſe collocavit. Sedere etiam iuſſit Arnatum, Caius quoniam ſiti defatigatus erat, ſimulac ſedit, aquam rogavit. Iuſſit Saladinus aquam nive mixtam dari. Poſtquam partem biberat, aliam Arnato dedit, ut biberet. Saladinus dixit: non par erat tibi, ut potum ei præberes ſine mandato meo. Caius reſpondit Soltano: captivitas mortis inſtar eſt. Ne Pag. 402. igitur binas mortes eum pati ſinas. Condemnatio cædis inſtar eſt. Ne igitur eum interfici patiaris. Placuerunt verba hæc Soltano, cui propoſitum erat, ut Arnatum vivere ſineret. At magnates inſtigantes ut eum occideret dixerunt: „Vita ille indignus



dignus

Digitized by Google

eſt, quia repetitis vicibus periuravit.,, Quare poſtquam ambo
in tentorium miſerat, quod illis paratum erat, hora elapſa adduci
iuſſit Arnatum ſolum. Stricto gladio eum manu ſua interfecit.
Fuit Arnatus ſenex bellorum gerendorum peritiſſimus, cuius for-
titudo animus infinitus erat, quemque Arabes valde timebant.
Tum Saladinus caſtra poſuit iuxta caſtellum Tiberiados, & allexit
reginam iuramentis, ut deſcenderet, quam cum ſociis & opibus
eius Tripolin miſit. Etiam dona ei præbuit. Templarios vero
& Hoſpitalarios, numero octoginta, qui prehendebantur, ſimili-
ter occidi iuſſit, poſtquam horum multos ab equitibus emerat,
fratrem quemque denariis 500. Dixit enim: ,, Hi maxime om-
nium Francorum Arabiſmum attenuant. Suavis iis eſt cædes ut
fides eorum triumphum agat. Itaque trucidemus eos.,, Illinc
Saladinus profectus eſt Accam. Magnates omnes mari Tyrum
aufugerunt. Pauperibus, qui remanſerunt, vita promiſſa eſt.
Præter Accam expugnata eſt Haipha, Nabloſum, id eſt, Samaria,
Tabnin, Sidon, Cæſarea, Ioppe, Nazareth, & Berytus. Quanta
autem ludibria, quantasque anguſtias pertulerint Chriſtiani, qui
tum temporis in provinciis Arabum vixerint, ſermo definire
nequit. Dominus Gobalæ, quia vinctus erat, tradidit urbem
ſuam & liberatus eſt. Saladinus profectus Aſcalonem invenit
P. 403. eam impletam militibus, & quanquam eam arcta obſidione cinge-
ret, capere tamen non potuit. Tum promiſit domino Tiberia-
dos, qui captivus ſecum erat, ſe tradita Aſcalone eum dimiſſu-
rum eſſe. Tum rex præfectum Aſcalonis advocavit, mandavitque
ei, ut eam traderet. Quo quidem repugnante iuſſit rex Arabum
eum cuſtodiri, atque una cum comitibus eius vinculis conſtringi.

Quum

Quum in vincula coniicerentur, rex incolis urbis mandavit, ut urbem traderent, vitamque conſervarent. Obtemperantes urbem Arabibus tradiderunt. Quum Tyrii parati eſſent ad dedendam urbem, advenit comes quidam nomine Maragin, eamque egregie ſervavit. Hinc Saladinus profectus Hieroſolyma oppugnavit, & contra murum urbis magnas machinas erexit, in latere ſeptentrionali, quia hæc regio ſpatioſa & ad commorationem militum commoda erat. Acriter urbem oppugnavit per triduum. Sed Franci fortes ſe præſtiterunt, quia 60000 equites peditesque ibi erant. Irruerunt in Arabes, multosque eorum occiderunt. Eodem die occiſus eſt Ezaldin Iſa, dominus Kalehgebræ, præter alios illuſtres. Tum Arabes telis pugnarunt in eos qui ſuper muro erant intenti donec Halebenſes murum attingerent, qui ſubito lapides inde amoverunt inſtrumentis ſuis, & rimas fecerunt, lignis ſuſtentatas, ut, igni illuc coniecto et exardente, murus caderet. Franci labore defatigati miſerunt duos prudentes viros ad Saladinum, qui pro vita eorum peterent. Saladinus rogatus dixit: „Non niſi gladio eam aperio, faciamque vobis, quomodo Arabibus, qui ibi erant, feciſtis. Urbe enim capta eos occidiſtis vel in captivitatem abduxiſtis„. Tum unus horum duum virorum Francorum Saladino dixit: Alius ſermo mihi tecum inſtituendus eſt, o Soltane, P. 404. ſi promiſeris, te non iratum fore. Soltanus dixit: „Non iraſcar de eo, quod mihi dicere volueris. Francus ille: „Niſi comperiſſemus prudentiam tuam, & exploratum nobis eſſet, a te legem regum ſolvi non poſſe, qui, ſimulac inimicos vicerint proiectis armis pacem flagitantes, non amplius cum illis contendunt, ad te non egreſſi eſſemus. Nunc autem, quum nobis, qui huc

 ad-

Digitized by Google

advenimus, de tua benignitate deſperandum ſit, ecce illuc aſcendemus & omnibus viris zelo noſtro impletis tua verba annunciabimus. Primo quidem Arabes vinctos, qui penes nos ſunt, occidemus deinde templum magnum veſtrum comburemus, deinde eccleſias & reliqua ædificia, deinde opes, & poſſeſſiones, deinde mulieres, filios & filias noſtras manibus noſtris iugulabimus, neque permittemus, ut veſtro deſiderio in iis ſatisfaciatis. Itaque nemo noſtrum ſemet interficiendum offeret, niſi prius unum aut duo loco ipſius trucidarit.„ Quum hæc Francus dixiſſet, miratus eſt Soltanus verba ipſius, eumque adductum in tentorio quodam collocavit. Coegit deinde magnates, qui conſiliis inter ſe captis omnes ſimul reſponderunt: „Quodcunque Francus ille dixerit, & adhuc maiora Franci perpetrabunt. Bonum igitur eſt, quod in pace exire illis liceat.„ Soltanus igitur advocavit duo illos iisque dixit: „Conſilium veſtrum ſecutus ſum, ſed non poteſt omnis populus, qui intus eſt, gratis exire. Emiræ, qui mecum ſunt, aurum expetunt, quia feſſi ſunt, magnamque in bello iacturam fecerunt.„ Res ita confecta eſt, ut ſinguli viri darent denarios 10, fœminæ 5, filii vel filiæ 2, & egrediendi licentiam haberent cum omni, quod portare poſſent. Conſenſerunt Franci & ſolverunt denarios 30000 pro egenis, qui nihil dare poterant. Divites ſolverunt pro ſemet ipſis & pauperibus aliis. Omnes incolumes exierunt. Pauci tantum egeni, qui neminem haberent,
Pag. 405. qui pro illis ſolveret, in captivitate manſerunt, circiter 5000. Cuſtodes Arabes a multis dona acceperunt, magnam ſcilicet denariorum copiam, eosque exire ſiverunt. Mozpharaldin, filius Zinaldini 1000 Syros & Armenos gratis eduxit, dixitque eos Edeſſenos

ſenos

ſenos eſſe, filios paſcui ſui. Etiam Bar Schihabaldin dominus Biræ, multos alios eduxit, dicens populares ſuos eſſe. Erat Hieroſolymis regina fœmina Græca, veſtita habitu monaſtico & commorata in monaſterio Hieroſolymitano. Saladinum rogavit, ut benevolus in eam eſſet, & nemo eam læderet. Egredi eam iuſſit Saladinus cum ſervis, ancillis, & eunuchis, quibus utebatur, atque omnibus opibus eius. Miſit cum ea equites, qui eam comitarentur usque ad limites Francorum. Etiam alias reginas Francas, quæ Hieroſolymis commorabantur, benevole dimiſit cum opibus earum. Patriarcha ornamenta omnia eccleſiæ reſurrectionis & reliquarum eccleſiarum, ſcilicet candelas aureas, & argenteas, &c. ſecum eduxit. Incolæ urbis ſimiliter, quicquid portare non poterant, alter alteri vendiderunt. Uno verbo, vacua omni alimento tradiderunt Hieroſolyma Arabibus. Scriba quidam, nomine Imad, Saladino dixit: Quare omnis populus divitias educet? quum tu tantum vitam eorum conſervandam promiſeris? Saladinus reſpondit: Verum eſt, ſed Franci non norunt. Si opes eorum cohiberemus, periurii nos accuſarent, & infamiam nobis conciliarent.„ Potitus eſt Saladinus Hieroſolymis die Veneris die 27 menſis ſeptimi Mohammedanorum anni Arabum 583, (312) qui eſt dies 12 Tiſchrini prioris anni Græcorum 1498, diebus 28 poſt coniunctionem ſex planetarum. Ab illo C. 1187.
inde tempore Chriſtiani Hieroſolyma nunquam occuparunt, ſed Saladinus ipſe reliquit quatuor Francos (313) in templo reſurrectioni dicato, ut ſepulcro ſacro (314) inſervirent. P. 406.
Paulo poſt patriarcha Græcorum cepit alimentum huius eccleſiæ. Saladinus rebus Hieroſolymis ordinatis caſtra poſuit iuxta Tyrum, quæ ſita eſt

eſt in mari. Erexit contra eam arces validas, & omnem fortitudinem ſuam in obſidione Tyri oſtendit. Incitavit omnes milites ſuos dicendo:,, Non remanet Francis locus in ora maritima, ubi diſcumbant, præter Tyrum. Quam ſi ceperimus, deſperandum eſt iis de exitu, & liberati ſumus.,, Verbis huiuſcemodi ſtimulos eorum acuit. Quia autem Marquiſus, qui Roma advenerat, foſſis & militibus fortibus eam muniverat, iteratis vicibus Franci egreſſi ſunt, Arabes occiderunt, poſtea reverſi ſunt, potiſſimum navibus mari. Saladinus igitur Alexandria accerſivit naves magnas, easque coram portu Tyri ſtatuit. Tum nocte quadam nautæ naviculis acutis egreſſi ſunt, & magnas Arabum naves fregerunt. Prehenderunt duo navarchas occidentales illuſtres, reliquis in mare ſe proiicientibus & ſubmerſis. Alii navibus fugere cœperunt verſus Berytum, quos Franci aſſecuti ſunt, eorumque multos vinxerunt. Alii in mare proiecti ſunt. Quum Saladinus videret tremorem hunc, & alacritatem eorum, qui etiam exierant & præliati erant, tæduit eum & ſocios ipſius, & incendit arces, quas fecerant, machinas & quicquid navium ſupererat. Migravit Tyro & Accam pervenit. Toti exercitui mandavit, ut in patriam ſuam quisque abiret, et domi quieſceret. Hoc tempore fuit diſſenſio inter Chalipham Naſer & Saladinum, quia Sala-
Pag. 407. dinus tributum abrogavit, a Syria Chaliphæ pendendum. Etiam ex Aegypto, quam ceperat, nihil miſit. Alia cauſa erat, quod Saladinus ebrius dixerat, ſibi propoſitum eſſe, ut proclamationem quæ Bagdadi fuerat, abrogaret, renovaretque Phitomenſem, quæ olim in Aegypto fuerat. Magis autem Naſerem Chalipham doluit, quod Saladinus virum inferioris conditionis, Bagdado oriundum

dum

Digitized by Google

dum, qui in eius famulitio erat, miſerat legatum, qui expugnationem Edeſſæ annunciaret. Eodem anno Turcomanus quidam ex paſtoribus, nomine Roſtumus, coactis Turcomanis equitibus 5000 & peditibus bene multis, Ciliciam invaſit ad eam diripiendam. Tum Lebon præfectus Ciliciæ hæc ſentiens occupavit contra eos anfractus in regione Maraſchæ, & omnes acie gladii interfecit. Iterum collecti ſunt Turcomani in regione Halebenſi pedites 5000 & intrarunt regionem Antiochenam, ut eam diriperent. Adortus eos eſt Princeps Boemondus & ſimiliter omnes peremit. Anno Arabum 584 Saladinus ipſe contra caſtellum Achradæ profectus illud per unum diem oppugnavit. Quum valde munitum illud videret, reliquit & Antaradum contendit. Priusquam omnia tentoria perfecte fixerant, Halebenſes muro potiti ſunt. Defenderunt Franci duas turres, tandem dediderunt. Saladinus deſtruxit murum Antaradi, caſtellum, & eccleſiam celebrem Mariæ Deiparæ, atque omnia eius ædificia. Caſtra poſuit iuxta Markiam eamque hominibus vacuam invenit. Contra Gobalam profectus dediderunt eam Arabes, qui ibi erant. Caſtra poſuit iuxta Laodiceam eamque acriter oppugnavit. Halebenſes rimas P. 408.
fecerunt ſub terra urbis longas ulnis 60, latas 40. Foramen quum Franci viderent, timuerunt & pro vita ſua pacti ſunt. Permiſit illis Saladinus, ut exirent ipſi filii, mulieres atque omnes opes eorum præter iumenta, frumentum & inſtrumenta bellica. Poſtquam Saladinus Laodiceam ceperat, dedit eam patrueli ipſius Takialdino domino Hamathæ. His diebus multi milites Franci navibus appulerunt ex Silicia, Chriſtianis opitulaturi. Dux eorum veniam petiit loquendi cum Saladino, qua data, ille egreſſus ei dixit:

Digitized by Google

dixit: „Ecce imperas omnibus his locis Francorum in ora maritima, & parum iis reliquiſti. Neque in te cadit, ut eos funditus evertas. Quid enim populus magnus in te effundatur, teque adoriatur ex mari? Multum tibi laboris exantlandum erit adverſus eos. Quare vicinia infirmorum horum, qui penes te ſunt, magis tibi convenit, quia muri inſtar ſunt inter te illosque qui intus ſunt.„ Saladinus vero reſpondit: „Nos per legem noſtram iuſſi ſumus omnibus viribus noſtris religioni noſtræ victoriam conciliare. Dominus, quicquid voluerit, facit.„ Reliquit igitur Francus Saladinum & domum ſe retulit. Hinc profectus Saladinus caſtra poſuit iuxta Sionem, quam ſitam ſuper rupe quadam inter duas valles profundas invenit. Quum oppugnaret eam, domini eius ultro eam dediderunt. Dedit eam Naſeraldino Mangures filio Chumartuchini, ſervo Mugahidaldini filii Buzani. Cepit etiam Schugarbechaſum. Hinc profectus Darbegaſum oppugnavit urbem eamque cepit. Contendit inde Bagraſam, ubi non erant milites, qui ſufficiebant. Tradidit urbem princeps templariorum, qui ibi erat. Poſtquam hæc omnia loca ab Arabibus capta erant, maxime timuerunt Antiocheni, quia
P. 409. viæ iis præcluſæ erant & tranſitus interpellatus. Quare princeps humiliavit ſe coram Saladino & pacem rogavit. Pacem cum eo compoſuit in octo menſes. Hoc relicto abiit Halebum, & illinc Damaſcum, ubi paucos dies requievit. Acriter deinde oppugnavit Sapharam, quæ ei tradita eſt. Cepit etiam oppidum Cauchebam, poſtquam illud arcte obſederat. Hoc anno obiit Muphak Aſad medicus Damaſcenus celeberrimus filius Metrani. Hic propter honorem mundanum tranſientem, relicta religione ſua, Mo-

Digitized by Google

Mohammedanus factus eſt. Fuerunt ei opes multæ. Deſponſavit ei Saladinus quandam ancillarum ſuarum. Paulo poſt mortuus eſt nomenque eius interiit. Mortuo Saladino, comparuit uxor illius cum infante, qui dilectus ei fuerat, circumeundo domus potentum petendoque eleemoſynam. Anno 585 Boemundus princeps Antiochiæ egreſſus diripuit regionem Haremi, & pervenit usque ad Schahi atque Arabes una cum Chriſtianis occidit. Arnat dominus Sidonis, qui, poſtquam hæc ei erepta fuit, habitavit in ſpelunca Arnonis, impetrata venia Saladinum adiit & ab eo pactum petiit in tres menſes, ut ſocios ſuos Tyro educeret, tum accepto loco, qui ei ſufficeret in agro Damaſceno, rupem traderet. Saladinus conſenſit blanditiis Arnati hominis ſagacis allectus, qui non deſtitit foſſam fodere & murum ſtruere. Quare quum aliquando Saladinum pro more adiret, prehenſus et Damaſcum miſſus eſt neque abeundi licentiam habuit, donec rupem Arnonis tradidiſſet. Hoc anno, id eſt Græcorum 1500 fuit contentio C. 1189.
inter Soltanum Kelig Arslanum & filium eius natu maiorem, qui Sebaſtiæ commoratus eſt. Occiſi ſunt Turci, qui cum filio Soltani erant, circiter 4000. Tum Emira Behramſcheh gener Soltani pacavit eos. Removit Soltanus Achtiar Aldinum Haſan ama- P. 410.
nuenſem & ianitorem (315) ſuum, quia ſuſurronem agebat inter patrem filiosque. Quum igitur Achtiar Aldinus filios domeſticos & cognatos ſuos congregaſſet, circiter 200 equites, & verſus pratum Caniuchi profectus eſſet, filius Soltani miſit Turcomanos, qui eum filios & ſocios eius occiderunt, & membratim diſſectum lanceis ſuſpenderunt & Sebaſtiæ circumduxerunt die feſto crucis. Hoc anno Malatiæ regnavit Moezaldinus Kizreſchah filius Soltani

Keligarslani. Eodem anno exierunt populi diverſi Francorum adeo multi, ut numerari non poſſent, Tyrum, deinde iuxta Accam caſtra poſuerunt. Quod quum Saladinus audiret, tremefactus & commotus eſt. Accivit igitur omnes copias ſuas, & in vicinia Francorum caſtra metatus eſt. Quum autem videret, Francos invaleſcere, quotidie novum populum advenire, & alimentum mari advehi, ſtupuit & congregavit magnates ſuos, qui conſilio capto ſtatuerunt, rectius eſſe ut bellum moveant, & in Francos irruant, antequam augeantur & roborentur. Prœlio igitur ſe accinxerunt tota nocte in diem Veneris, diem primum menſis ſeptimi. Illuceſcente die iruerunt & prœlium per totum diem usque ad occaſum ſolis traxerunt. Fortiter pugnatum eſt ab utraque parte. Tranſegerunt totam noctem equis vecti. Die Sabbati integro ſimiliter ignis vaſtationis ferbuit. Quum autem Franci in prœlium intenti eſſent, abſciſſa eſt pars ſeptentrionalis Accæ Francis ita, ut tentoriis deſtituerentur. Saladinus igitur occaſione data, Accam intravit, et ſecum adduxit in urbem multos milites pedeſtres nec non copiam frumenti & reliquas res neceſſarias.
P. 411. Eduxit imbecilles, ipſe etiam egreſſus eſt, & præcepit iis, qui intus manſerant, ut non ſolum ſuper muris prœliarentur, ſed etiam erumperent quotidie & in Francos irruerent, ita, ut Franci vincerentur, quando a duabus partibus ab iis ſcilicet, qui intus & qui extra ſunt, tererentur. Franci adeo multi & validi erant, ut ſubiugari non poſſent. Tantum propter obſidionem urbis tardarunt bellum cum hoſtibus qui extra urbem erant. Quod niſi fuiſſet, ſubito urbem cepiſſent. Altero die equites Franci iuncti in tentoria Arabum irruerunt, ſtrage magna edita redierunt. Quum

eos

eos cum peditibus Arabes inſequerentur, illi in colle, qui collis cruciatorum vocabatur, ſe muniverunt. Saladinus videns, Francis collem magno auxilio eſſe, profectus eſt, & in alio colle e regione illius ſito, qui Accam proſpectabat, caſtra poſuit. Etiam ex urbe Arabes pedites quotidie egrediebantur, & cum peditibus Francis dimicabant. Fertur die quodam dixiſſe Francos ad Arabes obſeſſos: „Tædium & ſatietas nos cepit belli cam adultis. Hodie volumus delectari bello puerorum parvulorum.„ Eduxerunt Franci circiter centum iuvenes, quibus Arabes ſimiliter totidem ex urbe oppoſuerunt. Cœperunt certare ictu lapidum. Poſtea pugnarunt fuſtibus & lanceis, quum inter ſe permiſcerentur. Pueri Franci fugarunt pueros Arabum, eosque in urbem propulerunt. Die 24 menſis ſeptimi fuit prælium grave. Exierunt Franci ex tentoriis eorum tanquam locuſtæ. Egreſſus eſt etiam rex, coram quo ferebatur evangelium, opertum tegumento ſerici rubri, portatum a ſacerdotibus ſuper capitibus eorum. Quod Saladinus aſpiciens perturbatus eſt & eiulavit ſuper exercitu ſuo, quem ad pugnam celeriter inſtruxit. Tum irruit cornu lævum Francorum in cornu dextrum Arabum, ubi erat Takialdinus Omar patruelis Saladini. Fortiter pugnavit cum Francis. Quum rex Francorum videret, non moveri Arabes, perturbatus eſt, ſignavit crucem ſuper facie ſua, & in medium ſive cor exercitus Arabici irruit, ubi erant Aphzil & Taphir, filii Saladini, Kotebaldinus filius Nuraldini, filii Keraarſlani, dominus caſtelli Cephæ, Barlaſchin dominus Nabloſi, & alii multi. Manibus conſertis Franci falcium inſtar metebant Arabes, atque Arabes fugere cœperunt. Franci eos inſequebantur gladiis & P. 412.

cornibus, quæ vehementer inflabantur. Strages magna edita eſt inter Arabes. Venerunt Franci ad caſtra Arabum, tentoria diripuerunt, omnes vicanos occiderunt, & Arabes profugi venerunt Damaſcum, & Tiberida. Franci poſtquam circiter paraſangam unam Arabes fugaverant, redierunt, videruntque cornu ſiniſtrum Arabum e loco ſuo nondum motum eſſe. Quia autem illi feſſi erant, hi vero recreati, non conflixerunt cum iis, ſed ad tentoria ſua abierunt. Saladinus, clamore, vociferatione & adhortationibus fugitivos reduxit qui tanquam mortui in tentoria ſe receperunt. Numerati ſunt mortui, qui ceciderunt, 4100. Iuſſu Saladini Arabes Accæ obſeſſi exierunt, illosque in mare proiecerunt. Fuit nonnemo, in cuius manu erat filum quique omnes occiſos, qui proiiciebantur, vinculis ligavit. Francorum cæſi ſunt circiter 2000. Tum magnates Saladino conſilium dederunt, ut hoc loco abirent, & paululum a Francis diſtarent. Cauſam prætenderunt, quod in hoc prato fœtore occiſorum aer corruptus ſit. Poſtquam Arabes illinc migraverant & in alio loco caſtra poſuerant, fecerunt Franci foſſam magnam a colle usque ad mare inter ſe & exercitum Arabum, qui extra Accam erat. Cinxerunt Accam a mari usque ad mare. Arabibus via Accenſis abſciſſa fuit, neque manſerunt, qui aſcendere vel exire poſſent. Pervenit dein-
Pag. 413. de rumor ad Saladinum, regem Alemannorum egreſſum eſſe, & adveniſſe in via Conſtantinopolitana cum exercitu equeſtri & pedeſtri 200000. Palpitavit cor ipſius, miſit legatum Behaaldinum filium Schadadi ad Chalipham, & omnes reges orientales, ut ſubito adiuvarent niſi funditus Arabiſmus interiturus ſit. Ineunte anno Arabum 586 quum Saladinus requieſceret, quia a caſtris Fran-

Francorum remotus erat, Franciſque non alia ſollicitudo remaneret præter obſidionem Accenſem, derepente irruit exercitus Francorum in caſtra Arabum. Quia Saladinus venabatur, frater eius Adelus ſe accinxit, & copiis admotis auxilium præſtitit. Manibus inter ſe conſertis multi Arabes cæſi ſunt. Niſi nox inſecuta eſſet, ſtrages fuiſſet perfecta. Franci deſtiterunt, & ad caſtra ſua iverunt. Appropinquante hieme, erat lutum ingens inter bina caſtra, neque quisquam poterat equo vehi vel ad adverſarium accedere. Intercluſa ſunt Saladino & Accenſibus commercia mutua. Evaſit quidam Arabum obſeſſorum natando per mare, venit ad Saladinum, narratque Francos acriter urbem oppugnare, & turres altas, ut civitatem interiorem inſpiciant, ædificare, atque obſeſſos in magna anguſtia verſari. Saladinus verſus Francos equo vectus eſt, inſpecturus, quomodo ad obſidionem animum appellerent, & vix obſeſſi ſubſtiterent. Invenit autem, foſſas profundas factas eſſe circa Accenſes, neque quenquam ad eos pervenire poſſe. Hæc ægerrime ferens Saladinus rediit, caſtraque poſuit in colle vitulino ſatis remoto a Francis. Cœperunt congregari ad eum omnes reges Arabum, Imadaldinus Zangi, dominus Schigræ, Moezaldinus Sancharſchahah, filius Saiphaldini Gazi filii Mududi, dominus Gazartæ, Ezaaldin Charmeſchah filius Maſudi, dominus Mauſelæ, Motapheraldin filius Zinaldini Eli Cuſchach, dominus Arbelæ Saladinus immiſit Accam artifices, qui ignem P. 414. iniicere callebant. Combuſſerunt tres turres magnas Francorum. Deus opitulatus eſt Francis, quod ignis urbem verſus flaret. Alias multi eorum flamma hac turrium vehementi conſumti eſſent, quia foſſa, quam in tergo fecerant, cohibuiſſet eos, quo minus

 flam-

Digitized by Google

flammam effugiſſent. Turres enim illæ curribus impoſitæ erant. Quando voluerint, propellebant eas lanceis, ut murum attingerent. Superne autem erant milites eorum. Quando autem voluerint, funibus eas ad ſe trahebant. Factum, quod ſpectatores in admirationem & commotionem rapiebat. Rex Alemannorum Conſtantinopolin contendens a Græcis prohibitus eſt. Prælio ſuperati, & in ſervitutem eius redacti, viam conceſſerunt. Tranſiit igitur & venit in provinciam Keligarslani. Congregavit Kotebaldinus Maleeſchah filius Soltani exercitum Turcomanorum. Irruerunt in Alemannos, ſed Turcomani victi ſunt, & aufugerunt. Alemanni igitur penetrarunt in urbem Iconium, ibique multos occiderunt. Hoc anno Papa Michael ſenex græcus & legis peritus Malatienſis, qui profectus erat ad rationem ibi reddendam, interfectus eſt. Keligarslan Soltanus in caſtello Iconii occultabatur. Poſtea dedit dona imperatori Alemannorum, & pace compoſita veniam ei dedit, ut in Ciliciam tranſiret. Venit ad eum Lebon filius Stephani, filii Leboni præfecti Ciliciæ, Tarſum, & obedientiam egregiam præ ſe tulit. Quum imperator Alemannorum ſenex ad fluvium accederet ſe loturus & ingens frigus eſſet iſto dies, ægrotavit ibique mortuus eſt. Filius funus deduxit Antiochiam. Illinc Allemanni contenderunt Tripolin. Quia autem moleſtia viæ defatigati erant, navibus conſcenſis, Accam petierunt.
Pag. 415. Pauci advenerunt, quia multi eorum in Cilicia morbo conſumti ſunt. (316) Tum exiit rex Angliæ & eripuit Cyprum Græcis; progreſſus deinde caſtra poſuit ad Accam, eius adventu Franci valde firmati ſunt. Intus vero erant 20 Emiræ Arabici, qui hæc Saladino nunciarunt: „dudum humiliati & debilitati ſumus bello

aſſi-

Digitized by Google

aſſiduo. Quin morbus nos vexat.„ Iuſſit Saladinus eos egredi a latere maritimo, quibus alios ſubſtituit. Hi quum parum exercitati eſſent in muro defendendo, magis urgebant Franci, & 7 machinas erexerunt ſuper una turri. Miſit vero Rex Angliæ legatum ad Saladinum, qui dicebat: Nihil damni erit, ſi ego & tu alicubi convenerimus, deque re conſtituerimus, quæ lucro erit utrique parti. Saladinus vero reſpondit: par eſt ut antea negotium circa pacem conficiamus, tum conventus erit; quia poſt familiaritatem & convivium bellum parum convenit. Hiſce diebus laboravit Anglus morbo gravi; Francique tardaverunt bellum propter morbum eius. Quum convaleſceret: miſit legatum ad Saladinum, dixitque: „ne vitio vertas, quod commercium tecum interrupi, ſiquidem morbus mihi impedimento fuit. Nunc convalui, miſique ad te, ut, ſi permittas, dona tibi mittam: quia non cadit in reges, ut detrectent dona mutua, legationes, & amoris ſignificationes, licet bellum inter eos exarſerit. Ita enim docuerunt nos leges patrum noſtrorum, regum priorum. Saladinus reſpondit: Bene, ſi accipietis a nobis dona commutanda: accipiemus a vobis dona. Dixit legatus: accipitres, aquilas, & alias aves edoctas poſſidemus, ſed infirmæ ſunt; rogamus ut detis nobis gallinas, & pullos columbarum, quibus eas cibemus ad recuperandum robur; tum ad vos deportabimus. Malec Adelus frater Saladini iocabundus dixit legato: rex Angliæ, ſiquidem ex morbo convaluit, columbis indiget & accipitres offerendo excuſationem quærit. Saladinus vero induit legatum veſtibus ſplendidis, & cum eo miſit multas gallinas, pullos columbarum & columbas. Poſtea adhuc 3 legati venerunt a Francis ad Saladinum, petierunt P. 416.

rentque poma & nivem, quibus acceptis abierunt. Fertur, non
ſcopum regis Angliæ, legatos repetitis vicibus mittentis, fuiſſe,
ut has querelas inanes proferret; ſed ſolum, ut accurate cogno-
ſceret potentiam Saladini regumque, qui penes eum erant. Bello
obſeſſos premente, miſerunt ad Saladinum dixeruntque: niſi auxi-
lium nos attigeret: ecce trademus urbem. Quia Saladinus, præ-
terquam quod animum advertebat ad Francos in bello, quod cum
eo gerebant, nihil aliud poterat facere; duabus partibus diviſi
ſunt Franci, quarum altera cum iis, qui foris erant, pugnabat,
altera cum iis, qui intus. Hi vero quum viderent, ſeſe tandem
ad incitas redactos: pro vita ſua ſupplicarunt. Franci dixerunt:
non concedemus, niſi prius nobis dederit Saladinus omnes capti-
vos Francos, qui penes eum ſunt; reddideritque nobis omnes
urbes, quas nobis eripuit.,, Quod quum nunciarent Saladino,
reſpondit: ,,3000 tantum captivos dabo pro Arabibus, qui ſunt
Accæ. Si vero mihi conceſſerint Accam, dabo ego ipſis urbem
pro urbe: alias capiant gladio, ſi poſſint, uti ego ceteras urbes
occupavi.,, Quod quum audirent Franci: non amplius ſeſe co-
hibuerunt, ſed ſcalis muros aſcenderunt, atque in urbem deſcen-
derunt: multoque fuſo ſanguine coegerunt eos, qui ſupererant, in
angulum quendam et dixerant hi Arabes Francis: ,,ne occidatis
nos, donec certiorem fecerimus Saladinum, ut auro captivisque
Francis nos redimat, quotquot rogaveritis.,, Conſenſerunt Fran-
ci: ,,ſi abhinc intra 14 dies ſcilicet ad novilunium, dederit no-
P. 417. bis Saladinus denarios aureos 200000 & 100 captivos eorum, quo-
rum nomina exſcribemus, Comites, Conti aliosque; & 1500
captivos, quorum nomina nobis ignota ſunt: liberos vos dimitte-
mus

mus.„ Quum Arabes Accenſes per nuncios hanc rem Saladino indicaſſent: collecti ſunt magnates eius eosque conſultavit, qui uno ore dixerunt: „iſti Arabes fratres noſtri ſunt. Quomodo eos negligemus?„ Promiſit igitur Saladinus ſe daturum eſſe. Atque confeſtim miſit ad loca, coegitque captivos Francos. Quod ad aurum attinet, promiſit, ſe denis diebus tertiam partem daturum eſſe. Elapſis 10 diebus Francis nunciavit: „Dimittite igitur omnes Arabes, qui penes vos ſunt: dabiturque vobis tertia pars auri obſidesque pro duabus tertiis aliis: vel date nobis obſides pro tertia parte auri, quam accepiſtis.„ Franci vero dixerunt, „verbum noſtrum ſolum vobis ſufficiat, & fides noſtra, quam damus loco obſidum.„ Obduruit cor Saladini; neque iis conſenſit. Tum Franci irati fuerunt, ligaruntque funibus omnes Arabes & eos eduxerunt extra urbem in collem; ſtruxerunt circa eos ligna multa, funes antiquos & ſtrata aſinina, quæ vocantur Betati, tanquam murum. Strictis dein gladiis irruerunt & trucidarunt omnes, ſtatione Arabum adſtante & vidente. Numerus vero Arabum, qui occiſi ſunt ſuper muris Accæ tum intus tum foris in colle, aſſurgit ad 180000 homines. Hæc contigerunt menſe ſeptimo Arabum anni Arabum 587, id eſt, anni Græcorum 1502 menſe Ab. Memoriam exitii huius paululum explanavimus, quia C. 1191. perquam illuſtris & inter Arabes, qui volumina ſcripſerunt de iniuria, quam hoc tempore Arabes a Francis perpeſſi ſunt. Expugnata Acca, Franci ibi liquerunt exercitum, qui ſufficeret ad cuſtodiendam eam, & architectos, qui reficerent muros eius. Illi autem progreſſi ſunt Arſophum verſus, Saladinusque ſimiliter cum iis progreſſus eſt. Pugnarunt, quotiescunque obviam facti ſunt.

P. 418. ſunt. Die quodam, quando irruebant Arabes in impedimenta Francorum, exarſit rex Argliæ & prorupit ingenti vi in Arabes, qui diſperſi fuerunt, quorumque multi fugerunt. Penes Saladinum tantum remanſerunt 17 viri ex electis Arabum, tibicines & ſigniferi. Niſi Franci timuiſſent, ne inſidiæ eſſent, quæ eos impedirent: hoc die cepiſſent ipſum Saladinum & cecidiſſet dignitas Arabum. His diebus miſit Saladinus architectos & equites, ut arcem Bagraſi alimentis privarent, eamque vaſtarent. Eo progreſſi eamque paululum vaſtantes audiverunt, Leonum præfectum Ciliciæ paratum eſſe, ut eos adoriretur. Reliquerunt igitur fugeruntque. Quum vero audirent Antiocheni de fuga eorum: venerunt Bagraſum, ibique invenerunt 12000 menſuras tritici, quæ Antiochiam deportatæ magnæ erant conſolationi; quippe tum temporis ingens ibi erat fames. Paucis poſt diebus aggreſſus Leonus prævaluit contra Francos, iisque eripuit Bagraſum. Miſit deinde Saladinus (copias) & diruit Aſcalonem, eamque incolis orbavit, quia iam pridem Franci ædificaverant Ioppam, ibique confederant, quippe interiacet Hieroſolyma & Aſcalonem. Quare dixerunt Arabes: „non poſſumus ſervare eam (Aſcalonem.) „ Saladinus profectus eſt Hieroſolyma, eaque exploravit & munivit hominibus rebusque neceſſariis. Hiſce diebus adiit eum Moez Aldinus, dominus Malatiæ. Qui quum patrem ſuum Soltanum Keligarslanum & fratres accuſaſſet, quod Malatiam ei auferre vellent, excepit eum honorifice Saladinus, atque, locata ei filia Malec Adeli fratris ſui uxore, Malatiam dimiſit. Quo eum ita firmavit, ut non amplius ſibi metueret a fratribus vel patre. Rex Angliæ miſit legatum ad Saladinum eique dixit: „ecce pereunt bello homines

nes noſtrarum veſtrarumque partium, quouſque ſic (fiet) quod ecce rigantur ſanguine gladii noſtri et veſtri? Redde igitur loca, quæ nobis eripuiſti; præſertim vero Hieroſolyma, domum adorationis noſtræ, cuius cauſa egreſſi ſumus; ut deſiſtamus, in patriam noſtram revertamur, nec amplius te turbemus. Saladinus vero reſpondit: „hæc loca non veſtra antiquitus fuerunt, ſed Græcorum: quæ Arabes initio exitus eorum Græcis abſtulerunt. Quum Arabes paulo infirmiores eſſent: vos adveniſtis eaque iis abſtuliſtis. Nos nunc noſtra loca repetiimus vobisque eripuimus. Quod vero de Hieroſolymis dicitis: „domus adorationis noſtræ eſt„ etiam domus adorationis noſtræ eſt: & magis eam, quam vos, magni facimus honoramusque, prout Deus præcepit nobis in Korano ſuo.„ Denuo legatum miſit rex Angliæ ad Saladinum dixitque: „ cupio ego, ut deſponſetur frater tuus Malec Adelus ſorori meæ, quæ ecce mecum advenit ad adorandum Hieroſolymis. Quare ſi conceſſeris urbes maritimas fratri tuo, ut arcibus & urbibus ſolum imperet; pagi vero omnes Templariis & Hoſpitalariis relinquantur: hæc fiet affinitas. Etiam ego dabo ſorori meæ omnes urbes maritimas, quæ in manibus Francorum ſunt: ſororque mea Hieroſolymis commorabitur.„ Saladinus, vero neque hoc concedebat: at Adelus frater eius incenſus libidine miſit magnates & ſeniores ad fratrem ſuum Saladinum, ut concederet. Et quum valde difficilem ſe præberet Saladinus dixerunt ei aſtuti: „ novimus, hoc non factum iri, neque ipſa femina filia regis magni conſentiet, ut nubat Arabi: quod quidem frater eius probe novit. Fortaſſe irriſionis modo, ſiquidem ſolet feſtivus eſſe, in aſtutia ſua hæc propoſuit. Quare ne dolore afficias fratrem tuum.„ Pag. 402.

Itaque permotus Saladinus miſit legatum qui conſenſum regi ſignificaret. Hic detento legato per triduum, tertio die ei dixit: „ecce hos 3 dies noctu dieque permovere ſtudui ſororem meam ſed non eſt permota, dicitque: „ ſi Chriſtianus verus factus fuerit, hoc fiet; alias, non.„ Ita pudefactus rediit legatus Saladini. Hiſce diebus mortuus eſt Taki Aldin Omar filius fratris Saladini in via Chalatæ, quando eam oppugnare volebat. Sed re-
P. 420. duxerunt ſepelieruntque eum Maipherkatæ. Hic magno odio habuit Chriſtianos, & abſque miſericordia effudit ſanguinem Armenorum aratorum (317) in agro Gabalgur. Fuit vero cum eo filius eius Malec Manſur. Hic ſe munivit Maipherkatæ, & Saladino nunciavit: ſe, niſi conceſſurus eſſet loca patris ſui Taki Aldini, cum Bactamara, domino Chalatæ coniunctum iri. Quare neglexit eum tunc Saladinus; ſed paulo poſt dedit loca patris eius Adelo, ipſi vero Malec Manſuro dedit Edeſſam, Haranem & Samoſatam. Quum moverent ambæ copiæ Francorum & Arabum Aſcalonem verſus, ſtativa habentes quodam die; Arabes inſidias ſtruxerunt Francis, qui egreſſi fuerant caſtris ad colligenda ligna. Franci quum viderent inſidias ſeſe oſtentantes, inſederunt quisque equo ſuo, irruerunt in inſidias Arabum, occideruntque tres magnates ex ſervis Saladini. Francorum capti ſunt duo tantum equites ex vulgo. Miſit dein Anglus legatum ad Adelum, eumque obiurgavit propter inſidias, & ei dixit: „cupio te videre & tecum colloqui.„ Fixerunt Franci tentorium magnum extra caſtra ſua. Adiit igitur Adelus regem Angliæ, ibique conſedit integrum diem; & ad veſperam ſeparabantur. Dixit rex Adelo: „ cupio etiam cum Soltano, fratre duo, ita ſedere in hoc tentorio,

rio, eum videre & cum eo colloqui. Quod quum Adelus Saladino nunciaſſet: noluit propter duas cauſſas; primum, quod timebat, deinde, quod non decebat ſe eum adire. Reſpondit itaque; „non decet, reges convenire niſi pace compoſita. Sed ecce hæc nondum compoſita eſt. Si eam facere vult: ego non ſatis intelligo ſermonem ipſius, neque ille meum. Neceſſe igitur eſt, ut interpres ſit inter nos. Quare interpretem conſtituat legatum: neque opus erit conventu. „Hieme rex Angliæ ivit Accam, & Saladinus ivit Hieroſolyma, miſitque 24000 denarios aureos, quibus redemit captivos Arabes ex manibus Francorum. Ineunte P. 421. anno Arabum 588 Franci profecti ſunt Aſcalonem, ceperuntque reſtituere eius ædificia. Marchio vero præfectus Tyri, quia diſſidium ortum inter eum regemque Angliæ (fuit autem cauſa hæc. Non par erat illum Tyri imperare, voluit igitur rex Tyrum ei eripere) promiſit Saladino, ſe cum Arabibus fore, & occupaturum eſſe Daram cum popularibus ſuis. Quum hac de re legatus eius penes Saladinum eſſet, irruebant in Marchionem equitantem duo homines Iſmaelitæ habitu monachorum. Quorum alter quum eum cultro percuſſiſſet: ſocius fugiebat in eccleſiam, quæ erat in vicinia. Marchio vero vulneratus pariter apportabatur in hanc eccleſiam. Et quum monachus Iſmaelita ſocius eius, qui percuſſerat, videret Marchionem adhuc loquentem: etiam ille irruebat in eum in media eccleſia, ictumque iteravit & ſtatim mortuus eſt. Hi duo Iſmaelitæ a Francis capti & tormentis cruciati dixerunt, regem Angliæ eos miſiſſe. Et propter inimicitiam, quæ inter eos intercedebat, Franci crediderunt verbis horum ſicariorum. Poſtea autem manifeſtum fuit, Sinanum, ducem Iſmaelitarum



Digitized by Google

rum, eos miſiſſe. Rex vero Angliæ dedit Tyrum Comiti Henrico; atque hic duxit uxorem Marchionis & cum ea coiit, quum gravida eſſet (ex Marchione.) Factum legi repugnans. Corroborati deinde Franci ſunt, proceſſerunt caſtraque poſuerunt ad Daram, quam Arabibus vi eripuerunt, interfecto ibi, quicunque aderat. Hoc tempore Franci ceperunt catervam magnam Arabum, quæ ex Ægypto veniebat, adducebatque aurum Saladino. Qui quum audiret Francos parare magnum exercitum, ut Hieroſolyma adorirentur: coegit copias ſuas, ſeque ad bellum accinxit. Munitis muris Hieroſolymorum, diripuit omnes aquæductus extra Hieroſolyma. Quum vero parati eſſent Franci, ut Hieroſolyma adorirentur: diſſuaſit illis rex Angliæ. Dixit enim: „ager Hieroſoly-
Pag. 422. mitanus aridus eſt; & ecce Arabes corruperunt omnem aquam, quæ circa urbem erat. Fluvius vero plus paraſanga diſtat. Nolite arbitrari Hieroſolyma Accæ comparanda eſſe. Credite, niſi iuxta mare ſita eſſet Acca, ne duos quidem dies ibi poſſemus commorari„. Omnes obedientes eius conſilio contenderunt Gazam. Saladinus vero licet lætaretur, eos aſpectum ſuum Hieroſolymis avertiſſe: tamen de Ægypto timebat. Tum miſit rex legatum ad Saladinum: „noli credere, me præ timore vel imbecillitate receſſiſſe. Aries enim non retrogreditur, niſi ut caput feriat. Quare ſi pacem facere volueris conditione, quam a te exigimus, ecce indicabo tibi.„ Poſt multas legationes pax compoſita eſt. Loca, quæ Francorum erant, Francis remanſerunt, ſcilicet, Ioppa eiusque ager, Cæſarea, Arſoph, Haifa & Acca; ſed Antiochia, Tripolis & reliqua loca Arabibus; & Aſcalon fuit deſolata. Saladinus dedit Francis tantum auri, quantum erogaverant in reſtitu-

ſtitutionem Aſcalonis. Via igitur patefacta, advenerunt multi Franci, & adorarunt Hieroſolymis. Omnes honoravit Saladinus, iisque dona & vecturas præbuit. Fertur, Regem Angliæ ad Saladinum miſiſſe, eique dixiſſe: „quicunque Francorum non habet teſſeram meam, huic ne permittas, ut Hieroſolyma adeat.„ Saladinus congregatis ſapientibus ſuis interrogavit eos: „quidnam cauſæ hac in re regi ſit. Illi poſtquam deliberaverant, reſponderunt ei: „primaria cauſa exitus Francorum nulla alia eſt, niſi adoratio Hieroſolymis. Quæ quum illis contigerit: reverſi in patriam ſuam non amplius promti ſunt ad exeundum. Quapropter prohibet eos rex (nunc) ut alio tempore, quando exire vult, promte & ſedulo cum eo egrediantur.„ Quod quum cognoviſſet Saladinus, nunciavit regi: „hi homines alienigenæ ſunt: & pace compoſita, non licet mihi dolore eos afficere. Si tu prohibes eos: licet tibi.„ Franci vero, Acca capta, prehenderunt duos magnates Arabes; Bar Maſchtub & alium, Karakuſch Eunuchum. Hic fuit natione Romanus, eumque miſerat Saladinus in Africam, ubi multas urbes cepit. Rediit deinde in Ægyptum, P. 423. ibique ſtruxit murum, qui ad hodiernum usque diem nomine eius appellatur. Iſte fuit dux exercitus Arabum, qui Accæ erant. Et quum Franci paciſcerentur pretium eius 8000 denarios: quæſivit Bar Maſchtub, quot ipſe redimendus eſſet. Dixerunt Franci: denariis 30000. Et dixit Karakuſch: tot etiam ego; non enim dabit Bar Maſchtub 30000 & ego 8000. Riſerunt Franci atque etiam ab eo ſumſerunt denarios 30000. Sunt eius dicta alia huius ſimilia; & poeta quidam librum integrum confecit de Karakuſch, quem poſt eius mortem edidit. Pace compoſita, profectus eſt Sala-

Digitized by Google

Saladinus Berytum; eumque adiit Boemundus Princeps Antiochiæ,
quem Saladinus magnis honoribus proſecutus eſt; induit etiam
eum & 14 magnates, qui cum eo erant, veſtibus regiis. Immo
dedit ei partem proventus agri Antiocheni, quem Arabes cepe-
rant. Miratus eſt Saladinus Principem, quod ſine pavore, & fi-
denter ad ſe acceſſerat eumque idcirco magis honoravit, & inco-
lumem dimiſit. Hinc abiit Saladinus Damaſcum. Rex vero An-
gliæ conſtituit Accæ Comitem Henricum filium ſororis ſuæ. Ipſe
mare traiecit, ut in patriam rediret. Fertur, eum obiiſſe,
antequam adveniret. Hoc anno, id eſt, anno Græcorum 1503,
C. 1192. exeunte menſe Ab mortuus eſt Keligarslan Iconii. Fuit vir
alacris, tremendus & prudens, qui Græcis loca nonnulla eri-
puit. Seneſcens regiones inter filios ſuos diviſit. Tanquam imbe-
cillis inter eos vixit. Quum ſatietas eum unius filii, ad quem ive-
rat, cepiſſet, ad alium aufugit. Profectus ad Giathaldinum Cicſe-
rub dominum urbis Beruglu honorifice exceptus, ſublevatus et
pacatus eſt. Filius coacto exercitu patrem ſuum ſenem ſecum
ducens oppugnavit Iconium urbemque Kotebaldino fratri ſuo eri-
puit. Quum poſtea Axaram oppugnaret, ægrotavit ibi Soltanus
P. 424. Keligarslan, qui a filio ſuo Cicſerubo Iconium deportatus ibi obiit
& ſepultus eſt. Regnavit igitur Giathaldinus Cicſerubus Iconii,
donec Rocenaldinus frater eius urbe potiretur, uti indicabimus
Deo adiuvante. Regnaverat autem hic Keligarslan filius Solimani,
filii Kathlamiſchi, filii Nebgu filii Selgukiſii, filii Tokabi, annos
38, & reliquit 12 filios reges. Hoc etiam tempore Saladinus
febri acuta laboravit & Damaſci mortuus eſt nocte feriæ quartæ,
die 27 menſis ſecundi anni Arabum 589, reliquit 17 filios &
unam

Digitized by Google

unam filiam parvam. In theſauro ipſius poſt mortem eius unus tantum denarius inventus eſt, & zuzæ 36, quia valde liberalis erat, itaque proſpere egit. Fertur eum Damaſci imperantem, omnes denarios & zuzas, quia in theſauro magna copia inveniebatur, coram eo congeſta, profudiſſe, & dixiſſe viro nomine Bar Mukaddem: „diſtribue eam inter magnates, equites, eorumque ſervos pugillatim.„ Quum inciperet, paululum inde ſumere, obiurgavit eum Saladinus dicendo: „imple pugillum tuum. Illo ridente, rogavit Saladinus, unde riſus ei oboriretur. Reſpondit: „Memini, Nuraldinum ibi aliquando ſediſſe, ubi tu ſedes. Adductum eſt vas plenum uvis paſſis ſpeciei grandioris iuſſusque ſum pugillo eas inter magnates diſtribuere. Quum cœpiſſem pugillum meum implere, dixit mihi ſubmiſſe: ſi ita diſtribuere perges, non pervenies ad omnes.„ Riſit igitur Saladinus, dixitque: „avaritia mercatoribus convenit, non regibus. Tu igitur non una manu ſed ambabus diſtribue. „Dixit quidam adſtantium denarios 158 pugillo contentos fuiſſe, qui ei datus eſt. Fertur, quum Saladinus, ad Accam caſtris poſitis, quodam die una cum iudice caſtrorum equitaret, Iudæum quendam clamaſſe, & dixiſſe: fruſtra (318) ad legem Arabum provoco. Interrogatus a ſervis, quis eius adverſarius ſit & quis eum defraudaverit, reſpondit: Soltanus adverſarius meus eſt, & ſervi eius me defraudarunt. Quod P. 425. quum Saladinus audiret, non iraſcebatur, ſed confeſtim equo deſcendit tum ipſe tum iudex. Iudæum Saladinus accivit & iuxta ſe poſuit, qui hæc narrabat: „Sum Iudæus, mercator Damaſcenus. Mari adveni Alexandria, & mecum advexi 20 onera ſiceræ. Quum autem ad portum Accenſem appellerem, ſpoliarunt me ſervi tui, dixeruntque mihi,



Digitized by Google

me mentiri, opesque meas Soltano convenire.,, Iuſſit Saladinus advenire, qui ſiceram ceperant. Quum confiterentur ſe ad theſaurum eum deportaſſe, iuſſi ſunt theſaurarii, Iudæo pretium ſiceræ ſolvere. Alio die, quum cum magnatibus confabularetur, cœperunt ſervi inferiores inter ſe ludere. Quum horum quidam calceum adverſus ſocium proiiceret, calceus iuxta genu Saladini decidit. Hic, averſa facie in alterum latus, cœpit cum eo loqui, qui in vicinia ſedebat, ſimulabatque ſe factum non vidiſſe. Alio die, quum ſitibundus aquam expeteret, ſervi, alter alteri, dicebant, equam afferendam eſſe. Afferre tamen obliti ſunt. Tandem, poſtquam quinquies eam popoſcerat, afferebatur. Bibit ille, nihil tamen ſubiraſcens. Alio die, recuperata valetudine, balneum, ingreſſus popoſcit aquam frigidam. Quum afferretur, paulum aquæ in corpus ſuum ſtillavit, ſed, quia debilis erat, bibere eam verebatur. Commoratus ibi adhuc horam, augeſcente ſiti, coactus eſt, aquam poſcere. Quum miniſter eam afferret, præ timore eius debilitatæ ſunt manus eius. Cecidit phiala, omnisque aqua frigida in corpus Saladini effuſum eſt, ita ut multum aquæ ibi congregaretur. Servo tamen hic exceptis verbis: ,, ſi propoſitum tibi eſt, ut me occidas, indica mihi,, nihil aliud dixit. Saladinum mortuum eſſe audivit Batamarus præfectus Chalatæ, & valde lætatus eſt. Cœpit copias cogere, & Maipherkatam obſidere. Tum vir quidam, nomine Hazar Dinari, qui ex ſervis Schehirmani erat, contra eum ſurrexit, eum occidit, atque eius loco regnavit. Quia autem gener Bactamari erat, non interfecit filium eius
P. 426. minorem nomine Mohammedem ſed eum tanquam puerum ſuum edu-

educavit. Hoc anno etiam mortuus eſt Sinanus, dux Iſmaelitarum Misrathæ. Succeſſit ei Perſa quidam nomine Naſar. Tremendus vero hic Sinanus erat omnibus regibus Arabum & Francorum. Paraverat cultellos, ſuper quorum quolibet erat nomen regis cuiusdam. Hunc vero cultrum quum daret homini ſuarum partium, vel per medium mare tranſiiſſet, ut voluntati eius ſatis faceret. Egregie verſatus erat in ſapientia exterorum, & migrationem animarum inprimis ſententiam Platonicam aſſeclas ſuos docuit. Quapropter mortem contemnebant, ſcilicet e mundo non egreſſuri, licet occiſi eſſent. Interdum ſe ſubducebat, rumorque ferebatur, eum obiiſſe. At iterum ſe manifeſtavit. Quapropter neque tum, quum mortuus eſſet, crediderunt aſſeclæ eius, eum obiiſſe. Eodem anno id eſt anno Græcorum 1504 Lebonus tyrannus Ciliciæ, inſidiis ſtructis, cepit principem Boemundum, dominum Antiochiæ. C. 1193. Quum enim Bagraſo potitus eſſet Lebonus uti ſupra narravimus (ab Arabibus enim relictam ceperat,) inſtituit præfectum Bagraſi Armenum, ut conſpiraret cum principe, ſimulans, ſe a Lebono domino ſuo defecturum, principi caſtellum dediturum & poſtea Antiochiæ habitaturum eſſe. Quum igitur præfectus principi polliceretur, ſe ei Bagraſum dediturum eſſe, princeps credidit. Egreſſus igitur eſt tanquam venaturus, una cum filio & uxore. Quum ad fontem iuxta Bagraſum veniſſent, miſit eis præfectus cibum & vinum dixitque: „Interdiu fieri non poteſt, ut caſtellum aſcendatis. At quum ad veſperam adveneritis, invenietis portas apertas, & clam intrabitis. Adducite (319) etiam vobiſcum equites quosdam, ne cuſtodes ſentiant & conſpiratio divulgetur. Verum equites in vicinia



Digitized by Google

cinia inſidientur. „ Quum crederet princeps, a fonte proceſſit
& ſimulabat ſe Antiochiam proficiſci velle. Quum autem adveſpe-
raſceret, rediit ipſe, uxor, filius eius, puerique parvi, qui mini-
ſtri erant. Appropinquantes ad portam invenerunt eam apertam,
P. 427. & lætabundi ingreſſi ſunt. Dixit iis præfectus: Dormite nunc &
quieſcite usque ad mane, quando rem conficiemus, & equitibus
ad nos ſenſim adductis, excubitores prehendemus. Quum illi
dormirent, præfectus Lebono nunciavit, qui in inſidiis latuit. Ad-
venit cum multis Armenis Bagraſum, principem cepit, & vin-
culis ligavit, atque pariter uxorem & filium eius catenis conſtrin-
xit. Cruciatus eſt tormentis gravibus ob tormenta, quæ prin-
ceps Rufino fratri Lebono inflixerat. Remanſit princeps vin-
ctus penes Lebonum, donec Henricus filius ſororis regis
Angliæ adveniſſet, atque promiſſis & fœderibus eum liberaret.
Validus factus eſt Lebonus poſt mortem Soltani Keligarslani.
Eripuit caſtella 72 partim Turcis, partim Græcis & ex omnibus
præliis victor evaſit. Izaldinus Maſud, dominus Mauſelæ, quum
audiret Saladinum mortuum eſſe, cupiebat ſibi vindicare re-
gnum Syriæ. Miſit igitur ad Imadaldinum fratrem ipſius, domi-
num Schigræ, & Niſibis, ad Sangarſcham, filium fratris ſui,
dominum urbis Gazartæ, ad Muzpharaldinum filium Zinaldini do-
minum Arbelæ, eosque invitavit, ut ſimul adorti urbes eripe-
rent familiæ Saladini. Malec Aphzil vero filius Saladini natu ma-
ior, qui Damaſci patri ſuo in regnum ſucceſſerat, miſit ad avun-
culum ſuum Adelum, qui tunc erat Damaſci, & vi eum accerſi-
vit, ut copiis præeſſet, & in familiam Atabagi irrueret, miſit
etiam ad Malec Eziz fratrem ſuum, qui in Ægypto regna-
bat,

Digitized by Google

bat, ad Malec Tahirum, alium fratrem ſuum, qui Halebi regnabat, & ad Nazeraldinum filium Takialdini filii avunculi ſui, qui Hamathæ regnabat, & ad Malec Mugahidum filium Naziraldini, qui filius erat avunculi patris ſui, qui Emeſſæ regnabat, & copias omnes collectas cum avunculo ſuo Adelo movere iuſſit. Caſtra igitur poſuit Adelus in prato Rihani in agro Edeſſeno. Quo audito Ezaldinus, dominus Mauſelæ, collegit aſſeclas ſuos & Niſibin pervenit, ubi dyſenteria laboravit. Reverſus Mauſelam paulo P. 428.
poſt obiit. Fuit egregiæ indolis, miſericors, & temperantiſſimus. Nemo eum loquentem vidit, niſi oculis in id, quod coram erat, proſpicientem. Neque quisquam ab eo repulſam tulit. In eius locum ſucceſſit filius eius Nuraldin Arslan Schah, cui Mugahidaldinus a conſiliis erat. Anno Arabum 590 exiit Alialdin Tachiſch Chowarezmſchah in regionem Choraſanæ. Irruit in eum Soltanus Togril iuxta civitatem Rheam. Interfectus eſt Togril & caput eius Bagdadum miſſum, quod faſtigio cannæ ſuſpenſum affixum fuit portæ palatii Chaliphæ. Regnavit Chowarezmſchah Hemdani & in reliquis locis. Vicarium ſibi conſtituit Kutlugainanag filium Peluani, qui dudum Hemdani præfectus erat. Hic Chowarezmſchaham accerſivit, quia Soltan Togril ex captivitate evaſerat, & contra eum invaleſcens loca ei eripuerat. Hoc Togrilo finitum eſt regnum Seljukidarum Choraſanæ, remanſitque noſtrum in familia Romanorum. Fuit hic Togril filius Arslani filii Togrili, filii Mahmudi filii Malecſchah, filii Alebarslani filii Davidis, qui Schagribag appellatur, filii Michaelis filii Seljuki, filii Dukaki. Hoc anno venit Malec Eziz dominus Ægypti Damaſcum, ut eam Malec Aphzilo fratri ſuo maiori eriperet. Profectus etiam illuc eſt

Digitized by Google

eſt Malec Adelus patruus eorum, pacemque ita inter eos reſtituit, ut Hieroſolyma Ezizo remanerent, Gabana vero & Laodicea Malec Tahiro domino Halebi, & Adelo oppida nonnulla in Ægypto. Pacati in ſuam quisque patriam redierunt. Anno Arabum 591 miſit Chalipha Nazar exercitum cum Saiphaldino Togril uno magnatum ſuorum Iſpahanum, quam quidem urbem incolæ ei dediderunt, qui tyrannos Chowarezmios, qui iis imperabant, odio habebant. Hoc anno Malec Eziz dominus Ægypti iterum bello
P. 429. ſe accinxit, ut eam (Damaſcum) Malec Aphzilo fratri ſuo eriperet. Quod quum audiret Aphzil, frater eius, ipſe profectus eſt Kalehgebram ad Adelum avunculum ſuum, & ad Tahirum fratrem ſuum, eosque in auxilium ipſius excitavit. Venerunt cum eo Damaſcum. Advenit etiam Malec Eziz & in vicinia Damaſci caſtra poſuit. Tum inſidiati ſunt ſervi ſeniores Saladini contra Malec Ezizum & per nuncios Adelum atque Aphzilum certiores fecerunt, ſe, ſi iſti advenerint, eum in manus eorum tradituros eſſe. Quum Eziz inſidias ſentiret, confeſtim & velociter in Ægyptum reverſus eſt. Tum Adelus & Aphzilus eum inſecuti in Ægyptum intrarunt. Caſtra poſuerant iuxta Bulbiſam. Quum etiam Ægyptum expugnare poſſent, tæduit Adelum Aphzili. Pace compoſita Aphzilus Damaſcum rediit. Hieroſolyma etiam eius fuerunt. Adelus contendit in Ægyptum, & regnum Malec Ezizi adminiſtravit. Anno Arabum 592 Malec Adelus exiit cum Malec Ezizo ex Ægypto. Oppugnarunt Damaſcum, ut eam Malec Aphzilo eriperent. Aphzilus vero ad obſidionem paratus portas & turres inter magnates ſuos diviſit. Tum nonnemo, nomine Iſaldinus Emeſſenus, cui porta, quæ vocatur orientalis, concredita erat, inſi-

inſidias paravit Aphzilo, & Adelum Damaſcum intrare ſivit, qui in ædibus Aſadaldini Schiricuhe avunculi ſui ſedem fixit. Intravit etiam Malec Ezizus. Eripuerunt urbem Malec Aphzilo, eique dediderunt caſtellum Sarchadæ, quo etiam abiit. Malec Eziz profectus eſt in Ægyptum. Adelus manſit Damaſci tanquam a Malec Ezizo ſubſtitutus. Imperium univerſum huius erat, illi autem nomen tantum relinquebatur. Malec Tahir dominus Halebi ſæpius Malec Aphzilum monuerat eique dixerat: ,, noli credere Adelo, quia nihil boni nobis tribuit. Ego enim te melius eum cognoſco. Etſi enim doctor noſter communis ſit, ego tamen filiam eius uxorem duxi. Si ſcirem eum adverſus nos indulgentem ſe geſturum eſſe, mihi potius conveniret eo familiariter uti quam vobis,, Aphzilus reſpondit: minus firma eſt ſententia tua. Ille vice patris noſtri eſt, & quomodo nos læderet.,, P. 430. Anno Arabum 592 dimicavit iterum Adelus cum Francis, ſiquidem pax morte Angli & Saladini diſſoluta eſt. Profectus contra Ioppem eam armis cepit. Tum Franci in ora maritima nunciarunt Francis interioribus:,, niſi nobis ſtatim auxilio fueritis, Arabes univerſæ oræ maritimæ imperabunt.,, Miſerunt Franci interiores magnas copias, quibus ducem præfecerunt virum quendam eccleſiaſticum, qui vocatur Chancelier (Cancellarius). Caſtris poſitis ad Tabnin urbem arcte obſederunt. Quum parum abeſſet, quin cepiſſent: advenit nuncius, Henricum comitem Accenſem ex loco alto decidiſſe & mortuum eſſe. Nullo rege ſuperſtite, pœnituit eos belli. Acceſſierunt dominum Cypri, eique uxorem Henrici locarunt. Quod quum audiret Adelus, pacem ei hac conditione obtulit, ut Berytus Francorum, Tabnin vero Ara-

Digitized by Google

Arabum eſſet. Reliquerunt Franci Tabnin & abierunt. Hoc anno mortuus eſt Malecſcha filius Chowarezmſchah Tachiſch in regione Niſaboris. Excepit eum Kotebaldin Mohammed, quanquam fratri ipſius Henduchano ſecundum teſtamentum patris eorum & Lulæ principatus competeret. Eodem tempore obiit Saiphaldinus Alaslam Tuchtuchin filius Iobi fratris Saladini, qui orbi meridionali imperavit. In eius locum ſucceſſit Iſmael filius eius & propter malam regni adminiſtrationem inſurrexerunt contra eum magnates, eumque occiderunt. Anno 594 obiit Imadaldin filius Zangi, filii Mududi filii Zangi, filii Axankuri, dominus Schigræ, Niſibis & Callinici. Eius loco regnavit filius eius Kotebaldin Mohammed. Adminiſtrator ei fuit Mugahidaldin filius Iakaſchi, ſervus patris ipſius. Hoc anno oppugnavit Nuraldin Arslanſchah dominus Mauſelæ, Niſibin, eamque Kotebaldino Mohammedi filio patrui ipſius eripuit, illa de cauſa, quod Kotebaldinus potitus erat oppidis quibusdam Meſopotamiæ in con-
P. 431. finiis Mauſelæ. Quum autem, legato miſſo, ut loca illa redderet, ille recuſaret, Nuraldinus coacto exercitu Niſibin oppugnavit. Advenit etiam Kotebaldinus, profligatus eſt, Haranem aufugit, & ab Adelo per nuncium auxilium petiit. Nuraldinus Niſibin profectus ibique per aliquot dies commoratus incidit in morbum pariter ac exercitus eius. Mortui ſunt ſex magnates illuſtres Mauſelenſes, in quibus erat Mugahidaldin Kimaz conſiliarius eius. Quare Nuraldinus Niſibin reliquit & Mauſelam venit. Occupavit illam denuo Kotebaldin dominus illius. Hoc anno Chowarezmſchah contendit Bocharam, urbemque populo Chataiorum ſive Sinarum eripuit. Quia Arabes Bocharenſes manſueti (320) erant erga Si-

Sinas, qui etiamſi non eandem religionem amplectebantur, ſapientes & probi erant, ſuper muris fortiter dimicarunt, ita ut canem veſtitum ſimili modo ac Chowarezmſchah erat, ad Chowarezmios proiicerent, dicerentque: hic eſt rex veſter. Chowarezmſchah, urbe armis expugnata, non meminit eorum ſtultitiæ, ſed etiam aurum illis dedit, eosque coram ſe iuramento obſtrinxit. Hoc anno Malec Adelus Mardinum acriter oppugnavit. Dominus eius fuit puer parvus Huſamaldin, et gubernator eius Netamaldin, filius Iakaſchi. Obſeſſi, inſidiis ſtructis, urbem Adelo dediderunt. Ingreſſus exercitus eius urbem diripuit, ibi nefandas iniquitates perpetravit, manſitque caſtellum urbis obſeſſurus. Anno Arabum 596 obiit Malec Eziz filius Saladini dominus Ægypti. Quum venando videret lupum ſe perſequentem, ex equo decidit & febri correptus eſt, Kahiram rediit, ibique mortuus eſt. Reliquit filium parvum, nomine Malec Manſurum. Tum lis orta eſt inter magnates, quorum alii puerum patri ſufficere voluerunt, alii Adelum, alii Aphzilum. Prævaluerunt eorum partes, qui Aphzilum rogaverant. Accerſierunt igitur eum Sarchada, ut regnum adipiſceretur. Fugerunt illi, qui Aphzilum recuſarant & Hierosolyma occuparunt. Aphzil coacto exercitu Ægyptiorum Damaſcum contendit. Quod quidem quum Damaſceni Malec Adelo Mardinum obſidenti nunciaſſent, reliquit ille filium ſuum Malec Chamal Mohammedem iuxta caſtellum Mardini, & celeriter Damaſcum profectus eſt. Advenit etiam Aphzilus, & iuxta eam caſtra poſuit. Diſſidentibus ab eo militibus fruſtra fuit adventus eius, & ipſe denuo in Ægyptum profectus eſt. Chamal filius Adeli valde afflixit incolas caſtelli Mardinenſis, qui inopia alimentorum & morbis laborarunt. P. 432.



Digitized by Google

Fere ad incitas redactus erat Netamaldinus gubernator pueri Huſamaldini. Nuraldinus dominus Mauſelæ & filii avunculi ipſius dominus Schigræ, dominus Gazartæ, hæc quum audirent, commoti ſunt, dixeruntque, alter alteri: ſi familia Adeli Mardinum ceperit, omnes regiones noſtras nobis eripient. ,, Quare unanimi conſenſu omnes promte Doniſaram contenderunt. Deſcenderunt Mardino in vallem & irruerunt in aſſeclas Atabagi eumque fregerunt. Chamal & ſocii eius Mardinum fugerunt. Quum aſcenderent, invenerunt, eos, qui in caſtello erant, deſcendiſſe, & tentoria eorum ſpoliaſſe. Hac nocte Chamal exercitum ſuum Haranem reduxit. Inde profectus eſt Damaſcum ad Adelum patrem ſuum. Fertur, niſi Chamal in vallem deſcendiſſet, fieri non potuiſſe, ut Atabagus eum Mardino depelleret, & caſtellum recepiſſet. Sed Deus, laus ſit benignitati eius, quicquid voluerit, facit. Anno Arabum 596 Malec Adelus, coacto exercitu, deſcendit in Ægyptum. Quod quum audiret Aphzil, etiam iſte collecto exercitu, in patruum ſuum irruit. Sed profligatus nocte effugit, & Kahiram venit. Adelus pariter ad Kahiram caſtra poſuit, urbemque obſidere voluit. Tum magnates Malec Aphzilo conſilium dederunt, ut pacem expeteret, quia non æque pollens erat ac Adelus. Aphzil Adelo pacem obtulit, petiitque, ut ſibi Da-
Pag. 433. maſcus pro Ægypto traderetur. Detrectavit Malec Adelus. Illo igitur Edeſſam & Haranem petente, needum ſe accommodavit. Tandem, quum poſceret Maipherkatam, Hani & Gabalguram, Adelus conſenſit. Iuramentis mutuis præſtitis, Aphzil Sarchadam abiit, legatosque miſit, quibus Maipherkata traderetur. Filius vero Adeli, Nugamaldin Iobus, obſtitit, urbemque non tra-

tradidit. Adelus hac de re certior factus eo ſe excuſavit quod filius mandato non obediret & immoriger eſſet. Aphzilus comperiens ita ſe rem habere inter eum filiumque eius, eum excuſavit, neque amplius hac de re legatum miſit. Hoc anno mortuus eſt Chowarezmſchah Tachiſch filius Aleb Arslani, Dominus Chowarezmiæ, (Choraſmiæ) & partis Choraſanæ Raiæ & reliquarum regionum montanarum. Succeſſit ei Bar Kotebaldin Mohammed, qui etiam nomine patris ipſius Elaialdin vocatur. Hoc anno obiit Kazi Phazel iureconſultus Ægyptius ſuo tempore præſtantiſſimus in Ægypto. Anno 597 abrogavit Adelus promulgationem iuvenis Malec Manſuri filii Malec Ezizi. Quod quidem magnatibus diſplicuit, qui ad Malec Aphzilum Sarchadæ fratremque eius Malec Tahirum Halebi ſcripſerunt his verbis: „Agite, Damaſcum oppugnate. Et quando Malec Adelus vos bello laceſſiverit, prehendemus eum & in manus veſtras trademus. Adelus hac re intellecta, filio ſuo Malec Muetem Scharphaldino Iſa, qui Damaſci erat, mandavit, ut celeriter Aphzilum in caſtello eius Sarchada includeret. Hoc audiens Aphzilus feſtinanter Sarchada abiit, & Halebum pervenit ad Tahirum fratrem ſuum. Profecti ambo Mabugum, quæ Adeli erat, eam ceperunt, & ſimiliter Kalehnegamum. Reverſi Hamatham oppugnarunt. Poſtquam Nazeraldinus filius Takialdini denarios Tyrios 30000 iis dederat, reliquerunt eum, & in via Balbeci Damaſcum contenderunt. Pactionem inter ſe fecerunt, Damaſcum, ſi cepiſſent, fore Malec Aphzili, donec etiam Ægyptum occupaſſent, tum Aphzilum Tahiro Damaſcum redditurum, ſibique Ægyptum vindicaturum eſſe. Hoc propoſito Damaſcum oppugnarunt. Pag. 434.
Quum eam propemodum expugnaſſent, Malec Tahiri fratri ſuo

Malec Aphzilo invidit & dixit: „Damaſcus mea erit, mittamque tecum exercitum meum, ut Ægyptum occupes. Dixit ei Aphzilus: „ Noſti, matrem meam & domeſticos meos in terra (321) aliena eſſe Emeſſæ, „ (eduxerat enim eos Sarchada, quam Zinaldino Kerageh ſervo fratris ſui dedit, ut ei opem ferret). „ Quare peto, ut mihi Damaſcum relinquas, qua mulieres illæ occultentur, quia etiam in te cadit, ut pro iis zelo afficiaris, donec Ægypto potitus ſis. Malec Tahir altercatus eſt & non conceſſit. Quum magnates diſſenſionem inter eos viderent, reliquerunt eos, nonnulli illorum ad Adelum tranſierunt, alii Damaſcum iverunt. Poſtea reſipuerunt ambo fratres, & ad Malec Adelum avunculum ſuum miſerunt, pacem flagitantes. Dedit Adelus Malec Tahiro additamentum ad Halebum, Mabugum, Apamæam & Chephartabam, atque partem provinciæ Moarræ. Dedit Malec Aphzilo Samoſatam, Sarugum, Reſainam & Geſelinum. Malec Adelus Damaſcum ivit, illi autem in locum quiſque ſuum. Hoc tempore quum Tahir & Aphzil iuxta Damaſcum caſtra poſuiſſent, Nuraldinus copias coegit, & accitis filio avunculi ſui Kotebaldino Mohammede domino Schigræ, atque domino Mardini, profectus eſt ad eripiendam Meſopotamiam Adelo. Quum Reſainam veniſſent, propter æſtatem morbo laborarunt. Filius Adeli, nomine Malec Paiz Harane fuit, & miſit ad Nuraldinum, ut pacem ab eo peteret. Nuraldinus vero, quia audiverat, in concordiam rediiſſe Aphzilum & Tahirum, cum Adelo avunculo eorum, & quia morbo affligebatur, in pacem conſenſit, mutuis præſtitis iuramentis. Deſtitit igitur & Mauſelam rediit, ſociique eius in patriam quiſque ſuam. Hoc anno, quum Moezaldinus Kizreſchah Malatiæ regnaret, adortus

Digitized by Google

tus eum eſt frater ipſius Rocenaldin Solimanus, filius Keligarslani. Urbem oppugnavit, eique eripuit menſe Heziran anni Græcorum 1511. Fugit Moezaldin Kizreſchah coram fratre ſuo ad Malec Adelum ſocerum ſuum. Adelus ſedem ei conceſſit Edeſſæ, datis ei alimentis. Inde abiit Rozenaldin Erzerum, ubi erat filius Malec Mohammedis, filii Faltaki; quæ familia erat antiqua, & dudum Erzeri regnaverat. Quum vero dominus eius Rocenaldinum inviſiſſet, hic amorem & humiliationem præ ſe ferens, prehendit eum, penes ſe incluſit, & urbem cepit. Eripuit etiam Iconium fratri ſuo Gelaladino Cicſru. Gathaldinus in Syriam profugus venit ad Malec Tahirum, dominum Halebi, ut fortaſſe ab eo adiuvaretur. At quum ibi nihil auxilii videret, migravit abhinc, & tecto nomine locum cum loco commutavit, donec Conſtantinopolin veniret. Imperator Græcorum eum valde honoravit. Locavit ei in matrimonium filiam patricii cuiusdam illuſtris. Commoratus ibi eſt, donec Franci Conſtantinopolin expugnarent, uti nos oſtendere volumus. Poſtquam Franci Conſtantinopolin ceperunt, Gathaldinus ad ſocerum ſuum effugit, qui erat dominus caſtelli cuiusdam. Excepit eum ſocer ipſius dixitque, „ſufficit arx hæc mihi tibique, donec Deus * ſolem (322) dederit. Manſit apud eum, donec frater eius obiret. Hoc tempore annonæ caritas magna fuit in Ægypto, quum Nilus non ſecundum conſuetudinem inundaret. Comederunt homines cadavera mortua animalium & hominum. Caritatem excipiebat peſtilentia. Fuit etiam terræ motus, quo deiectæ ſunt ædes multæ & muri alti Damaſci, Emeſſæ, Hamathæ, Tripoli, Tyri, Accæ & Samariæ atque pertigit regionem Rumæorum. In oriente autem minus

P. 435.
C. 1200

 gravis

Digitized by Google

gravis fuerat. Anno Arabum 598 venit Chowarezmſchah Mohamed filius Tachiſchi in Choraſanam & eripuit Giathaldino & Schehabaldino fratri ſuo urbes Maruam & Niſaboram, quia eius
P. 436. erant. Quum in Choraſmiam profectus & circa mortem patris ſui inoccupatus fuiſſet: Giathaldin eas cepit. Quum ei nunciaſſet: hæc a te non expectavi, ſed potius, ut mihi contra Sinas opem ferres. Licet me adiuvare nolles, tamen in te non cadit, ut me lædas.„ Illo urbes ſponte non reddente, vi eas expugnavit. Victus eſt ab eo Giathaldinus, quia morbo podagrico vexabatur, & frater eius Schehabaldinus cum Indis bellum gerebat. Anno Arabum 599 miſit Malec Adelus Abubecher filius Iobi, dominus Ægypti & Damaſci copias cum filio ſuo Malec Aſchraph Meſa contra Mardinum, eamque multis diebus incluſit. Pagis & agro Mardinenſi potitus eſt. Tum dominus Halebi Malec Tahir Gazi filius Saladini conciliator eorum fuit, pacemque hac lege fecit, ut dominus Mardini Adelo ſolveret denarios 150000 Akga i. e. albos, quorum ſinguli denarii æquant ſex zuzas, & Adelum regem proclamaret, nomenque eius zuzis & denariis inſcriberet. Sumſit Malec Tahir denarios 20000 ex quantitate illa, etiam Kuradi urbem regionis Schebchetanæ. Aſchraph igitur eum reliquit & abiit. Hoc tempore Turcomani prædonum more regiones depopulati ſunt, nullique homines, niſi catervatim equis veherentur & armati eſſent, in viis incedere potuerunt. Hoc anno Adelus iterum eripuit Aphzilo filio fratris ipſius Sarugum, Reſainam & Gomalin. Etiam Tahir, frater eius, dominus Halebi, Aphzilo caſtellum Negami abſtulit. Relinquebatur igitur ei Samoſata. Quum videret, a patruo & fratribus ſuis ſe decipi miſit legatum ad

Digitized by Google

ad Rocenaldinum Solimanum filium regis Keligarslani, dominum Malatiæ & Iconii, eiusque ſe poteſtati ſubiecit. Proclamavit eum regem, nomine eius monetas ſignavit, ſeque geſſit, tanquam eſſet Emira quidam ex ditione Rumææ. Miſit Aphzilus matrem ſuam & regem Adelum, qui ei perſuadere voluit, ut loca redderet, filio erepta. Sed perſuaderi ſe non paſſus eſt. Itaque retribuit Deus Saladino regi poſt mortem eius, uti tribuit filius Atabagi, P. 437. quum dominus Mauſelæ matrem & filiam ſuam ad eum mitteret, neque ille perſuaſioni locum daret. Hoc anno rex Adelus Malec Manſurum filium regis Ezizi ex Ægypto eduxit, atque in urbe Edeſſa eum, matrem, filios et filias eius collocavit. Verebatur enim, ne Ægyptii eum regem crearent. *De initio regni Mogolorum, qui Tatari ſunt.* (323). Regio primo Tatarorum, priusquam ad regiones externas dilatata erat, fuit vallis quædam, id eſt planities magna in parte orienteſeptentrionali (Nord-Oſt) orbis, longa lataque itinere octo menſium. A plaga orientali attingit regionem Chataiorum Sinarum, id eſt, Chatajæ, ab occidentali regionem Iguzorum Turcorum, ab aquilonari terram, quæ vocatur Salapagai, a meridionali Indiam. Priusquam ſurrexit Cinghiſchan rex eorum primus, principe non utebantur, & regi Chataiorum ſive Sinarum tributum pendebant. Pellibus canum & luporum veſtiti erant. Carne murium, aliarumque beſtiarum fœdarum & mortuarum veſcebantur. Lac equarum bibebant. Signum eius, qui Emira magnus inter eos habebantur, erat, quod ſtapidem ferreum habebat. Cæteri enim ligneo utebantur. Hoc anno, id eſt, anno Græcorum 1514, Arabum 599, quum Unach Chan, qui idem eſt cum Iohanne rege Chriſtiano, imperaret genti cuidam Hun-

Digitized by Google

Hunnorum barbarorum quæ vocatur Cherith, Cinghis Chanus conſtanter in eius famulitio fuit. Quum eius præſtantiam alacritatemque ei ſerviendi quotidie videret, invidit ei, & inſidioſe eum prehendere & interficere voluit. Has inſidias duo pueri Unach Chani ſentientes Cinghiſo indicarunt. Statim Cinghiſus certiorem fecit ſocios ſuos, qui noctu ex tentoriis progreſſi ſe in inſidiis occultarunt. Mane Unach Chanus tentoria Tatarorum aggreſſus neminem ibi invenit. Tum inſiluit in eum Cinghis & iuxta fontem, qui appellatur Balſchuiah, prælio commiſſo ſuperior evaſit Cinghiſus & fuſus eſt Unach Chanus. Poſtea aliquoties præ-
P. 438. lia iterum conſeruerunt, donec res Unach Chani funditus everſæ ſunt, ipſe interfectus eſt, & mulieres filii & filiæ eius in captivitatem abductæ ſunt. Duo iſtos pueros Cinghis Chanus exaltavit, & impertiit iis privilegium libertatis, ut, quamcunque prædam caperent, illis poſteriſque eorum in omne ævum portio pro rege non demeretur, ſine mandato ad reges accederent, & ſi quid deliquerint, capite non plecterentur. Reliquos viros, qui in hoc bello partes eius ſecuti erant, evexit & magnates fecit. Quia autem gens Mogolica, quæ appellatur Avirathæi, eum adiuverant, & præ reliquis fortitudinem oſtenderant, & promte dimicarant, eos Cinghis Chanus honoravit, legemque tulit, ut earum filiæ filiis regum ex ſemine Cinghis Chani oriundis locarentur, atque filiæ regum illorum filiis nuberent. Hæc lex inter eos manſit usque ad hodiernum diem. Noſcere par eſt, non temere reiectum eſſe regem Iohannem Cheritæum, ſed poſtquam cor ſuum a timore Chriſti domini ſui, qui eum exaltaverat, alienaverat, uxoremque ex populo, qui ad gentes Sinicas pertinet, & Karachata appellatur

latur, duxerat. Quia, poſthabito timore patrum ſuorum, Deos alienos coluit, Deus ei regnum demit, atque homini eo meliori, quique animo integro in Deum affectus erat, dedit. Hoc tempore Tatarus quidam innotuit, qui media hyeme, quando frigus duraque tempeſtas in illa regione erat, nudus ambulavit in montibus & excelſis per multos dies. Adveniens dixit: „ad Deum ivi, qui mihi dixit, ſe omnem terram Temurſchino eiusque poſteris dediſſe eumque Ciaghis Chanum appellaſſe.„ Fuit enim nomen eius prius Temurſchin. Hunc virum Tatari Tubut Tangri vocarunt. *De filiis Cinghis Chani.* Cinghis Chano P. 439.
filii filiæque multæ fuerunt. Sed primarii & illuſtres ii tantum fuerunt, qui ex regina magna nati erant. Reginæ autem eius magnæ, nomine Ianſunſcin Begi quatuor fuerant filii, primus Tuſchi, ſecundus Schagatai, quartus Tuli. Tuſchium inſpectorem venationis fecit, quia venationem magis quam quicquam aliud diligebat, & venatores ſuos honorabat. Schagataium principem legis quam Yiaſam vocant, ordinavit. Uchataio adminiſtrationem regni commiſit. Tulium, natu minimum, ducem exercitus & militum conſtituit. Cuique horum regionem ſingularem, ubi habitarent, aſſignavit. Fratrem ſuum, cuius nomen erat Utchin Thuman cum reliquis filiis avunculorum & cognatorum ſuorum in regionem Chataiorum mittebat. *De legibus, quas tulit Cinghizchanus.* Quum Mogoli literis & ſcriptura non uterentur, præcepit Cinghiz Chan ſcribis Igurorum, ut Tataros literas ſuas docerent. Scribunt igitur voces Mogoli ſcriptura Igurica, uti Ægyptii Græca, & Perſæ Arabica. Iuſſit igitur leges deſcribi quas tulerat. Harum *prima* erat. Quando adverſus inimicos



Digitized by Google

ſcriptum aliquod edendum vel legati mittendi ſint: ne minentur confiſi exercitui vel multitudini, ſed tantum dicant: Si vos ſubmittatis, benignitatem & quietem invenietis. Si repugnaveritis, non nos novimus, Deus æternus (324) novit, quid vobis fiat. Itaque fiduciam in Deo collocatam oſtenderunt, quia etiam vicerunt & vincunt. *Lex ſecunda.* Caſti, innocentes, probi, ſcribæ & ſapientes cuiuscunque gentis magni faciendi & honorandi ſunt, mali & impii odio habendi. Quum autem caſtitatem aliasque virtutes inter populos Chriſtianos potiſſimum cernerent, eos maxime dilexerunt, initio regni eorum, & exiguo tempore poſt. Confeſtim autem amor eorum in odium mutatus eſt, ita ut ne aſpicere quidem vellent, dum omnes æqualiter Mohammedani facti ſunt, magiſteria, populi atque plebs. *Lex tertia.* Regibus &
P. 440. magnatibus non nomina multa in eorum laudem imponenda ſunt uti aliæ nationes, inprimis Moslemicæ, faciunt. Ille, qui in ſolio regio ſedet, uno tantum ornandus eſt Chan, et Khan. Fratres eius & cognati nomine antiquo proſapiæ appellandi ſunt. *Lex quarta.* Quum a bello contra inimicos quies data fuerit, venationi opera navanda eſt, filiique erudiendi ſunt, quomodo animalia venentur, & quomodo in præliis exercitentur, vires & tolerantiam calamitatum acquirant, in inimicos ſuos tanquam beſtias feras irruant, neque iis parcant. *Quinta.* Milites nati ſunto non intra annos 20. Militum denorum præfectus eſto, alius centum, alius mille, alius decies millenorum. *Sexta.* Univerſus populus Mogolorum ex opibus ſuis quotannis regem ſuſtentet equis, ovibus, lacte, immo lana. *Septima.* Nemo ex millenis vel centenis vel denis, qui numeratus fuit, in alium locum migret. Alius

Digitized by Google

Alias occidatur ipſe & præfectus cohortis, qui eum recepit. *Octava.* Ex binis myriadibus equi iuxta viam diſponantur, propter curſum nunciorum. *Nona.* Ex bonis mortui, cui non eſt hæres, rex nihil accipit, ſed opes illius, etiam vidua, ei dantur, qui miniſter eius fuit. Sunt Mogolis aliæ leges bene multæ. Ne autem prolixi ſimus, partem tantum memoravimus. *Quomodo idolatriam Mogoli amplexi ſunt.* Mogoli olim nullis literis utebantur, neque religione particulari, ſed unum Deum creatorem omnium rerum noverant. Quidam eorum cælum Deum agnoſcebant & vocabant, donec ſubegerunt Turcos Iguræos atque inter illos invenerunt incantatores, qui vocabantur Kamoje. Multos audivimus, qui teſtabantur de illis atque dicebant: „Nos audivimus vocem dæmonum, qui cum illis per feneſtras tentoriorum locuti ſunt. Hæc autem dæmonum manifeſtatio non ante perficitur quam ab aliis viris polluantur, ſiquidem eorum multi hermaphroditæ ſunt. Adeo fœdi ſunt, ut, quando aliquid ex magica eorum arte facere volunt, quemcunque, qui iis obviam fit, vi cogunt, ut eos polluat. P. 441. Quare quum illos Mogoli vidiſſent, in ſimplicitate ſua eos ſecuti ſunt. Poſtea audivit Cinghiz Chanus, Sinas ſive Chataios habere idola, & ſacrificulos ſapientes. Miſſis legatis petiit ab iis ſacrificulos, promiſitque ſe eos honorifice excepturum eſſe. Quum ſacrificuli adveniſſent, præcepit Cinghiz Chanus, ut ſacrificuli cum Kamoiis diſputationem ſuper religione haberent. Quum ſacrificuli loquerentur, atque ex ſuo codice, quem Num lingua ſua appellant, prælegerent, victi ſunt Kamoii, neque, quid balbutiant, invenerunt, quia cognitionis rudes erant. Ab eo tempore dignitas ſacrificulorum apud Mogolos accrevit. Iuſſi ſunt ſimulacra fa-



Digitized by Google

fabricare & ſtatuas fundere, ut in patria fecerant, item ſacrificia & libamina ſecundum conſuetudinem eorum offerre. Quanquam vero ſacrificulos valde honorabant, Kamoios non ſpreverunt. Manſerunt utrique. Opus ſuum quisque peragebat, dum alter alterum non accuſabat, vel contemnebat, contra conſuetudinem populorum, ſcripturam & prophetas habentium, ubi, quicunque ad contumelias pronus eſt, ſocium ſuum vituperat, & infidelem eum iudicat. In libro vero ſacrificulorum, qui vocatur Num, præter ſententias profanas, quæ inſunt, ſimiles illis, quas memoravit ſanctus Gregorius, theologus, etiam leges egregiæ deprehenduntur, ex. grat. cavendum eſſe ab iniuria, & læſione, non retribuendum eſſe malum pro malo, ſed bonum, non occidendum eſſe ab homine vel exiguum animal, uti pediculum vel culicem. Profitebantur, uti Plato, migrationem animarum ex corpore in corpus, atque ſpiritus hominum proborum & iuſtorum, recte agentium, quando mortui ſunt in corpora regum & magnatum transmigrare, animas autem malorum & improborum in corpora maleficorum, qui torquentur, cæduntur & interficiuntur. Item in corpora animalium irrationalium, vermium & volatilium. Sacrificuli illi, quando iis caro ad comedendum affertur, interro-
P. 442. gant eum, qui affert „num noſtrum gratia mactaſti hoc animal, an ex foro emiſti?„ Quando reſpondebat, eorum gratia mactatum eſſe, nihil guſtabant. *De cauſa, quæ effecit, ut Mogoli regiones Perſicas aliasque provincias iis ad occidentem ſitas vaſtarent.* Quum Mogoli in urbibus non commorarentur, atque veſtibus & ſtratis, quæ ex urbibus ad eos deportari ſolebant, indigerent, iuſſu Cinghiz Chani incolumitas mercatoribus promiſſa eſt, ut ex

quo-

Digitized by Google

quocunque loco ad ſe accederent, neque a cuſtodibus viarum, qui Kerakeſchai appellantur, læderentur. Tum tres viri oriundi ex civitate Bochara compararunt veſtimenta, lintea tentoriorum ſplendida & reliquas merces, quas a Mogolis expeti ſciebant. His onuſti ad caſtra magna pervenerunt. Iuſſu Cinghiz Chani inſpecta ſunt, quæ apportaverant, pretiumque eorum rogatum eſt. Unus vero horum mercatorum, nomine Ahmedes, pro eo, quod 10 denariis emerat, tres Basdias argenteas poſtulavit, quæ ſingulæ exæquant zuzas 700. Hoc audito Cinghiz Chan iratus fuit dixitque: „num credit homo iſte, nos veſtimentum nunquam vidiſſe?„ Significavit theſaurariis adducere veſtimenta aurea multa eaque mercatoribus iſtis oſtendere. Iuſſit etiam includi mercatorem iſtum, deſcribi, quicquid eius erat, & binis ſociis eius tradi. Inſpectis mercibus eorum, interrogati ſunt de pretio illarum. At totum pretium non indicarunt ſed dixerunt: „Nos merces iſtas nomine Chani apportavimus. Num miſereatur noſtrum dederitque nobis aliquid, ipſe novit.„ Placuit reſponſum Chano, præcepitque, ut pro quoque veſtimento aureo ſolveretur una Basdia aurea, nempe 700 pondera, & pro binis ſtratis goſſypinis una Basdia argentea. Miſertus eſt etiam ſocii alius, eandemque ſummam ei ſolvit. Præcepit igitur Chanus reginis, filiis & filiabus ſuis, ut aurum ſervis ſuis dent, mittantque cum tribus his mercatoribus viros, qui illis fruges præbeant. Fecerunt ita. Congregati ſunt mercatores circiter 400. Miſſus eſt cum iis legatus ad Soltanum Mohammedem Perſidos, qui ei dice- P. 443.
ret: „Abhinc & in poſterum decrevimus pacem fore inter regna totius orbis, mercatores proficiſci atque advenire ſine timore,

 divi-

divites & egenos incolumes vivere, & Deum confiteri.,, Quum legatus profectus eſſet cum mercatoribus, & perveniſſent Uteraram, urbem Perſidos, præfectus urbis rem Soltano indicavit. Soltanus, quum opibus eorum inhiaret, præfecto, cuius nomen Inaſchluk erat, præcepit, ut omnes clam interimeret. Quod cum feciſſet, unus eorum nutu divino liberatus eſt, remque Cinghiz Chano indicavit. Qui quidem, re audita, ira commotus fuit, & ſolus in verticem montis cuiusdam aſcendit. Operto capite & facie, in terram procidit, ibique tres dies commoratus eſt, nihil edens vel bibens. Adſpiciens in cælum dixit: o domine creationis univerſæ, noſti, propoſitum meum in bonum tetendiſſe. At ille inimicus meus inchoavit & voluit malum. Peto nunc, ut retribuas ei ſecundum facta eius.,, Abhinc cœpit mittere milites ad Perſas, & loca acie gladii vaſtare uti poſtea oſtendemus. *De expugnatione Conſtantinopoleos a Francis contra*
C. 1204. *Græcos peracta.* Anno Arabum 600 i. e. anno Græcorum 1515 menſe Niſan Franci Conſtantinopolin Græcis eripuerunt, eorumque regnum deſtruxerunt. Duxerat imperator Græcorum ſororem regis Franci, quæ ei filium peperit. Fuit vero imperatori Græcorum frater, qui ab imperatore defecit, eiusque oculos eruit & in carcere interfecit. Tum filius interfecti fugit ad avunculum ſuum regem Apharnaſſi, qui zelo affectus cogias coegit, & ad Conſtantinopolin caſtra locavit. Quia incolæ urbis facto tyranni adverſus fratrem perturbati erant, incenderunt urbem, quumque milites muros defendentes in extinguendo igne occupati eſſent, aſcenderunt Franci, & urbem intrarunt. Aufugit tyrannus. Collo-
P. 444. carunt Franci puerum parvum in ſolio regio, meram imaginem & no-

men

men ſervata iis omni poteſtate. Cœperunt incolas oneribus gravibus opprimere & diripere cimelia eccleſiaſtica, cruces, evangelia, aurum & argentum ſuper iconibus. Incolæ urbis quum viderent ſe absque miſericordia a Francis ſpoliari, inſurrexerunt contra puerum, filium imperatoris Græci eumque occiderunt. Eiecerunt etiam Francos ex urbe, portasque coram iis clauſerunt. Manſerunt igitur Franci extra urbem eam obſidentes. Protracto bello debilitati ſunt obſeſſi. Confugerunt ad Soltanum Rocenaldinum dominum Iconii, qui tamen eos adiuvare non potuit. Tum mercatores Franci, qui habitabant Conſtantinopoli, numero circiter 30000, & propter magnitudinem urbis non aſpiciebantur, incenderunt urbem binis vicibus. Conflagravit circiter quarta eius pars. Portis apertis aſcenderunt Franci, qui extra urbem erant, & ſtrictis gladiis occiderunt ingentem multitudinem Græcorum. Quum multi eorum in eccleſiam magnam Sanctæ Sophiæ aufugiſſent, irruerunt in eos Franci. Exierunt igitur patriarcha, ſummi ſacerdotes & presbyteri, in occurſum eorum, portantes cruces & evangelia. Proſtrati ſunt coram iis clamantes & deprecantes pro reliquo populo, qui ibi erat. Franci autem contemtis eorum precibus occiderunt una cum populo etiam ſacerdotes & eccleſiam diripuerunt. Erant tres principes Francorum, unus dux Venetorum, cuius navibus & naviculis totus exercitus Francorum traiecerat, quique erat ſenex coecus, alter dux Francicorum nomine Marchio, tertius nomine Godofredus. Sortibus iactis, cuius eſſet regnum Conſtantinopoleos, Godofredo illud aſſignatum eſt. Veneti potiti ſunt inſulis Creta, Rhodo & reliquis. Marchioni ceſſa eſt regio orientalis a ſinu maris trans Pontum, ſcilicet Laodicæam, Nicæam, Philadelphiam &c.

Græci

Digitized by Google

Græci vero hæc loca Francis cedere detrectarunt. Sed imperavit iis patricius quidam Græcus, nomine Laſcaris. Hoc tempore,
Pag. 445. quum Nuraldin Arslan Schah dominus Mauſelæ, & filius avunculi eius Kotebaldin Mohammed filius Zangi, dominus Schigræ, mutuo amore ſe amplecterentur, diſſidium inter eos excitavit Malec Adelus. Quare Nuraldinus caſtris poſitis ad Niſibin, quæ filii avunculi ipſius erat, urbem oppugnabat, eamque propemodum cepiſſet. Tum allatus eſt nuncius Mauſela, Motapheraldinum Kucberi, filium Zinaldini Eli Cugach, qui dominus Arbelæ erat, Niniven veniſſe, eam vaſtaſſe, frugesque combuſiſſe. Quare Nuraldinus, relicta Niſibi, venit Baldam. Quum intelligeret, Motapheraldinum Arbelam rediiſſe, ille Telapharam profectus eſt, eamque expugnavit. Tum Malec Aſchraph, filius Adeli, qui tum Harane erat, Reſainam venit, & pactus eſt cum Motapher Aldino domino Arbelæ, & cum domino Amidæ, & caſtelli Chephæ & cum domino Gazartæ & cum domino Daræ, non concedendum eſſe Nuraldino, ut partem regionis domini Schigræ ſibi vindicet. Omnes profecti ſunt Niſibin, atque inde in regionem occidentalem. Nuraldinus venit Cepharzammar atque inde Buſcheſſah. Quum quieſcere cœperint, quia imbecilli erant, copiæ equeſtres Aſchraphi & fœderatorum irruerunt in Nuraldinum. Penitus fractæ ſunt vires Nuraldini. Ipſe aufugit & cum 4 hominibus Mauſelam evaſit. Intrarunt copiæ Aſchraphi agrum Mauſelenſem, vaſtarunt & incenderunt. Maxime in urbe Balda magnam direptionem fecerunt. Fertur mulierem quandam pulmentum coxiſſe. Quum audiret vaſtationem, detraxit a manu ſua duas armillas, iisque igni abſconditis fugit. Tum intravit eques

quidam

quidam domum, aliquid ad comedendum quærens. Quum nihil autem præter ovum unum reperiret, ſumſit illud et ad ignem acceſſit, ut illud aſſaret. Perveſtigans ignem invenit ibi armillas. Quæ quidem ſagacitas valde mirabilis eſt. Manſerunt ibi aliquot dies, poſtquam regionem diripuerant. Ultra citraque miſſis legatis Nuraldinus reddidit Telaphram filio patrui ſui, & pax compoſita P. 446.
eſt. Poſt hæc diſperſi ſunt exercitus. Hoc anno Franci, capta Conſtantinopoli, valde invaluerunt. Invaſerunt Phœnicen de populabundi usque ad Iordanem. Stragem magnam ediderunt inter Arabes. Quum Hamatham veniſſent, adortus eos eſt dominus eius Nazaraldin filius Takinaldini, filii Schahenſchæ, filii Iobi, ſed funditus profligatus eſt, & Hamatham fugit. Incolæ urbis egreſſi ad prœliandum cum Francis omnes occiſi ſunt. Tum Malec Adelus, nunciis ad eos miſſis, dedit iis Nazartham, & omnes regiones, quarum proventus inter Francos & Arabes dividebantur. Tum pax fuit. Paulo poſt alii Franci Ægyptum invaſerunt, magnaque præda abacta abierunt. Hoc anno Soltanus Rocenaldinus dominus Malatiæ & Iconii fratri ſuo civitatem Ancyram eripuit, poſtquam eam per aliquot annos oppugnaverat, quia valde munita erat. Eduxit ex ea fratrem ſuum cum duobus filiis, quos habebat. Dedit iis caſtellum quoddam in terminis exterioribus. Poſtquam abierant, miſit contra eos frater ipſius Rocenaldinus milites, qui ſub ſpecie latronum eos occiderunt. Quinque diebus poſt cædem fratris ſui eiusque filiorum ipſe colica laboravit & repente obiit. Succeſſit ei filius parvus, qui ei erat, nomine Kelig Arslan. Fertur, Rocenaldinum negotia publica ſapienter adminiſtraſſe. Inclinabat ad mentem philoſophorum

 exte-

Digitized by Google

exterorum, quam, ſervata ſpecie, non manifeſtavit. Hoc anno fuit terræ motus gravis, quo concuſſus eſt murus Tyri, aliaque loca in Ægypto, Palæſtina, Meſopotamia, in agro Mauſelenſi, atque in inſulis Cypro & Silicia. Anno Arabum 601 diſſidium ortum eſt inter magnates ditionis Rumæorum. Unus Emirarum ſubiugata (325) regione magna Turcomanorum, in finibus Græcorum ſita, accerſivit Giathaldinum Cicſrobum, qui ad Græcos
P. 447. aufugerat, atque collectis copiis multis iuxta Iconium caſtra poſuit. Irruerunt in eas milites, qui Iconii erant. Fregerunt legiones, & fugarunt. Giathaldinus, inſcius quid faceret, & quo abiret, confugit in oppidum quoddam exiguum, Iconio vicinum, cuius nomen erat Abgarem. Tum incolæ Axeræ, hoc audito, doluerunt, et expulſo præfecto eorum, proclamaverunt Giathaldinum Cicſrobum. Iconienſes igitur Axeranis invidentes, captis magnatibus, qui penes ſe erant, exclamarunt: „vivat Soltanus Giathaldinus Cicſrobus," eumque Iconium accerſiverunt. Puerum Kelig Arslanum, filium fratris eius, illosque qui cum eo erant, in carcerem coniecerunt. Tempore exiguo ſubiectæ ei ſunt omnes regiones. Venit ad eum Edeſſa Kizarſchah frater ipſius, qui coram fratre ſuo Rocenaldino Malatia ei erepta in fugam ſe dederat. Giathaldinus eum non excepit, datoque ei auro multo, denuo Edeſſam miſit. Quum Soltan Giathaldinus Cæſaream peteret, venit ad eum Malec Aphzil, filius Saladini, dominus Samoſatæ & Netamaldinus dominus caſtelli Saidæ, quibus ei ſubiectis, potentia crevit. Hoc anno venit Nazaraldinus Mahmud filius Mohammedis filii Keraarslani, dominus Amidæ ad Malec Aſchraphum, filium Adeli, petiitque, ut ſecundum promiſſum eius in expugnando

Digitized by Google

do caſtello Saidæ ſe adiuvaret. Collectis ab Aſchrapho copiis
Syriæ, Mauſelæ, Schigræ & Gazarthæ, obſidentes caſtellum Sai-
dæ urbem ceperunt, atque caſtellum oppugnare cœperunt. Tum
dominus caſtelli Saidæ a Soltano Giathaldino opem flagitavit. Sol-
tanus ei miſit equites 6000, cum Malec Aphzilo domino Samoſa-
tæ. Quum Malatiam veniſſent, audiverunt de eorum adventu
Aſchraph & dominus Amidæ. Declinarunt Chertabratham, &
caſtra locarunt ad locum Samanim, in cuius medio duo caſtella
erant, alterum domini Amidæ, alterum domini caſtelli Saidæ. Pag. 448.
Aphzilus poſterius expugnavit, præſidiumque illuc poſuit. Quum
exercitus Soltani Chertabratham veniſſet, dominus Amidæ Ami-
dam profectus eſt, et exercitus Soltani iu Rumæam rediit. Anno
iſto, id eſt, anno Græcorum 1516 Iberi invaſerunt Aderbijanam, & C. 1205.
cædibus multis factis, ingentes opes inde abduxerunt. Venerunt
inde in agrum Chalatenſem, magnamque cladem intulerunt.
Illinc profecti invaſerunt agrum Argiſchenum & direptione atque
incendiis perpetratis ad caſtellum caſtra poſuerunt, quod Chalatam &
Erzerum interiacet. Tum dominus Chalatæ profectus eſt ad Bar Ke-
lig Arslan dominum Erzeri, accitoque eius exercitu ambo irruerunt
in Iberos. Occiſus eſt in prœlio Zacharias parvus, dux Iberorum.
Iberi in patriam ſuam redierunt. Eodem anno peperit mulier quædam
Bagdadi puerum, cui bina capita, quatuor pedes & quatuor manus
erant, atque natus unum diem obiit. Eodem anno Bagdadi duo Arabes
cœci alium cœcum noctu adorti in templo quodam eum occiderunt,
quia putarunt ſe pecuniam apud eum reperturos eſſe. Illuceſcente
die timuerunt, atque Mauſelam fugerunt. Occurrit iis ſpeculator
quidam, qui ob aliud negotium iter faciebat. Iocabundus dixit:

„ Hi cœci occiderunt cœcum illum; non enim niſi coecus coecum occidit.„ Tum unus eorum verba audiens ſpeculatoris proſtratus dixit: „Per Deum, non ego ſed iſte illum occidit.„ Dixit autem alter: „minime ſed tu illum occidiſti.„ Ambo prehenſi & ad præfectum abducti ſunt. Confeſſi ſunt, ab altero captum, ab altero funiculo ſtrangulatum eſſe. Uterque occiſi ſunt. Anno Arabum 602 gens Curdæorum, quæ in montanis Mediæ degit, quæque appellatur Tirahajæ ex montibus deſcendit, & magna clade regiones illas affecit. Perſis in eos irruentibus multi eorum occiſi ſunt. Religionem Moslemicam non amplexi ſunt ſed in ethnici-
P. 449. ſmo antiquo & magia perſeverarunt. Quando Moslemus in manus eorum inciderit, tormentis diris eum interficiunt. Quando filia cuidam nata eſt, pater ad portam domus adſtans exclamat: quis hanc deſponſat? Si quis eam ſuſcipit, viva relinquitur, alias occiditur. Quam ob rem paucæ mulieres inter eos reperiuntur, atque una tantum uxor ſufficit omnibus ſociis unius familiæ. Si quis apud eam fuerit, calceum ſuum tanquam ſignum iuxta portam relinquit, ut ſi quis viderit eum, non accedat. Quando ſocius eius egreſſus fuerit, tum ingreditur. Qui autem eorum natu maximus eſt, vocatur pater infantis. Anno 603 Iberi agrum Chalatenſem prædis, incendio & cædibus iterum devaſtarunt, & abierunt. Giathaldin Ciſferu cepit urbem Antaliam (326) iuxta littus maris, die tertio menſis octavi, poſtquam anno ſuperiori exercitum contra eam miſerat. Græci, qui ibi erant, ad Cyprum, quæ Antaliæ vicina erat, miſerant, & Francos inde adduxerant, ut illis opitularentur. Soltanus, remoto exercitu ſuo ab urbe, illis inſidias in montanis fecit, & quemcunque, qui egrediebatur, cepit. Quum igitur per aliquod tempus ita in anguſtia eſſent, legatis ad Soltanum miſſis, dedi-

Digitized by Google

dediderunt ei urbem. Coniuncti igitur ſunt Turci & Græci in bellum cum Francis. Cepit Soltanus caſtellum urbis, Francosque, qui ibi erant, captivos fecit. Cepit etiam Choroſum. Hoc anno quum viribus auctus eſſet Mohamedes filius Bactamari, dominus Chalatæ occidit Hazarum Dinari generum ſuum, qui patrem occiderat. Quia autem iuvenis erat, incepit laſcive vivere. Oderunt eum Chalatenſes. Etiam Emira quidam ex ſervis Schahremani nomine Balaban ab eo Menasgerdi defecit. Tum Chalatenſes quidam miſerunt ad Naſaraldinum Artuk filium Ilgezi filii Albi, filii Temurtaſchi, filii Ilgezi filii Artuk, dominum Mardini, eique dixerunt: „Filius avunculi patris tui vita indignus eſt. Veni igitur, ut tibi Chalatam tradamus.„ Quum dominus Mardini adveniret, & cum eo exercitus Turcorum & Medarum coniuncti eſſent, reſipuerunt (327) illi, quia & ipſum & ſocios egenos videbant, verebanturque, ne ab iis ſpoliarentur, atque ad bellum ſe accinxerunt. Balabanus nunciavit domino Mardini; „ Chalatenſes convicio notant Medas, qui tecum ſunt. Quare recede a Chalata, ego autem tuarum rerum curam agam.„ Poſtquam declinaverat, minatus eſt Balabanus domino Mardini, niſi patriam repetiſſet. Quia autem paucos habebat ſocios, timuit, abiit, invenitque regionem ſuam direptam a Malec Aſchrapho. Habitabat enim Aſchraph Duniſaræ, unde, multis collectis opibus, Haranem profectus eſt. Balaban vero, coacto exercitu, Chalatam venit, eam tamen vi capere non potuit. Sed poſtquam bona Chalatenſibus promiſerat, gravibusque iuramentis ſe obſtrinxerat, ſe ne minimum quidem eorum læſurum eſſe, urbs illi dedita eſt. Ingreſſus Bar Bactamarum caſtello quodam incluſit. Tum invaluit. P. 450.

Poſtquam Malec Auhad Negamaldin Iobus filius Adeli dudum caſtellum Muſch urbemque ipſam ceperat, & ad Chalatam caſtra poſuerat, Balabanus egreſſus occupatis locis anguſtis, profligavit multos, qui cum eo erant, ipſe Negamaldinus filius Adeli cum hominibus paucis & vulneratis (328) Maipherkatam evaſit. Eodem anno Iberi ceperunt urbem Keres, quæ ſub poteſtate Mati eſt, poſtquam multis annis eam obſederant, & incluſerant, atque alimentum urbi defecerat. Anno Arabum 604 miſit Malec Auhad ad patrem ſuum Malec Adelum & auxilium petiit ad expugnandam Chalatam. Miſſus ei eſt Malec Aſchraph cum exercitu magno. Quum in viciniam Chalatæ veniret, irruit in eum Balaban, ſed uperatus fugit ante illos & Chalatam aſcendit. Miſſo legato ad Mogethaldinum filium Keligarslani dominum Erzeri, eum in auxilium advocavit. Qui quidem quum ipſe veniret, Balaban ad eum egreſſus eſt. Ambo adorti ſunt Malec Auhadum fratremque eius, quos fregerunt & fugarunt. Caſtris deinde poſitis ad Muſcum, expugnatio urbis haud remota erat. Tum inſidias paravit Bar Keligarslani Balabano eumque occidit, ut Chalata poti- retur. Quum Chalatam iret, Chalatenſes portas ante faciem eius clauſerunt. Ivit illinc Menasgerdam, ubi incolæ idem fe-
Pag. 451. cerunt. Spe fruſtratus in patriam rediit. Chalatenſes accerſiverunt Malec Auhadum eique urbem tradiderunt. Præfecti Arabum, qui haud procul vivebant, quia illis non placebat, ut filius Adeli imperaret, quia patrem metuebant, invaſerunt, & vaſtarunt agrum Chalatenſem; quod potiſſimum Iberi fecerunt. Emiræ quidam Chalatenſes ab Auhado defecerunt & ceperunt caſtellum Wani, quo nullum fortius erat in illa regione; potiti etiam

etiam ſunt Argiſcho. Multis laboribus exantlatis tandem potuit Auhadus illis Wanum eripere, poſtquam acciverat Aſchraphum fratrem ſuum. Chalatenſes autem ægre tulerant, Chalatam tradi familiæ Adeli. Quare quum profectus eſſet Menasgerdam, ad eam ordinandam prout fas erat, irruerunt Chalatenſes, duces turmarum, quæ vocantur lingua regionis Mangad Abchir, impetum fecerunt in ſocios Auhadi, eosque ex urbe expulerunt. Oppugnarunt dein caſtellum. Quod quum audiret Auhadus, aſſumto exercitu Meſopotamiæ, iuxta Chalatam caſtra poſuit. Diſſidio orto inter incolas urbis, eam occupavit Auhadus, multos Chalatenſes occidit, multosque in vincula coniectos Maipherkatam miſit. Deferbuit impetus iuvenum, ducum turmarum, qui pro lubitu eorum præfectos conſtituerant & diſſolverant. Hoc anno abiit Soltan Giathaldin Cicſeru, regnavitque filius eius Ezaldin Cicaus. Fratrem ſuum Elaialdinum Cikubadum, in carcerem coniecit in caſtello Meſræ, quod ſub monaſterio Mar Aharonis in monte benedicto iuxta Malatiam (ſitum eſt.) Hoc anno exierunt Franci Tripoli, caſtra poſuerant iuxta Emeſſam, eiusque agrum diripuerunt. Dominus eius Aſadaldin Schircuh filius Mohammedis, filii Schircuh natu maioris viribus deſtituebatur ad eos depellendos. Cyprii etiam multas naves Arabibus eripuerunt Arabesque prehenderunt. Quod quum audiſſet Adelus, exiit ex Ægypto cum exercitu, Francique cohibiti ſunt. Hoc anno obiit Elai Aldin filius Kera Sankuri dominus Maragæ. Succeſſit ei filius parvus, quem habebat. Haud multo poſt etiam iſte mortuus eſt. P. 452. Nuzrathaldinus Abubecer filius Pehlvani, dominus Tephrizi, potitus eſt Maraga, totaque eius ditione excepto caſtello Rundaz, ubi

Digitized by Google

ubi rebellaverat eunuchus tutor pueri, qui mortuus erat. Anno Arabum 605 ingens multitudo Iberorum invaſerunt agrum Chalatenſem, ſubiugarunt urbem Argiſcham, eamque ſpoliarunt, interfecerunt ſenes & iuvenes, ligarunt mulieres, filios & filias, eamque penitus vaſtarunt, & deſertam atque evacuatam reliquerunt. Negamaldin Auhad, qui Chalatæ erat, non poterat propter multitudinem eorum occurrere. Præterea, propter cædes, quas in Chalatenſes perpetraverat, iis non ſatis fidebat, veritus, ne, quando exiret, rebellarent, eumque Iberis traderent. Hoc anno fuit terræ motus gravis Niſaburæ, omnesque eius incolæ in planitiem exierunt, ubi multos dies commorati ſunt, donec motus ceſſaret, & in urbem intrarent. Fuit etiam in Choraſana, ſed minus gravis ac Niſaburæ. Anno Arabum 606 fuit reconciliatio inter Malec Adelum Nuraldinum Arslan Schah dominum Mauſelæ. Locavit Nuraldinus filiam ſuam cuidam filiorum Adeli. Pactum inierunt, ut Schigram Kotebaldino, qui eam poſſidebat, eriperent, Adelo tradendam, atque Gazartham Cardoam domino eius Sengarſchaho, Nuraldino concedendam. Adelus ad bellum ſe accingens, cepit Haboram & Niſibin, quæ domini Schigræ fuerant. Quo audito Nuraldinus reſipuit fuitque ſimilis homini vinum ſuum evomenti. Cognitum enim habebat, ſi etiam Schigram & Gazartam Adelus caperet, non ſolum Gazartam non deditum ſed etiam Mauſelam ereptum iri. Quum cum conſiliariis ſuis deliberaret, omnes eum obiurgarunt, quod iis arcanum non revelaſſet, antequam cum Adelo conſenſiſſet. Dixerunt enim ipſi: „Nunc nihil tibi relictum eſt, niſi ut obſerves, quod ei promiſiſti. Alias occaſionem quæreret, ut te aggrederetur tanquam homi-

Digitized by Google

hominem periurum.,, Quum de iuramento ſuo cogitaret & ſimularet ſe copias auxiliare Adelo pararet noctu ad eum venit legatus a Motapheraldino Cucburi domino Arbelæ, promiſitque, hunc copiis coactis adventurum eſſe, ut, coniunctis viribus, non permitterent Adelo, manum his regionibus iniiciendi. Nuraldinus valde lætatus eſt, iuramentaque rata habuit, quod hac nocte legatus profectus Motapher (329) Aldino indicavit. Coegit exercitum, advenit & absque mora extra Mauſelam caſtra poſuit. Miſit etiam legatum ad Chalipham, ut Adelo cupiditatem ſuam exprobraret. Miſſi ſunt etiam legati ad Malec Tahir filium Saladini, dominum Halebi & ad Soltanum Ezaldinum Cicauſum. Omnes auxilium polliciti ſunt. Etiam ſocii Adeli Schigram ſegniter oppugnarunt, inprimis Aſadalein dominus Emeſſæ, qui aperte frumentum & oves in urbem advexit. Quum dominus Schigræ urbem tradere vellet ſibique compenſationem definiret, viribus ſibi comparatis perduravit. Advenit enim legatus Chaliphæ Naſar ad Adelum, eumque obiurgavit. Pax inter eos compoſita eſt, manſeruntque ei loca, quæ ceperat, ſcilicet Habora & Niſibis. Deſtitit igitur & in Syriam abiit. Hoc tempore quum Motapheraldin dominus Arbelæ, Mauſelæ eſſet, locavit duas filias ipſius binis filiis Nuraldini, Iſaldino Maſud, & Imadaldino Zangi. Motapheraldinus valde ſuſtentavit familiam Adeli. Quia autem dominus Schigræ filium ſuum ad eum miſit, rogaturus, ut in ſui gratiam penes Adelum intercederet, ab eoque impetraret, ut ſibi Schigra relinqueretur, Motapher confidenter Adelum hoc beneficium rogavit, quia putabat, ſe, ſi vel partem dominii eius expeteret, non repulſam laturum eſſe. Adelo vero hanc ſup- P. 453.

 plica-

Digitized by Google

plicationem negligente, ei ſuccenſuit & Nuraldini partes ſecutus eſt poſt magnum odium, quod inter illos fuerat. Hoc anno obiit Pacheraldin Razi, natus annos lunares 63, logicus & dialecticus magnus Arabum, ex quo, eiusque multis libris Arabes edocti ſunt atque hodienum ubique terrarum edocentur. Origeni hunc virum compararem. Uti enim doctores eccleſiæ ex ſcriptis Origenis inſigniter edocti hæreticum eum vocarunt, ita etiam Arabes
P. 454. hunc infidelem & aſſeclam philoſophiæ Ariſtotelicæ nominarunt. Anno Arabum 607 obiit Mohammedes filius Haſanis dux Iſmaelitarum. Hic uti pater eius viam philoſophorum ſectatus eſt. Fundamenta religionis Arabum apprime diruit & reiecit. Diebus eius multos præfectos, qui tributum ei non dederant, occidit per ſocios, quos mittebat, ut in viros potentes irruerent. Hi poſtquam occiderant, occiſi ſunt. Ita, dum ſatis faciebant voluntati pravæ domini ſui improbi & tyranni, ſemet ipſos in mortem dederant. Completis annis 46 tyrannidos eius vivere deſiit. Succeſſit ei filius eius Gelailaldin Hoſein. Hic initio imperii ſui ſimulare cœpit ſe religionem Moslemorum amplecti. Ieiunavit, & oravit, atque Chalipham Bagdadi, & Soltanum Mohammedem Chowarzemſchah, reliquosque Arabes illuſtres certiores fecit, quod a moribus impiis patris ſui deflecteret, præceptaque Islamiſmi ſequeretur. Credentes ei gaviſi ſunt, & donis multis atque ſplendidis eum honorarunt. Hoc anno obiit Nuraldin Arslanſchah filius Maſudi, filii Modudi filii Zangi filii Axankuri, dominus Mauſelæ. Fuit vir probus, fortis & tremendus omnibus ſubiectis eius, etiam ceteris regibus, qui eius tempore fuerant. Appropinquante morte magnates iureiurando obſtrinxit filio ſuo natu maximo Malec Kahir Ezaldin Maſudo. Filio minori, Imadaldino

Digitized by Google

aldino Zangi dedit bina caſtella, quæ everterat, Hamidam & Schuſchum eorumque agros. Filiis ſuis tutorem conſtituit ſervum ſuum Bedaraldinum Kulum, virum terrificum & callidum, dignum, cui regnum committeretur. Ingraveſcente morbo, ſuaſerunt ei medici, ut ſe lavaret in fonte monaſterii ſancti Mar Zinæ, quod eſt ad oram Tigris. Quum illuc deportatus a Bedaraldino & lotus eſſet, nihil profecit, quia morbus eius lethalis erat. Reductus a Bedaraldino in navicula Mauſelam obiit. Adfuerunt cum illis tantum duo ſervi. Bedaraldinus una cum his duobus eum hume- P. 455.
ris impoſitum noctu in palatium extulit, nemine animadvertente. Poſtridie eius diei Bedaraldinus res neceſſarias adminiſtravit. Circa horam nonam indicavit eius mortem, & nocte inſequente funus duxit in ſepulchrum, quod Nuraldinus ſibi ante palatium paraverat. In eius locum ſuffectus eſt filius eius Malec Kahir, quum Bedaraldinus ſceptrum adminiſtrationis politicæ teneret. Ad annnm 608 & 609 nihil (memorabile) invenimus. Anno 610 obiit Mohedab medicus Bagdadenſis, qui nomine Bar Haubeli Mauſelæ inclaruit. Hic ſuo tempore præſtantiſſimus erat, Abullebarchath medici Iudæi Bagdadenſis diſcipulus fuit. Migravit ille Bagdado Mauſelam, illinc in Aderbijanam, illinc Chalatam. Operam ſuam locavit Schahermiro, in cuius aula multas opes ſibi comparavit. Quum, rege morbo quodam laborante, urinam illius ſecundum cunſuetudinem inveſtigaret; dixit ei ſervus quidam: „quare non guſtas illam, o medice!„ Medicus ei nihil reſpondit tum temporis. Foras egreſſus vocavit eum, eique dixit ſecreto: „ Num alius quis te inſtruxit, ut mihi de guſtanda urina diceres, ſcilicet rex vel quidam domeſticorum regiorum,

an ex te ipſo hæc verba protuliſti? Reſpondit ſervus, „ non alius mihi dixit. Sed audivi urinam guſtu ſe prodere uti colore, odore & ſubſiſtentia." Dixit medicus: „ res ita ſe habet, ſed non in quovis morbo. Noſce, te hæc locutum magna ægritudine me affeciſſe, quia rex hæc intelligens putaret, me in eius miniſterio non omnia officia præſtitiſſe, quæ a me implenda ſunt." Ab illo tempore offenſioni fuit medico huius cogitatio, neque ibi amplius quietus fuit. Dedit multum argenti ſervo huic, ab eoque impetravit, ut hoc modo amplius non cum eo loqueretur.

P. 456. Quum poſtea ab aulicis interrogaretur, iuſſus eſt abire Chalata. Habitavit Mauſelæ, ubi manſit, donec moreretur. In poſtrema vita cœcus factus eſt multique ad eum venerunt, ut medicinam probe addiſcerent. Vixit annos 95 & ſcripſit librum præclarum de medicina, conſtantem quatuor voluminibus, eumque Moctar appellavit. Multi legunt eum, eique hodie operam navant. Hoc anno, id eſt, anno Arabum 610 Cinghiz Chanus ipſe voluit in Perſida contendere. Quum veniſſet in regiones Turcorum Iguræorum, omnes Emiræ, qui ibi erant, cum exercitibus eorum partes eius ſecuti ſunt. Scilicet Biſchcalig præfectus (330) nomine Idikut eiusque exercitus, ex Almalig autem Senak Tachin eiusque equites cum multis aliis. Tum Cinghiz Chanus Tuſchi filium ſuum cum quinque myriadibus ad latus Chungadi miſit, binos alios filios Schagataii & Ochtaium ad urbem Othararam caſtra ponere iuſſit. Ipſe verſus urbem Bocharam profectus eſt præcepitque iis, quos ad Othararam reliquerat, ut urbem arcte obſiderent. Quum eam ſtrenue oppugnare ceperint, per quinque menſes illis reſtitit, quia Soltanus Mohammedes equites 50000 in ea reliquerat,

Digitized by Google

rat, quorum dux erat Gairchan. Præterea 10000 alii, duce Keraſchah Chaz Hagib, ſimiliter intus erant. Quum videret Keraſchah incolas Tataris exercitu impares eſſe, aſſumtis multis ſociorum ſuorum, ex porta Zuphi ad Mogolos noctu egreſſus eſt, qui eum usque ad mane diei cuſtoditum ad binos filios Chani adduxerunt. Poſtquam ex eo accurate didicerant, quomodo ſe urbs obſeſſique haberent, dixerunt ei: „Uti domino tuo inſidias feciſti, ita etiam nobis inſidiaberis, neque tui indigemus.„ Iuſſerunt eum omnesque eius ſocios occidi. Hoc die Tatari urbe potiti ſunt, eiecceruntque omnes populos utriusque ſexus, & opes diripuerunt. Gairchan cum 20000 electis ſuarum partium in tectis domuum urbis altarum & turribus muri certavit. Quinquageni pedites horum contra Tataros erumpebant, trucidabant & trucidabantur, donec bini tantum cum Gairchano in tecto palatii eius remanerent. Contra hos multi Tatari pugnarunt, & valde defatigati ſunt, donec hos binos occiderent. Ipſe ſolus relictus eſt. Telis eius abſumtis, ancillæ ſubminiſtrabant ei lateres & tegulas ex parietibus. His armis cum Tataris certabat. Quia Chanus vetuerat eum in prælio occidi ſed iuſſerat vivum ad ſe adduci, valde defatigati ſunt, donec eum ſecure prehenderent. Cinghiz Chanus, poſtquam eum viderat, occidi eum iuſſit in loco, qui vocatur Guglarai i. e. ædes virides. Anno 611 regnavit Soltan Ezaldinus Cicaus Synope iuxta oram maris Pontici ſita, occiſo domino eius Kiralcaſo. Anno 612 Antaliam Romanis eripuit altera vice. Anno Arabum 613 obiit Malec Tahir Gazi filius Saladini Ioſephi filii Iobi, dominus Halebi. Iuſſerat ei ſuccedere Malec Ezizum Mohammedem filium eius minorem, qui tum erat natus bien-

Pag. 457.

bienniumi & aliquot menſes. Fuit ei alius filius natu maior. Quia autem mater iunioris filia Malec Adeli erat, idcirco eum conſtituit. Ne vero a fratre ſeniore læderetur, conſtituit Tahirus gubernatorem & Atabagum filii ſui iunioris Schehabaldinum Togril eunuchum probum & miſericordem. Beneficiis affluebant & quiete opima gaudebant incolæ Halebi, dum ille vir præſtantiſſimus clavum tenebat. Prædas, quas Malec Tahir, dum vivebat, abduxerat, poſſeſſoribus mortuo illo reddidit. Anno Græcorum 1528 id eſt

C. 1217. anno Arabum 614 Pontifex Romanus omnibus regibus Francorum per legatos decretum propoſuit, quo excitarentur, ut coactis copiis Hieroſolyma, urbem ſanctam, Arabibus eriperent. Collecti igitur ſunt multi populi, & Accam venerunt. Quod quum Adelus audiret, feſtinanter ex Ægypto Hieroſolyma profectus eſt.

Pag. 458. Exierunt Franci Acca & caſtra locarunt iuxta aquas in loco, qui vocatur ſpelunca latronum. Adelus voluit prævenire, ibique caſtra metari. Quum autem non poſſet, caſtra poſuit iuxta Biſchan. Appropinquarunt Franci, ut eum adorirentur. Adelus quum videret imparem eſſe exercitum ſuum Francis, caſtra poſuit in vicinia Damaſci, usque ad finem Chanunis prioris. (330) Franci diripuerunt, quicquid invenerunt Biſchano a usque ad Libanum. Occiſis & in vincula coniectis multis redierunt in pratum Accenſe, manibus præda repletis. Fertur, Adelum Biſchano profectum vidiſſe hominem quendam ſarcina onuſtum, qui modo ibat modo ſedebat, ut requieſceret. Acceſſit ad eum ſolus eique dixit: ,,Quid te ipſum perimis, o ſenex. Ne feſtines.,, Reſpondit ſenex: ,,ad Sultanum abi, illum feſtinare veta, nam niſi ille feſtinaret, neque ego quicquam feſtinarem, neque vel domo mea pro-

profectus eſſem.,, Adelus pudefactus eum reliquit. Hoc tempore abiit princeps Boemundus, & reliquit filium, nomine Rufinum, quem ex filia Rufini, regis Armenorum, ſuſceperat. Cui quanquam regnum pertinebat, inſtitit avunculus eius, illudque ſibi vindicavit. Lebonus vero rex Armenorum, frater Rufini Armeni, quia Rufinus ille Francus filius ex filia fratris ſui erat, zelo animatus eſt, Autiochiam venit, ſibique Antiochenos iuramento conſtrinxit. Stultus autem ille, quum videret ſe regnare, ſuperbivit, & voluit Lebonum, qui ſe regem fecerat, prehendere, ut etiam Ciliciæ imperaret. Templarii inſidias cognitas Lebono indicarunt, qui nihil damni perpeſſus liberatus eſt. Anno Arabum 615 Franci mare traiecerunt verſus Damiatam, quam terra adortus eſt, qui vocatur Genſch. Nilo inter Francos & Damiatam interiacente, Arabes ſtruxerunt turrem magnam in medio Nilo, ex qua milites Francos Damiata cohiberent. Quam quidem turrem poſt quatuor menſium ſpatium Franci expugnarunt, occiſis militibus, qui ibi erant, ſciſſisque catenis Nilo iniectis. Malec Chamal filius Adeli, qui ex altero latere Damiatæ caſtra P. 459.
poſuerat, quum videret, catenas Nili a Francis ruptas eſſe, ſtruxit pontem magnum in locum catenarum. Illo ponte pariter a Francis confracto, Chamal naves magnas perforatas in illum locum ſubmerſit, ſuper quibus aliæ naves magnæ aſcendere non potuerint. Franci igitur fecerunt foſſam magnam & profundam in alio latere, aperuerunt hiatum, deduxerunt torrentem ex Nilo in hunc hiatum, atque illuc naves appulſæ ſunt. Appropinquantes muris Damiatæ ex mari urbem obſidere cœperunt. Damiatenſes vero, quia Chamal & exercitus eius prope erat, omnesque res iis ne-

Digitized by Google

neceſſariæ ex continenti advehebantur, non ſolliciti fuerunt de Francis. Tum volente Deo perlata eſt fama ad Chamalum, Adelum patrem ipſius Damaſci mortuum eſſe, atque Emiram Bar Maſchtub & reliquos Emiras Curdæos Hecharæos fratrem Chamali, Malec Paiz regem in Ægypto conſtituturos eſſe. Chamalus igitur exercitum abduxit in Ægyptum & profectus eſt. Relicta ab eo Damiata, invaluerunt Franci, terram aſcenderunt, & diripuerunt impedimenta, quæ in tentoriis Arabum remanſerant. Cœperunt igitur terra marique Damiatam oppugnare. Damiatenſes expectantes, Arabes auxilium allaturos eſſe, fortiter dimicarunt. Franci per novem menſes urbem obſederunt. Arabes obſeſſi, de auxilio deſperantes, quia Chamalus ex Ægypto exire non poterat, inſidias veritus, tandem urbem Francis ultro dediderunt. Urbe capta Franci promulgarunt, Arabem quemcunque, qui cum alimentis ſuis exire vellet, exeundi poteſtatem habere, qui manere, manendi. Multi non exierunt. Camelus quum videret fortitudinem Francorum, eos valde timuit. Deſtrui iuſſit muros Hieroſolymorum, ne munimento iis ſint, quando urbem ceperint. Hoc tempore, quum Rufinus Francus dominus Antiochiæ
P. 460. a principe Evira avunculo ſuo domino Tripolis vexaretur, quia Lebonum regem reiecerat, qui ei pro bono malum retribuere paratus erat, reliquit Antiochiam, & venit ad Henricum Gaonem regem Francorum Damiatam, penes quem fuit usque ad mortem regis Lebo[illegible]. Hoc anno non ſolum propter Francos, qui ex occidente advenerant, Arabes timore perculſi ſunt, ſed potiſſimum ob Tataros, qui ex oriente proruperant, & venerant usque ad Hemdanum, Aderbijanam & Arianam & acerbam cladem

cladem univerſæ Perſidi intulerant. Hoc anno, 27 die menſis tertii obiit Malec Kaher Izaldin Maſud filius Nuraldini, dominus Mauſelæ, poſtquam regnaverat annos 7 & menſes 9. Hic quidem mortem perpetuo timuit. Luxurioſæ vitæ deditus fuit, tanquam voluptatem præcerpere vellet, priusquam moreretur. Eius loco regnavit Nuraldinus Arslan Schah filius eius maior, iuvenis natus annos viginti, qui nomine fratris maioris appellatus eſt. Malec Kaherus moribundus conſtituit Bedaraldinum Lula tutorem filii ſui, uti olim ipſum gubernaverat. Bedaraldinus præclare egit. Miſit ad Chalipham Naſar, & adduxit diploma regium pro iuvene. Similiter miſſis legatis ad reges reliquos pacem confirmavit. Potitus eſt regno Mauſelenſi, abſque tumultu. Quanquam multi iuvenem interimere ſtuderent, & regnare concupiſcerent, ſcilicet Imadaldinus avunculus eius dominus Akræ, atque avunculi patris eius, omnes adminiſtratione ſua repreſſit. Bedaraldinus bona multa contulit in magnates & primarios incolas urbis & regionis. Omnes eum dilexerunt. Imadaldin, dominus Akræ, avunculus iuvenis Motapheraldino Cucburi filio Zinaldini, domino Arbelæ narravit: „Bedaraldinus animum induxit inſidias contra familiam noſtram ſtruere, ut regnum arripiat.„ Itaque Motapheraldinus adiuvit dominum Akræ, & cepit caſtellum Imidich. Bedaraldinus coactis copiis Imidiam profectus eſt, P. 46.1
ut eam oppugnaret & Imadaldinum caperet. Quia autem tempus hibernum erat, multumque nivis in montibus iſtis, Bedaraldinus re infecta Mauſelam rediit. Imadaldinus, auctis viribus, reliqua caſtella Hacharæam, & Saſſaniam adortus iisque potitus eſt Hoc anno concupivit Soltanus Ezaldin Cicaus dominus Rumææ



Digitized by Google

Halebi imperare, quia eam domino orbatam, infantemque ſugentem in ea proclamatum audiverat. Conſuluerunt ei magnates eius: „accidet hoc omnino, ſi Malecum Aphzil filium Saladini dominum Samoſatæ tecum ſumſeris, oſtenderisque te eius cauſa, qui a fratribus opprimitur, certare, ut ei regnum patrium vindices, eſt enim filius Saladini maior.„ Accerſivit Sultan Ezaldinus Malecum Aphzilum Samoſata. Dedit ei aurum, veſtes, multos equos & arma eumque inſtruxit, ut ſecum in Syriam iret, ea lege, ut Halebum & quicquid ei adhæret, Maleci Aphzili foret, & omnis regio, quam ditioni Maleci Aſchraphi in Meſopotamia auferrent, Soltani Ezaldini foret. Coacto exercitu adortus eſt Intabum, quam cepit & Malec Aphzilo tradidit. Hinc profectus Telbaſchram ſimiliter eam cepit. Dedita eſt Soltano Ezaldino qui eam Malec Aphzilo non tradidit. Etiam illi, qui dediderunt eam, reſipuerunt. Abhinc inſidias meditatus eſt Aphzilus. Cœpit tardare Ezaldinum, quo minus Halebum progrederetur. Dixit: „prius Mabagum capiamus & alia loca, tum Halebum occupare poterimus, quando tanquam columba remanſit, cui alæ evulſæ ſunt.„ Illis Mabugum adortis, Schehabaldinus eunuchus Malec Aſchraphum rogavit, ut opem ferret puero parvo, filio ſororis ſuæ. Excitatus Aſchraphus invaſit exercitum Rumæum Rumæique fracti ſunt ab initio impetus. Soltan Ezaldinus nihil amplius auſus eſt, ſed in regionem ſuam rediit. Aſchraphus
P. 462. Intabum profectus eam cepit, item Telbaſchram. Reſtituit eas urbes domino Halebi. Illos autem, qui Telbaſchram Aſchrapho dediderant, domum profectos prehendit Soltanus Ezaldinus, & absque miſericordia in domo quadam combuſſit. Hoc anno, quando

Digitized by Google

do Franci, ut narravimus, Damiatam obſederunt, obiit Malec Adelus menſe ſexto anni 615 (332) natus annos 75 in loco, qui vocatur Ealkin. Ductum fuit funus Damaſcum, ibique ſepultum in ſepulchro, quod ſibi ipſe paraverat. Fuit enim valde callidus, & perſeveranter iracundus, qui poſt tempus aliquod vindictam ſumeret. Reliquit filios hos, Malec Chamal, Naraldinum Abualmeli dominum Ægypti, Malec Moatem Motapheraldin Iſa dominum Damaſci, & Hieroſolymorum, Malec Aſchraph Scherephaldin Muſam dominum Edeſſæ, Harranis et Chalatæ, Malec Motaphar Schehabaldin Gazi dominum Maiphercatæ, Malec Haphit dominum Kelehgabar, Malec Eziz Otman dominum Banias, & Malec Zalach Iſmail dominum Baſſoræ, & Malec Paiz Iacob, & Malec Taher Tagaldin Iſaac. Hoc anno, quum cognoſceret Bedaraldinus, Motapheraldinum dominum Arbelæ & Imadaldinum Zangi dominum Akræ conſenſiſſe, ut diriperent agrum Mauſelenſem, & caſtellis potirentur, & quum certus eſſet, ſe humilitate nihil ab hisce viris impetraturum eſſe, neque, ſi eos obiurgaret, (333) viribus parem eſſe, confugit ad Malec Aſchraphum dominum Meſopotamiæ & Chalatæ, eique idem obſequium promiſit, ac ſi magnatum quidam eſſet. Lætatus eſt Aſchraphus & exercitum miſit Niſibin, ut, quando a Bedaraldino advocarentur, ad eum proficiſcerentur, Anno Arabum 616 Imadaldinus Zangi ex caſtello Imadiæ ad caſtellum Akræ deſcendit, ut loca in planitie occuparet, quia montana antea occupaverat. Quod quum Bedaraldinus audiret, iuſſit regionem defendi. Tum duces conſilium inierunt; ut Imadaldinum Zangi iuxta Akram, inſcio Bedaraldino, ſubiugarent. Tota nocte profecti mane feriæ primæ, po- P. 463.

ſtremo die menſis primi Arabum prælium commiſerunt ſub caſtello Akra. Penitus fuſus eſt Zangi & Arbelam fugit ad Motapheraldinum. Mauſelenſes domum redierunt. Tum legati advenerunt Chaliphæ Naſari & Malec Aſchraphi, eosque reconciliarunt & pacaverunt. Diebus iſtis quum pax confirmaretur, obiit iuvenis Nuraldinus filius Malec Kaheri, dominus Mauſelæ, qui perpetuo ægrotabat, & vix per decem dies equo inſidens in conſpectum publicum prodierat. Tum Bedaraldinus fratrem ipſius, puerum natum tres annos, nomine Naſeraldinum Mahmudum ſuffecit in locum fratris, iuratis coram puero magnatibus, qui eum equo impoſuerunt & cœtui oſtenderunt. Populus gaviſus eſt, qui vidit ſupereſſe adhuc regem ex familia Atabagi, quam valde diligebant. Mortuo Nuraldino, & ſuccedente fratre, puero, Motapheraldinus & Zangi cum Mauſelenſibus certarunt, & ceperunt regionem devaſtare. Bedaraldinus, quia multas copias Mauſelenſes Halebum miſerat, ad Malec Aſchraphum, qui regionem Francorum infeſtare voluit, Aibagum ducem Aſchraphi, qui Niſibin miſſus erat, ad ſe adduxit. Quum Bedaraldinus videret paucos eſſe numero, qui advenerant cum Aibago, ſervo Aſchraphi, obmutuit, immo ſuccenſuit, quia iis, quos ad Aſchraphum miſerat, plures fuerant iis, qui ab Aſchrapho ad eum miſſi erant. At Aibagus animo exaltatus coegit Bedaraldinum, Tigrim tranſire, & regionem Arbelenſem invadere. Quo audito Motapheraldinus collectis copiis, Zabum traiecit. Bedaraldinus & Aibagus progreſſi caſtra poſuerunt, binique exercitus ſibi oppoſiti fuerunt. Media nocte ſurrexit Aibagus ad opprimendum exercitum Arbelenſem. Licet Bedaraldinus eum hortaretur, ut expe-

Digitized by Google

expectaret, donec dies illuceſceret, detrectavit. Sed equo inſidens aſſeclas ſuos equos aſcendere iuſſit. Bedaraldinus coactus fuit eum ſequi. Irruerunt in Motapheraldinum. Ezaldinus Aibag ſervus Aſchraphi fugit ad cornu ſiniſtrum domini Arbelenſis, cornu vero dextrum domini Arbelenſis fregit cornu ſiniſtrum Bedaraldini, qui cum paucis viris in medio relictus eſt, & centro exercitus domini Arbelenſis reſiſtere non potuit. Fugit igitur Bedaraldinus & cum peditibus paucis, Tigri traiecto, Mauſelam venit. Neque gradum ſiſtit, ſed ad urbem Baladam contendit; copias iterum coacturus. Motapheraldinus eum inſecutus eſt, caſtraque locavit ſub colle caſtelli Ninives. Commoratus ibi tres dies, quum audiret, Bedaraldinum paratum eſſe ad eum noctu aggrediendum, Arbelam ivit. Quum Niniven tranſiret, neminem læſit. Tantum Scheharzuræi, qui cum eo erant, rapuerunt adoleſcentulam, ſponſam recentem ex oppido Beth Saharoie (vico aulicorum.) Amici eius factum ægre ferentes fœminam liberarunt, & occiderunt Curdæos nonnullos. Motapheraldinus, hoc audito, valde indignatus eſt, quia ei dicebatur, ruſticos illos ipſi conviciatos eſſe, dum clamarent, „vivat ſceptrum aureum Bedaraldini.„ Miſit milites contra oppidum iſtud, qui etiam oppidanos aggreſſi, qui in eccleſia ſe muniverant, occiderunt circiter 300, poſtea abierunt. Tranſeuntes Bertylum abſciderunt gladio manum iuvenis cuiusdam. Poſtea miſſis mutuo legatis pax compoſita eſt. Hoc anno, quum incolæ caſtelli Chuaſchi viderent, reliqua caſtella in deditionem Imadaldini Zangi redacta eſſe, miſſis ad eum legatis, ei Cuaſchum dediderunt, expulſa (334) inde familia Bedaraldini. Qui quum cognoſceret, Motapheraldi-

P. 464.



aldi-

Digitized by Google

aldinum iuſiurandum non ſervare, neque ceſſaſſe, ex quo Zangium
ſollicitaverat, ut cum eo contenderet, a Malec Aſchrapho petiit,
ut opem ſibi laturus adveniret, & dominum Arbelæ coërceret.
Aſchraphus, quia multos tum temporis adverſarios habebat, ſci-
licet Soltanum Cicauſum e ditione Rumæorum, nec non dominum
Amidæ & caſtelli Cephæ, dominum Mardini atque præterea Emi-
Pag. 465. ra Bar Maſchtub & Emira Izaldin Hemidenſis ab eo defecerant,
non niſi interiecto tempore, in auxilium Bedaraldini advenire
potuit. Hoc anno, menſe undecimo anni Arabum 616 id eſt
C. 1220. anno Græcorum 1531 menſe Chanune poſteriori obiit Soltan Ezal-
din Cicaus filius Cicſerubi filii Keligarslani dominus Rumææ.
Copias coegerat, ut iterum bellum inferret Aſchrapho domino
Meſopotamiæ. Quum Malatiam perveniſſet, invaluit phthiſis, qua
laboravit. Quare illinc reverſus eſt & obiit. Magnates adduxe-
runt Elaaldinum Cikubadum, qui in caſtello Meſræ in monte be-
nedicto ſito in vincula coniectus erat, eumque regem ſuum con-
ſtituerunt. Sunt, qui dicant, Soltanum Ezaldinum ante mortem
ſuam eum e carcere eduxiſſe, & magnates coram ſe ad iuſiuran-
dum adegiſſe, quia filius ei non erat, qui regno aptus eſſet.
Soltan Elaaldin Cikubadus initio regni ſui, quum videret, multos
ſibi eſſe inimicos, ſcilicet Græcos, & Armenos, qui circa eum
erant, etiam avunculum ſuum, dominum Erzeri, amicitiam con-
flavit cum Malec Aſchrapho petiitque, ut ſoror illius ſibi in ma-
trimonium collocaretur, quæ etiam ei tribus poſt annis nupſit.
Hoc anno, id eſt, anno Armenorum 668 obiit Lebonus rex Ci-
liciæ, vir ſtrenuus in præliis & fortis in bellis. Filia tantum ei
fuit nomine Zobel. Siradan Pali dominus caſtellorum ad oram
mari-

Digitized by Google

maritimam ſuſcepit gubernandam filiam regis & ipſum regnum, circiter per duos annos, quando ab Iſmaelitis interfectus eſt. Anno Arabum 617, menſo primo, Cinghiz Chan oppugnavit ipſe urbem Bocharam, quæ ſola retinuit religionem Moslemorum in omnibus regionibus, quæ trans Gihonem ſunt. Caſtra poſuit iuxta portam caſtelli. Advenerunt etiam multæ legiones Mogolorum, quæ numerum locuſtarum ſuperabant, atque turmatim miſeram urbem cingebant. Erant autem ibi equites circiter 20000, & duces celeberrimi Saving Chan et Chesli Chan, qui quidem quum viderent multitudinem militiæ Tataricæ, deſperarunt de bello, & ad occaſum ſolis ex urbe in fugam ſe proripuerunt. Quum veniſſent ad litora Gihonis: excubitores Mogolenſes eos adorti ſunt omnesque enſibus trucidarunt. Incolæ urbis videntes, neminem illis reſiſtere poſſe, aperuerunt portas urbis, & ad obſequium Cinghiz Chani præſtandum profecti ſunt. Ille eorum miſertus eſt, neque eos interfecit, ſed urbem intravit ad eam viſendam. Accedens ad portam templi magni, quæſivit, num ædes præfecti ſint. Dixerunt ei ſcribæ Arabum: non, ſed domus Dei eſt. Deſcendit Cinghiz Chanus equo. Ingreſſus conſiſtit coram Mihrab (335) & Tuli filius eius minor aſcendit gradus Minbar (ſuggeſtus) Edixit Cinghiz Chan, equos fame premi & planitiem gramine deſtitutam eſſe. Magnates urbis aperuerunt cumulos & ciſternas tritici & hordei, atque humeris portatum proiecerunt pabulum equis, eosque cuſtodiverunt. Adduxerunt etiam œnopolitas, (336) qui Tataros potabant, cantores, cantatrices, item ſaltatrices, quæ revera in corde ſuo ſaltabant. Chingiz Chan advocavit magnates urbis, illisque ita locutus eſt: ,, Opes, quæ ſuper terra P. 466.

Digitized by Google

terra ſunt, non neceſſe eſt, ut nobis indicetis, ſed illas, quæ in corde terræ abditæ ſunt, petimus, ut nobis afferatis & detis. Tum vivetis. „Reſponderunt, mandatum regis impletum iri. Effoderunt & adduxerunt abundantiam, quæ computari nequit. Quia multi milites in urbe latebant, ignis in eam iniectus, totaque combuſta eſt, una cum toto apparatu, qui in ea reconditus erat. Qui foris (337) erant, per regiones diſperſi ſunt. Bocharenſis quidam, quum in Choraſanam veniret, interrogatus, quomodo hoc occidiſſet, reſpondit," quid mihi moleſti eſtis? Venerunt enim Tatari, occiderunt, foderunt, incenderunt, diripuerunt, & abierunt.„ Ille, cui aures ſint ad audiendum, audiet. Hoc anno Bar Maſchtub, quem ab Aſchrapho defeciſſe narravimus,
P. 467. Niſibin contendit, ut inde Arbelam tranſiret ad Motapheraldinum. Irruit in eum cohors equeſtris Niſibina, eum fregit, diſſipavitque, qui cum eo erant. Fugit Bar Maſchtub cum viris paucis, & in regionem Schigrenſem tranſiit. Quo audito Pharruch Schah filius Zangi filii Mududi filii Zangi milites ablegavit, qui eum vinctum adduxerunt. Quia Pharruch Schah, dominus Schigræ, ſocius Aſchraphi fuit, decepit eum Bar Maſchtub & inimicum Aſchraphi reddidit. Promiſit etiam addito iureiurando, ſe pugnaturum eſſe, donec Mauſelam Bedaraldino eriperet, illi tradendam. Tum dimiſit dominus Schigræ Bar Maſchtubum, qui, dato ei exercitu equeſtri, regionem Arabum devaſtavit. Bedaraldinus, qui hoc cognoverat, copias miſit, a quibus Maſchtub victus eſt. Effugit & profectus eſt ad caſtellum Taliphræ, quia domini Schigræ erat. Quo audito Bedaraldinus ipſe caſtellum Taliphram obſedit, donec illud expugnaret. Bar Maſchtubum ligatum miſit

Digitized by Google

miſit ad Malec Aſchraphum. In carcere manſit Harane uſque ad mortem. Malec Aſchraph dedit Heni & Gabalguram domino Amidæ, pollicitus præterea, ſe etiam urbem Daram ei ceſſurum eſſe. Poſtquam eum a domino Mardini ſeparaſſet, potens factus eſt, (Aſchraphus) Doniſaram venit, & totam regionem Mardinenſem occupavit. Incluſit dominum Mardini caſtello, eique alimenta abſtulit. Tum dominus Amidæ Aſchraphum adiit, ſeque conciliatorem inter eos præbuit. Pax compoſita eſt, quum dominus Mardini Reſainam & denarios 30000 Aſchrapho daret, & Mevaſaram regionis Schebectanæ domino Amidæ. Aſchraphus Niſibin profectus eſt. Veritus eum eſt dominus Schigræ legatumque ad eum miſit, quum in via eſſet, & dedit Aſchrapho Schigram, pro qua Callinicum recepit, atque illuc ipſe cum fratribus domeſticis & omnibus eius opibus abiit. Aſchraphus, occupata Schigra, cœpit copias ſuas Mauſelam præmittere, ut Arbelam veniret. Venit ſingulis diebus turma magna equitum; P. 468. quas omnes ipſe Mauſelam ſecutus eſt feria tertia, die 19 menſis quinti huius anni. Convenerunt eum legati Chaliphæ, domini Arbelæ polliciti ſe omnia caſtella, quæ Zangi Bedaraldino eripuerat, reddituros eſſe, ſi pax ſtabiliretur. Aſchraphus recuſavit, Mauſela profectus Tigrim traiecit, & caſtra locavit ad Selamiam oppidum in vicinia fluvii Zabi. Motapheraldin caſtra poſuerat in media ora Zabi. Naſeraldinus, dominus Amidæ, quia ſocius Aſchraphi erat, atque clandeſtinam inimicitiam contra Motapheraldinum alebat, conſilium dedit Aſchrapho, ut pace ſancita honoratus rediret. Dixit ei etiam: „ſi viceris, offenſio eris Chaliphæ & vituperaberis ab omnibus Arabibus. Sin victus fueris, infa-



Digitized by Google

infamia erit tibi fœderatisque tuis in æternum. „ His verbis allectus Aſchraphus pacem iniit, & ſumto Imadaldino Zangi, domino Akræ, obſide, donec redderentur caſtella, quæ ceperat, Schigram reverſus eſt. Profecti igitur ſunt, qui caſtella repeterent, & Bedaraldino ceterisque redderent. Uno excepto caſtello, quod in confiniis Hechecharæorum erat, reliqua capere non poterant, quia rebellionem oſtendebant, neque in deditionem venire volebant. Motapheraldinus Zangi ſe convertit ad Schihabaldinum Gazi fratrem Aſchraphi, qui a fratre ſuo Aſchrapho impetravit, ut Motaphero condonarent, etiamſi caſtella nondum tradita eſſent. Bedaraldinus quidem hac de re iratus fuit, ſed voluntati Aſchraphi reſiſtere non potuit. Hoc tempore Bedaraldino ſecrete narratum eſt, Aſchraphi animum eſſe, ut Telafram eripiat, quia iam Schigram occupaverat. Obtulit igitur ei Telafram, ita ut & Schigra & Telafra Aſchraphi eſſent. Zangi potitus omnibus caſtellis Hechecharæorum & Suſanorum cœpit affligere eorum incolas, eosque exactionibus oppreſſit. Quare pœnituit eos fœderis, cum eo ſanciti, ſeque Bedaraldino dedere voluerunt. Verebantur tamen inimicitiam oſtendere. Bedaraldinus hoc intelligens confirmavit eos, iureiurando pactus, ſe eos non læſurum, ſed beneficia in eos collaturum eſſe. Stultitiam eorum favorem æſtimavit, ita, ut eum a favore Aſchraphi declinarent. Conſenſerant iam antea domini caſtelli Imadiæ, ſe illud tradituros eſſe. Quia autem absque mandato Aſchraphi tradi non poterat, illud ab eo petiit. Succenſuit Aſchraphus neque ei permiſit, donec ei Bedaraldinus caſtellum, quod vocatur Hadatha iuxta Niſibin & regionem interamnem traderet. Tum Bedaraldinus cepit Imadiam, maioraque tradi-

Pag. 469.

Digitized by Google

traditoribus caſtelli retribuit, quam promiſerat. Quod quum incolæ reliquorum caſtellorum audirent, omnes illa tradiderunt. Valde mirandum eſt, quum multæ copiæ ex Syria, Meſopotamia, Armena & reliquis regionibus collectæ eſſent, hæc caſtella capi non potuiſſe, ſed Bedaraldinum calliditate ſua absque violentia iis potitum eſſe. Completum igitur eſt, fiduciam in Domino collocatam meliorem eſſe ea, quæ in præfecto ponitur. Hoc anno obiit Malec Manſur Naſaraldin Mohammedes filius Motapher Takialdini Omar filii Schahenſchæ filii Iobi, dominus Hamathæ, natus annos 50. Præcepit, ut filius eius maior, qui in Ægypto penes patruum ſuum Malec Chamalum erat, nomine Malec Motapher Takialdin in locum eius ſufficeretur. Magnates accerſiverunt alium filium Damaſco nomine Malec Naſer Kelig Arslan, cui Hamatham tradiderunt. Anno Arabum 618 ivit Malec Moatem dominus Damaſci, & Malec Aſchraph & dominus Mardini, item exercitus Halebenſis, Malec Naſer dominus Hamathæ, & Malec Mugahed dominus Emeſſæ ad opitulandum Malec Chamalo. Coniunctis viribus oppugnarunt Damiatam, Francisque vias præcluſerunt. Franci perterriti conſenſerunt, ut Damiatam dederent cum omnibus captivis Arabibus, qui Accæ fuerunt. Permiſerunt illis Arabes, ut in patriam incolumes redirent. Chamalus ex Francis obſides ſibi ſumſit, donec Damiata & captivi traderentur. P. 470. Arabes pacem confirmabant cum legato vicario Pontificis Romani, quia duxerat exercitus Francorum, & cum Geone, domino Accæ, in octo annos. Receperunt igitur Arabes Damiatam & vanus fuit labor Francorum. Priusquam auxilium Malec Chamalo advenitſet, multis legationibus ad Francos miſſis, iis pacem

 hac

Digitized by Google

hac lege obtulit, ut iis concederet Hieroſolyma, Aſcalonem, Tiberiada, Saidam, Gabalam, & Laodiceam, tantum Damiata ab iis relinqueretur atque Mizraim & tota Ægyptus evacuaretur. Franci vero diſſenſerunt & poſtularunt adhuc caſtellum Caric, & denarios 300000 pro everſione murorum Hieroſolymitanorum, auctore Chamalo factam. Idcirco coactus eſt Chamalus in auxilium ſuum advocare fratres ſuos, quique religioni ſuæ addicti erant. Horum aliquot gratis (pugnabant). Templarii damno affecerunt partem proventuum agri Emeſſeni, quam Arabibus eripuerunt, & Hoſpitalarii tributum puteis impoſitum. Manſerat Damiata Francis hoc tempore per annum integrum, & menſes decem atque dies 24. Hoc tempore adorti ſunt Iſmaelitæ Siradanum adminiſtratorem regni Armeni in ſemita anguſta, qua itur verſus eccleſiam noſtram Mar Barſumæ in urbe Sis. Occiſo eo, ſuffectus eſt Pali, Baro Conſtantinopolitanus filius Baronis Basgi, patruus regis Leboni. Rufinus (Robinus) quum audiſſet, Lebonum regem dudum mortuum eſſe, atque adminiſtratorem regni Siradanum etiam occiſum eſſe, aſſumta matre ſua filia regis Rufini maioris mare traiecit, & ad portum caſtelli Coryci appulit, ut in Cilicia regnaret. Dominus caſtelli, qui erat Baro Behram dominus Schechadi non dedit ei locum ad traiiciendum, ſed minatus eſt, ſe niſi matrem eius in uxorem ſibi deſponſaverit, eum prehenſurum & peremturum eſſe. Hic quum cogeretur, matri rem per-

P. 471. ſuaſit, quæ quidem quum eam audiret, turbata eſt, eiulavit & conviciis Behramum proſcidit. Tum ingenui ingenuæque perſuaſerunt, ut ad ſalvandum filium ſuum vel in ignem ſe proiiceret. Itaque ægre precibus victa fuit, clamans „hæc coniunctio forni-

fornicatio mihi eſt, non deſponſatio legitima.,, Poſtquam Behramus inter uxores eam receperat, valde eam honoravit. Illi filioque illius inſerviens urbem Tarſum oppugnavit & cepit. Inde profectus Adenam etiam eam cepit. Contendit etiam Meſſiſatham, quumque ibi caſtra poſuiſſent Pali Baro Conſtantinus, coactis copiis, eos adortus eſt, & fudit. Quum ante illum fugerent, eos perſecutus eſt, & urbe Tarſo incluſit. Ibi cepit & perdidit omnes, Behramum Rufinum, & matrem eius filiam Rufini maioris. Abhinc expectavit Pali, magnates Armenos deſideraturos eſſe, ut filiam regis Leboni locaret cuidam filiorum ſuorum, eumque regem cônſtitueret, quia quinque filios habebat. Quod quum deſideraretur, iratus fuit & pactum cum iis iniit, ut accerſerent Philippum filium principis cœci, illique deſponſarent Zabelam filiam regis Leboni, atque regem Ciliciæ eum conſtitueret. Rem publicam per biennium & quod excurrit profecto male adminiſtravit. Propoſuerat enim omnes magnates Armenorum perdere; illisque Francos ſufficere. Cœpit Armenos contemnere, & non Polhe (milites) ſed Paloche (ruſticos) appellare, neque illis conceſſit, ut menſæ eius accumbentes cum eo comederent. Quando decies portam ipſius pulſabant, vix ſemel iuſſit in conſpectum ipſius admitti. Itaque invaluit odium ipſius in Armenos. Tandem crudelitate eius non amplius tolerata, convenerunt Pali Baronem Conſtantinum, eumque ſupplicarunt, ut ab hoc tyranno illis effugium daret, quia eos pœniteret, regem conſtitutum eſſe. Pali poſtquam eos iureiurando obſtrinxerat, paravit ſpeculatores & venatores, qui Philippum noctu in lecto dormientem aggreſſi ſunt, & ex gremio reginæ deduxerunt. Cœ-

 pit

Digitized by Google

pit illa flere, faciem lacerare, & valde eiulare (exclamans) Sir, Sir (ſignore, domine) quia maritum magno amore proſequebatur. Ductores autem iſti illi nihil reſpondebant, neque eam exaudiebant, ſed maritum coram illa ligabant, atque ex colle Hamdum deducebant, ut in urbem Sis transferrent. Fuit ibi in carcere circiter duos annos. Princeps pater eius, etiamſi vir eſſet fortis, noluit moleſtare Armenos, ne forte irati filium interimerent, ſed tantum legatos miſit, rogavitque, ut eum dimitterent. Regnum autem ab illis non petiit. Quum autem nimis inferiori conditione uteretur, quam ut legatos mitteret, ipſe ad collem Hamdum profectus eſt, petiitque ut filium ei traderent. Conceſſerunt tandem, filiumque ad caſtellum appellatam Emedam deduxerunt. Quo facto principi mandarunt, ut filium reciperet. Quum eum recipere vellet, dicebatur principi: „etiamſi filium tuum recipias, non vivet, quia venenum epotavit, neque ultra 20 dies vivere poteſt.„ Hoc etiam factum eſt. Poſtquam enim princeps abiit, iratus & minatus, paucis poſt diebus Philippus mortuus eſt, neque quisquam novit, ubi ſepultus ſit. Regina audiens eum obiiſſe, deſperavit, ad caſtellum Seleuciæ in ora maritima abiit, & ad templarios, dominos caſtelli, aufugit, qui eam honorifice receperunt. Adiit eam mater ipſius ex Cypro, quæ Franca erat filia regis Cypri. Quia filia eius Philippo maritata erat, erant, qui matrem recipi vellent inter mulieres Sir Gofri domini Cephæ & Serundi, qui erat filius Baronis Sunbati frater Baronis Conſtantis Pali. Quæ quum nollet, expulſa eſt ex regione ipſius, & Cyprum contendit. Hoc tempore ad filiam ſuam rediit. Ambæ Seleuciæ manſerunt, donec Pali eam vi inde deiiceret.

Pag. 472.

Digitized by Google

ceſet. *De expugnatione Samarkandæ per Tataros.* Hoc anno, id eſt, anno 618 poſtquam Tatari urbem Bocharam ceperant, caſtra poſuerunt ad urbem magnam Samarkandam, quæ abundabat vicis magnis & repleta erat paradiſis pulcris. Soltanus Mohammedes ibi reliquerat milites 110000 ad eam tuendam. P. 463. Cinghiz Chan audiens eam militibus adeo munitam eſſe, ipſe eam adortus eſt. Mogoli eam cinxerunt, & numerarunt turres eius. Accenſus eſt ignis belli inter obſeſſos & obſidentes. Quodam die exierunt copiæ pedeſtres obſeſſorum contra Tataros, pugnam acrem cierunt, multosque Tataros occiderunt. Alios vivos ceperunt & in urbem duxerunt, quos cruciatos crudeliter interfecerunt. Cives hæc videntes valde timuerunt dixeruntque alter alteri: „ Fiet deinde, ut vindicta propter hos ſumatur, ſi conniverimus. „ Conſilio inter ſe capto, clam legatos ad Cinhhiz Chanum miſerunt, qui promitterent, ſe noctu portas urbis aperturos eique urbem dedituros eſſe. Qua de re Cinghiz Chan valde lætatus iisque vitam pollicitus eſt. Veſpere collegit iudex urbis & alius, qui vocatur Scheich Aslam coetum magnum plebis aperuerunt portas urbis, per quas Mogoli intrarunt. Milites, qui in urbe erant, fugerunt, atque in caſtellum ſe receperunt. Tatari cœperunt prædari & incolas urbis ſpoliare. Homines utriusque ſexus centuriatim ex urbe eiecerunt, eosque turmatim collocarunt, exceptis 50000, qui liberati ſunt cum iudice & Scheich Aslamo, neque foras exierunt. Noctu egreſſi ſunt Tatari, & occiderunt omnes, quos foras eiecerant. Tantum filios & filias reliquerunt, infra viginti annos natos. Dux quidam, qui in caſtello erat, factum heroicum perfecit. Accitis viris 1000 rupit exercitum Tata-

Tatarorum & per medium eorum tranſiit. Fugerunt, quum ad damnum inferendum manere non potuerint. Abierunt Choraſanam ad Soltanum Mohammedem. *De expugnatione Chowarezmiæ per Tataros.* Cinghiz Chanus, quum ab expugnatione Samarkandæ quieſceret, duos filios Schagataium & Ochataium verſus Chowarezmiam miſit. Chowarezmia autem nomen clima-
P. 474. tis (regionis) eſt & nomen metropoleos huius climatis Georganich (Jorjangah) eſt. Quum Tatari, qui ante exercitum procedere ſolent, ad portam urbis veniſſent, crediderunt cives, hos paucos tantum adeſſe. Exiit igitur populus multus equeſtris & pedeſtris ex urbe, ut in Tataros illos irruerent. Quum veniſſent ad vineam hominis, qui appellabatur Caurem, quæ ſtadio uno diſtabat, inſiluit in eos exercitus Mogolorum omnesque occidit. Fuerunt autem cives, qui occiſi, & humum proſtrati ſunt, circiter 100000. Advenerunt igitur Tatari victores, atque urbe penitus potiti ſunt, eamque diripuerunt, occiſis etiam reliquis hominibus. Soltanus Mohammedes antea reliquerat, in Choraſanam contenderat, atque cum magnatibus ſuis deliberabat, quid faciendum ſit, & quomodo ab inimico iſto valido liberari poſſint. Dixerunt ei: „ ex regionibus trans Gihonem nulla ſperanda ſalus eſt. Tantum hic in Choraſana in locis munitis paratæ eſſe debent copiæ ad pugnandum cum iis, ſi advenerint. „ Reſpondit: „ animus bellum gerendi cum illis nobis deficit, & ſi illi nos adoriantur, nobis nihil reliqui eſt, niſi ut in Indiam coram illis fugiamus. „ Filius eius Gelalaldin Chowarzemſchah in fugam non conſenſit, ſed omnibus dimicandum eſſe putabat, donec in prælio morerentur. Pater eum hac de re increpuit, & tanquam homo

homo confeſtim moriturus cœpit edere, bibere, & ſe oblectamen-
tis mundanis ingurgitare, ut iis ſaturetur. Ita occupatus, quum
audiret, Tataros Gihonem traieciſſe, aufugit ipſe Hemdanum,
atque fœminas & liberos ſuos parvos ad caſtellum, quod Balan
vocatur, miſit. Tataris Hemdanum venientibus, Soltanus in mon-
tes fugit Mazanderanam verſus. Quum ibi etiam eum aſſecuti eſſent,
fugit venitque in inſulam quandam maris Hyrcanii. Ibi manſit, do-
nec nuncius afferrebatur, Tataros caſtello potitos eſſe, ubi ſocii eius P. 475.
erant, atque in captivitatem abduxiſſe eius uxores filios & filias. Mares
quidem occiderunt, fœminas autem Kerakuramam miſerunt. Tum
magna ægritudine affectus eſt, morboque gravi laboravit, atque ex
mundo in hac inſula migravit, ubi etiam ſepultus eſt, poſtea in caſtel-
lum Ardahinum translatus eſt. Gelalaldinus, filius Soltani Mohamme-
dis, intellecta morte patris ipſius, nocte quadam iter 40 ſtadiorum fe-
cit verſus regiones Perſarum, qui in confiniis Indiæ habitant. Con-
gregati ad eum ſunt equites electi 90000. Cinghizchanus quum audi-
ret Gelalaldinum Chowarzemſchah, magis validum factum eſſe, ac
pater ipſius erat, oppoſuit ei multas copias Mogolorum. Audivit
hæc Gelalaldinus, iisque obviam venit. Quum in Tataros irrueret,
iuſſi ſunt ſocii ſui pedes incedere, & equum quisque manu pre-
hendere. Mortem contemſerunt & multos Mogolos telis humi
proſtraverunt usque ad veſperam. Pernoctarunt hac nocte utraque
pars in loco ſuo. Poſtero die quum Tatari fortitudinem Chowa-
rezmiorum viderent, terga in fugam verterunt. Chowarezmii
eos inſecuti occiderunt circiter 500 athletarum Tatarorum. Cin-
ghiz Chan quum hæc audiret, tanquam fulgur, advenit cum co-
piis adeo multis, ut numerari non poſſent. Quas ſimulac Gelal-

aldinus vidit, cognovit, ſe illis imparem eſſe. Quapropter ſe convertit ad traiiciendum Gihonem verſus Orientem. Iuſſit naviculas parare. Hæc audiens Cinghiz Chan multis copiis præmiſſis iter eius præcluſit. Tum non alia ſpes ei relicta erat, niſi ut dimicaret usque ad extremum halitum. Acie contenderunt utraque pars. (337) Fractum eſt cornu ſiniſtrum Chowarezmiorum & Gelalaldin Chowarzem Schah in medio relictus eſt ſolus cum equitibus 700. Tanquam lupus modo huc modo illuc impetum fecit multosque Tataros ſtravit. Mogoli magis magisque numero aucti ex omnibus partibus in eum irruerunt. Tum Emira quidam Chowa-
P. 476. rezmius, qui erat filius avunculi Gelaladini, prehendit ligamina equi eius eumque retro duxit. Videns Gelalaldinus aliam ſpem non ſupereſſe, equo deſcendit, & exoſculatus eſt domeſticos & liberos ſuos, quum ipſe pariter ac illi vehementer plorarent. Deinde relictis illis equo inſidet, dicitque equitibus, ſociis ſuis: „Qui me diligit, me ſequitur in vitam & in mortem.„ Incitato equo perrupit turmam Tatarorum ſeque in mare proiecit equo inſidens. Cinghiz Chan quum hæc videret, currit ad oram fluvii, proſpicit & miratus eſt. Mogoli pariter voluerunt ſe in mare proiicere eumque inſequi. Sed rex regum illis non permiſit. Manu ori ſuo impoſita filiis ſuis dixit: „ex patre huius ſimili æquum erat, ut filius naſceretur.„ Magnatibus dixit: „Vir huiuſcemodi dignus eſt, qui vir appelletur.„ Quum hoc tempore liberatus eſſet, facta multa & miranda de eo narrata ſunt, quæ vir prudens non negliget. Gelalaldinus poſtquam uno gladio, lancea & pugione ex aquis bellique furore cum 6 tantum equitibus, qui tranſire potuerunt, ſervatus erat, manſit iuxta oram Gihonis circiter biduum, donec ad eum colligebantur equites alii circiter

citer 50. Profecti ſunt Indiam verſus, ubi eum aſſecuti ſunt alii equites 100 ſocii. Præmiſerunt exploratorem, qui terram exploraret. Reverſus indicavit, reperiri in loco quodam 2000 milites Indos. Profecti ſunt Chowarezmii, illos ſubegerunt, omnesque occiderunt. Sumtis eorum equis aucti ſunt, feceruntque equites 500. Collecti ſunt Indi 5000, atque in eos irruerunt. Fracti ſunt Indi. Quod quum reliqui Chowarezmii, qui aufugerant, atque hinc illinc latuerant, audirent, ad eum venerunt, fueruntque circiter 3000. Perſpicientes reges Indi ſe potentiæ Chowarezmiorum impares eſſe, pacem pepegerunt cum Chowarzemſchah, eique dona multa miſerunt. Quum autem in terra illa manere non potuerint propter æſtum (338) & ægrotare cœperint, atque audirent, Tataros Choraſana (l. Chowarezmia) relicta Gihonem traieciſſe orientem verſus, Gelalaldinus ſocios ſuos aſſumſit. Abierunt ex India, & venerunt Schirazam. Atabagus Saad, dominus Schirazæ, miſit ei multas opes, ſervos & ancillas. Inde venerunt Iſpahanum. Anno Arabum 620 Sultanus Elaialdinus cepit caſtellum munitum iuxta oram maris Adriani, illudque ſecundum nomen ſuum Elohihæ appellavit. *De cæde Aminaldaulæ Thomæ Bagdadi perpetrata.* Hoc anno, die 28 menſis quinti Arabum, nocte feriæ quintæ, occiſus eſt medicus celeberrimus & præſtantiſſimus Aminaldaulah Abulcherem Saed filius Thomæ Bagdadenſis ex Iacobitis noſtratibus. Fuit præclarus in arte medica, fidelis in negotiis ſuis, ſagax & mediator egregius ad implenda deſideria egenorum, eorum quæſtiones ſolvendas, & negotia tractanda. Valde dilectus & honoratus fuit a Chalipha Naſer, & adeo magni factus, ut ei omnem guberna- P. 477.

 tio-

Digitized by Google

tionem regni filiorum, filiarum & uxorum ſuarum committeret. Quia Chalipha in poſtrema vita ob oculorum infirmitatem res arcanas ad Veziram perſcribere non poterat, inventa eſt mulier hominis cuiusdam Bagdadenſis appellata Sith Naſim, quæ chirographum conficiebat, quod autographo Chaliphæ omnino non diſcernebatur. Eam Naſer accerſivit, arcana ſua ei revelavit, & quicquid eam ſcribere voluit, ei, ut ſcribat, dixit. Quando hæc ſcripta ad Veziram afferebantur, credidit ea digito Naſeri exarata eſſe, quia Veziram cœcitas eius latuerat. Quum aliquandiu ita commorata eſſet, conſenſit cum ea eunuchus quidam, nomine Tagialddin Raſchik. Scripſerunt, quicquid voluerint, quaſi ex mandato Chaliphæ eſſet, ad Veziram, qui illud implevit. Quodam die ſcripſit Vezira Moedaldinus filius Kaſimi ad Chalipham de re quadam, reſponſumque tulit confuſum & male diſpoſitum. Pag. 478. Quum aliquid ſuſpicaretur, prehendit celeberrimum Aminaldaulam, eumque hac de re ſecreto interrogavit. Hic revelavit ei, Chalipham cœcum eſſe, & mulierem non neminis hæc ſcripſiſſe, & autographo Chaliphæ aſſimilaſſe, atque eunuchum Raſchikum cum ea conſpirare, hosque ambos pro lubitu, inſcio Chalipha, edicta edere. Ab eo tempore neglexit Vezira ſatisfacere mandatis, quæ ei afferebantur. Intellexit mulier & eunuchus, Aminaldaulam eos prodidiſſe, quia ſolus illorum, qui Veziram viſerent & cum eo loquerentur, arcanum noverat. Quare incitarunt duos fratres, qui inter filios Kemaraldini noti ſunt, ut inſidiarentur medico nocte quadam, quum ex ædibus Chaliphæ egrederetur, & domum iret. Irruerunt in eum, & percuſſerunt eum binis gladiis, qui, quum eos videret, exclamavit, prehenden-

dendos eſſe, quia hic & ille ſint. Malefici hoc audientes, repe-
titis ictibus eum penitus interfecerunt. Percuſſerunt etiam eum,
qui candelam portabat, gladio. Eodem tempore turbata eſt ci-
vitas & palatium Chaliphæ. Deportatus fuit defunctus, domum-
que deductus, ubi ſepultus eſt. Poſt novem menſes translatus
fuit in eccleſiam Mar Thomæ, ubi cum fratribus ſuis ſepultus eſt.
Eadem nocte, qua vir ille celeberrimus occiſus eſt, prehenſi ſunt
bini eius occiſores maledicti. Diſcerptis eorum inteſtinis, cru-
cifixi ſunt eo in loco, ubi defunctum occiderant. Reliquit defun-
ctus tres filios illuſtres Schemesaldaulam, Pecheraldaulam, Ta-
galdaulam, qui pariter ad magna honorum faſtigia evecti ſunt,
inprimis natu maior Schemesaldaulah. Hoc anno, id eſt, anno
Arabum 618 obiit Gelalaldinus Haſan princeps Iſmaelitarum, cui
ſucceſſit filius eius Elaialdin Mohammed natus annos 9. Hic
cum pueris parvis, æqualibus eius, inter luſores, nutritores
agnorum & converſantes cum camelis educatus eſt. Rem publi-
cam (339) mulieribus adminiſtrandam reliquit. Poſtquam 5 an-
nos regnaverat medicus quidam, qui apud illos erat, in morbo P. 479.
quodam, qui exiguam effuſionem ſanguinis requirebat, venam
ei ſecuit & multum ſanguinis emiſit. Qua de cauſa atra bilis eum
occupavit, cœpitque phantaſiis abſurdis indulgere, & de ſemet
ipſo credere, ſe Deum eſſe. Quia errore magno obſcuratus erat
eorum intellectus, qui ei ſubiecti erant, & indiciis vanis dediti
erant, rei cuicunque, quam proferebat, crediderunt, neque
eum quisquam corrigere (340) poterat. Quicunque eum damno
afficiebat, vel inſidias ei ſtruebat, hunc crudeliter interfecerunt.
Quare etiam viri ſapientes, qui in aula eius in ſervitutem reda-

cti erant, adeo eum timuerunt, ut tanquam Deum eum magni facerent. Ornamenta odio habebat Elaialdinus iſte. Veſtimento laneo vel goſſypino coloris cærulei indutus erat, & in habitatiuncula ovina habitabat. Fertur quondam, quum ſederet ſuper vertice montis alti, & legati regum diſſitorum penes eum eſſent, nutu tantum ſupercilii eius, 50 homines eorum, qui coram eo ſtabant, ex vertice montis huius alti ſe proieciſſe, & mortuos eſſe. Itaque timor eius perterruit omnes reges terræ ſeque iugo ſubmiſerunt, ut tributum ei ſolverent, & cum eo proventus terræ eorum mitterent. Anno 621 obiit Malec Aphzil filius Saladini, fili Iobi, dominus Samoſatæ, in urbe Samoſata. Hic valde verſatus erat in libris, ſermone eleganti & poeſi, debilis autem in negotiis, & deſtitutus aſtutia, quæ regibus neceſſaria (341) eſt. Quare privatus eſt regno paterno, & ambitum parvum pro magno imperio, quanquam invitus, accepit. Anno 622 obiit Chalipha Naſer Abulabas Ahmed natus annos 70 nocte, quæ præcedit feſtum paſchatos Arabum. Valde vigil erat, & aſſiduus. Perpetuo, variata ſpecie, circumivit plateas Bagdadenſes. Cura ei erat, ut noſceret usque ad filum acus (vel leviſſima) facta magnatum & procerum. Comparebat interdum
P. 480. veſtitu Turcico interdum Perſico, & interdum habitu mercatoris. Hac de cauſa multi perierunt, quia, quando animadvertebat quendam, qui eum cognoſceret, absque miſericordia carnificem ablegavit, qui eum occideret. Sæpe non tectus fuit, quando cum nobilibus, ſecretorum eius conſciis, ambulabat. Quare quando tranſiebat, fugerunt homines ante illum. Quin maritus cum uxore ſua noctu timebat de re loqui non ſatis clara. Timebant enim, ne cum illis

Digitized by Google

illis eſſet domi vel ad feneſtram ſuper tecto, quia conſpiciebatur aſcendere feneſtram ſuper tecto, & parietes ædium urbanarum. Supra modum amabat audire res particulares, quæ contigerant non ſolum in regno ſuo, ſed etiam in cæteris regnis. Fertur Chatunam, filiam Kelin Arslani Soltani, quæ Chalatenſis appellata eſt, Bagdadum veniſſe, quum proficiſceretur, ut Meccæ adoraret. Narratum ei eſt de huius pulcritudine. Miſit ad eam ſeniores palatii, ut eam ſibi deſponſaret. Hæc autem ſe excuſavit, quod maritus ei ſit, & idcirco illud fieri non poſſit. Meccam profecta eſt, & cogitavit via per Syriam in patriam reverti, quia eum timebat. Cognovit Chalipha Naſer propoſitum fœminæ, & miſit in comitatum eius cohortem militum, qui pariter ad adorandum proficiſcerentur. Quum alia via reverti vellet, impediverunt eam, & vi Bagdadum reduxerunt. Simulac advenit, nuncius allatus eſt, dominum eius obiiſſe. Quomodo vero mortuus ſit, Deus novit. Introduxit eam in palatium & inter mulieres recepit. Valde eam amavit. Quum concupiſceret, ut ædes & hortum poſſideret ſimiles illis, quos Chalatæ habuerat, didicit ex ea formam. Eadem nocte accerſivit Veziram eique dedit typum (342) ædium & horti. Hic ſtatim egreſſus eſt, & conduxit 200 architectos, & operarios 2000. Paravit tegulas & calcem, quantum ſatis erat. Ædificarunt quisque per totum diem in uno latere, & ſumſerunt capitella (343) ex aliis portis palatii eaque portis novis, quas ſecundam menſuram capitellorum fecerant, impoſuerunt. Pag. 481.
Etiam arbores cum arena radicum earum plantarunt in horto novo, quem fecerant. Veſpera diei totum opus perfectum erat, expanſi ſunt laqueoli & vela, omnesque res deſiderabiles paratæ

erant

erant. Tum illuc tranſiit Chalatenſis. Aliquot annis poſt obiit, luctusque magnus propter eam obortus eſt. Iuſſit Chalipha deſtrui ædes & hortum easque deſolatas relinquere. Extruxit in illo loco monumentum ſepulcrale illuſtre, ubi usque ad hodiernum diem orantes commorantur & eleemoſynæ diſtribuuntur. *Taher filius Naſari* menſes novem. Hic vivo patre hæres regni proclamabatur. Quum pater eum metueret, abrogavit proclamationem, eumque in carcerem detruſit. Proclamavit filium ſuum minorem, cuius nomen erat Amir Eli. Obiit Amir Eli, vivo eius patre, et reliquit filios parvos. Lugebat eum pater tantopere, ut non loqueretur, & omnibus regibus interdiceret, quo minus legatos vel epiſtolas conſolatorias mitterent. Solus commoratus eſt multos dies in domo obſcura. Omnis etiam populus Bagdadenſis iunctim luxit. In quocunque vico mulieres turmatim ſedebant & plorabant. Incedebant per plateas Bagdadi, ſaccis veſtitæ, & facies denigratæ, & clamabant, ſublatis eiulatibus multos dies. Confeſtim mandatum editum eſt, ut, quæ flere velit, domi fleat, neque amplius foras egreſſæ ſunt. Mortuo Naſaro Chalipha, ei miſerunt magnates filium eius Taherum ex carcere, quia eum propter virtutes eius amabant. Præſtito iureiurando collocarunt eum in ſolio patris ſuis. Collocatus dixit: „Prout convenit, aperiat quisque tabernas, poſt novem horas. Ego enim exegi annos 50.„ Regnum adeptus oſtendit iuſtitiam & liberalitatem, opesque multas reſtituit, quæ poſſeſſoribus ereptæ erant, quia pater eius, valde avarus fuerat. Sublatus igitur eſt metus hominibus, & cohibiti ſunt accuſatores. Tigrim alio
P. 482. ponte iunxit Bagdadi. Fuerunt igitur ibi duo pontes. Nam a ponte

ducentis inde annis unus tantum pons fuerat. Eodem anno Malec Moattem dominus Damaſci agrum Hamathenſem devaſtavit. Quo audito Malec Aſchraph eum hac de re obiurgavit. Quum Moattem Aſchrapho idcirco iraſceretur, impulit Moattemum Schehahaldinus alius frater, qui erat tum dominus Chalatæ & Maiphercatæ, ut ab Aſchrapho deficeret. Aſchraphus igitur fratri Chalatam eripuit. Fratrem, quem ceperat, non occidit, ſed reliquit ei Maiphercatam, eumque illuc miſit. Hoc tempore miſit Baro Conſtantinus Pali Mar Ignatium patriarcham noſtrum & Mar Conſtantinum ad filiam regis Leboni, perſuaſuros, ut Seleucia abiret, & permitteret, ut ſaluti coetus Chriſtianorum, qui ibi erat, proſpicerent. Nam propter ſchiſma Soltan Elaialdinus dominus regionis Rumæorum multis caſtellis Ciliciæ potitus erat. Profecti ſunt beati duumviri. Quanquam multum ſuaſerant & admonuerant, illa tamen ad argumenta eorum animum non advertit immo obiurgavit eos, & fœderatos occiſores, ſanguinem effundentes, appellavit. Quum nihil proferrent, quo apud illam excuſarentur, reliquerunt eam & venerunt ad Acſcharenſes. Tum Pali ipſe illuc profectus a templariis petiit, ut vi eam ſibi traderent. Reſponderunt: „ Aedes & oppida noſtra Chriſtianorum ſunt, neque reginam, quæ ad nos confugit, tradere poſſumus. „ Tum Pali aſtutus factus auro ex iis redemit caſtellum, & quodcunque ibi erat. Eiectis illis, ipſe fuit dominus & gubernator. Amplexus eſt reginam, traxit, & vi Tarſum diduxit. Congregavit patriarchas, epiſcopos et ſacerdotes, qui eam una cum filio eius Haithono coronarunt. Haithonus proclamatus eſt rex Ciliciæ feria prima hebdomadis pentecoſtes, die 14

C. 1226. menſis Heziran anni Græcorum 1537. Regina Zabil (Iſabella)
per decennium regi Haithono non permiſit, ut cum ea coniun-
geretur. Poſtea cum eo reconciliata eſt, peperitque ei filios &
P. 483. filias. Hoc anno, id eſt, anno Arabum obiit Chalipha Taher
die 14 menſis ſeptimi. *Moſtanzer filius Taheri* annos 17.
Hic aperte cœpit equo vehi, & ambulare, quum coram nemine
ſe obvelaret. Maiorem iuſtitiam præ ſe tulit ac pater eius. Cœ-
pit eleemoſynas liberaliter largiri. Struxit ædificia multa. Con-
didit etiam academiam, quæ nomine eius appellata eſt, & cui
nulla in orbe comparanda eſt. Conſtituit ibi quatuor doctores
quatuor religionibus, & 300 ſtudioſos adultos, & ſingulis ſtudio-
ſis ſtipendia, quæ iis in ſingulos dies ſufficerent. Condidit iis
etiam balneum ſingulare, quo peregrini non intrarent. Conſti-
tuit iis etiam medicum particularem, qui morbos eorum ſana-
ret. *De morte Cinghiz Chani.* Anno Arabum 624 quum
Cinghiz Chanus ex Choraſana reverteretur orientem verſus,
propoſuit ſibi ſubiugare regionem Tanchutæorum, quæ in confi-
niis Indiæ ſita eſt. In hoc itinere vehementer ægrotavit ex muco-
re aëris. Quum de auxilio medicorum deſperaret, accerſivit
filios Schagatai Baith, Ochtai, Tuli, Calcan, Schargatai & Aru-
ſchar iisque dixit: „Haud procul abſum, ut diſcedam, & præ
omnibus aliis rebus de viro circumſpiciendum eſt, qui idoneus
ſit ad conſervandum regnum meum, ne turbetur. Voluntas mea
eſt, quam etiam aliquoties vobis declaravi, Ochtaium ſolium
regium poſt me occupaturum eſſe, quia ego in eius prudentia &
diſpoſitione fiduciam colloco. Nunc quid vos, o filii mei, co-
gitatis?„ Illi omnes, genubus flexis, dixerunt: „o pater no-
ſter,

Digitized by Google

ſter, domine & rex. Nos omnes ſervi tui ſumus, obtemperantes regi, qui iubet nobis, nosque ducit.,, Poſtea invaluit morbus eius, migravitque ex orbe die 4 menſis noni, ieiunio Arabum huius anni. Tum filii, qui aderant, legatos miſerunt ad alios, & advocarunt filios & cognatos omnes ex campis Kapaſchkæorum Tuſchi filium quartum, Harreru, Chathu, Siban, Tangut Vabrachah, Barchaſchar, Buma Timur, Vaknas, Schagatai. P. 484.
Ex meridie advocarunt Ochtaium, ut ei regnum committatur, ex oriente avunculum ſuum Otchin & Bulchatai Nowain, Alſchatai Nowain & Tuli. Reliqui etiam fratres minores in tentorio Cinghiz Chani adfuerunt. Duo propemodum menſes elapſi ſunt, donec congregabantur. Collocarunt Ochtaium in ſolio regio, uti oſtendemus. Hoc anno obiit Malec Moattem filius Adeli dominus Damaſci & Hieroſolymorum. Vir fuit tremendus & terrificus. Idoneus erat, qui imperaret omnibus regionibus. Conſtituit Medos, qui depopularentur reliquas regiones, præſertim Emeſſam & Hamatham. Succeſſit ei Malec Naſer Saladinus Davud. Portarunt duo eius avunculi Malec Eziz & Malec Salach ephippium coram illo. Anno 625 Malec Chamal ex Ægypto egreſſus eſt, ut Damaſcum filio fratris eius eriperet. Quum Samariam perveniſſet, exiit Lanperur rex magnus Armenorum. Chamalus igitur in negotio circa Damaſcum interruptus eſt. Venit ad eum Aſchraph frater eius, & Malec Mugahid dominus Emeſſæ, atque iunctim caſtra poſuerunt iuxta collem vitulorum. Miſerunt legatos ad Lanperur, percunctantes cauſam, quare exierit. Lanperur reſpondit: ,, Propter zelum in domum domini, Hieroſolyma egreſſus ſum.,, Tradiderunt ergo Arabes Francis Hieroſoly-



Digitized by Google

ſolyma, verum civitatem ſolam præter agrum. Pax itaque compoſita eſt. Hoc anno obiit Haſnum medicus Edeſſenus. Hic profectus in regionem Rumæorum miniſtravit Siphaldino Emiræ Achuri & Achtiaraldino Haſan. Hinc exiit Diarbecram & inſerviit filiis Schah Armani, & Heſar Dinaro, qui illos excepit, poſtea filiis Adeli, qui ibi regnarunt. Tandem Edeſſam rediit. Quum audiret, Togril eunuchum, qui eius amicus fuit, ab eo tempore, quo Achtiaraldino ſerviebat, patrem eſſe & procuratorem regni Halebenſis, eum adiit. Eunuchus homo imprudens, eum
P. 485. non honore, quo par erat, excepit. Reprehenſus idcirco dixit ſe eum propter eius Chriſtianiſmum negligere. Manſit Haſnum medicus Halebi, moeſtus & valde contriſtatus. Quum Edeſſam redire vellet, febri aucta laboravit, quæ cum ſolutione & dyſenteria inteſtinorum coniuncta erat. Obiit Halebi, & ſepultus eſt in eccleſia Marthæ Barbaræ, quæ ibi erat. Fuit hic ſenex decorus & pulcher corpore, atque in medicina egregie verſatus, philoſophiae minus peritus. Fertur, eum in ſcripto Liberii perfecte verſatum fuiſſe, ſermonem eius valde iucundum fuiſſe, eumque multa facete dicta regum & ſapientum antiquorum eorumque, quos in vita ſua viderat, ſervaſſe. Eius tempore Edeſſæ innotuit Gabriel medicus excellens, qui multa ſcripta medica & philoſophica confecit. Anno Arabum 626 quum Malec Chamal & Aſchraphus frater eius iuxta collem vitulinum caſtra poſuiſſent, conſenſerunt, ut Damaſcum eiusque agrum eriperent Malec Naſer Davud filio Moattem fratri eorum, ea lege, ut civitas Damaſcus usque ad collem Phyk Aſchrapho & a Phyk usque ad Gazam Chamalo cederetur, & Aſchraphus loca nonnulla in oriente pro Dama-

maſco Malec Naſero daret. His etiam aſſenſus eſt Malec Naſer. Sed quum Damaſcum peteret, ut, captis opibus & domeſticis ſuis, illinc abiret, reſipuit neque eam tradere voluit. Aſchraphus accito exercitu ſuo & auxiliariis Chamali oppugnatum ivit Damaſcum. Quum expugnare eam non poſſet, advocavit Chamalum fratrem ſuum, qui Damaſcum arcte obſedit & cepit initio menſis octavi. Tradidit eam Aſchrapho, qui fratri ſuo Chamalo pro Damaſco ceſſit Edeſſam, Haranem, Callinicum, Sarugum, Reſainam, Muſar & Gemalinum, & Naſero filio Moattem domino Damaſci, caſtellum Caracham, Balkam, agrum Hieroſolymitanum & Samariam dedit. Miſit Chamalus copias ſuas cum Malec Motapher Takialdin contra Hamatham, ut eam fratri ſuo Malec Naſer Kelig Arslano eriperet. At hic clam deſcendit ex caſtello, Chamalum convenit, promiſitque ſe ei aurum daturum eſſe, ne Hamatha expelleretur. Chamalus conſenſit, dixitque Naſer Chamalo: „Si præ omni modo Hamatham receperis, iura, quæſo, mihi, te tibi eam ſervaturum neque fratri meo daturum eſſe.„ Iuravit Chamalus, miſitque homines, qui urbem dedendam curarent. Incolæ urbis & caſtelli repugnarunt, dixeruntque: „Exceptis regibus noſtris, nemo nobis imperat.„ Cœperunt ſtrenue dimicare. Tum Chamalus eos certiores fecit: „En rex veſter Takialdinus penes vos eſt. Tradite illi.„ Cives valde lætati ſunt, urbemque Takialdino dediderunt. Ingreſſus eſt caſtellum, poſtea Haranem profectus eſt ad Chamalum, qui iter faciebat ad viſenda loca, quæ ei data erant. Valde eum honoravit, dilexit, locavit ei filiam ſuam, eumque atque omnes, qui cum eo erant, veſtivit. Remiſit deinde eum Hamatham. Quia accuſatores di- P. 486.

 xe-

Digitized by Google

xerant: ,,nunquam Takialdinus ex caſtello Hamatha deſcendet, neque eum videbis,, illum, qui nihil timens eum adierat, valde honoravit. Hoc anno Soltanus Elaialdinus potitus eſt urbibus Arſangana & Camaca. *De ſucceſſione Kani in ſolium regium Mogolorum poſt Cinghiz Chanum patrem eius.* Anno 620, quum congregati eſſent filii regii & magnates Mogolenſes, tres dies convivia habuerunt. Poſtea dixerunt Ochtaio: ,,Mandatum Cinghiz Chani fuit, ut tu eius loco regnares. Ille tanquam ſapiens reſpondit: ,,Quanquam ita iuſſit pater noſter, eſt tamen mihi frater me maior ſuntque avunculi, qui me magis idonei ſunt. Etiam frater noſter Tuli, filius minimus aciei magnæ, ſub patre noſtro ſtipendia meruit & melius ac nos didicit leges & negotia regia. Si vobis placuerit, ille ſolium occupet.,, Tum omnes una voce exlamarunt. ,,Fieri nequit, ut præceptum patris noſtri benedicti ſolvatur. Sed uti iuſſit, ita fiet.,, Aperuerunt capita ſua, & faſcias in humeros proiecerunt. Prehendit Schagatai
Pag. 487. manus eius dextram, & Otchin manum eius ſiniſtram, atque in throno quatuor pulvinorum, in indicium imperii ad quatuor plagas orbis extenſi, eum poſuerunt, & Kanum vocarunt. Tuli frater minimus, quia ei regnum competere dixerat Ochtaius, Kano primus omnium calicem præbuit, & genubus flexis, eum adoravit, atque obſequium plenum oſtendit. Similiter fecerunt fratres reliqui, qui intus erant. Magnates, qui extra tentorium erant, genubus ſuis ſepties terram ferientes, Kanum adorarunt. Poſtea egreſſi ter ſolem adorarunt pro conſuetudine eorum. Kanus in throno confirmatus aperuit gazophylacia patris ſui, atque fratribus, avunculis ſuis & reliquis magnatibus, cuique ſecundum digni-

Digitized by Google

dignitatem ſuam, munera diſtribuit. Magnates ex filiabus ſuis elegerunt 40 virgines, eximia pulcritudine, quas ornatas veſtimentis ſplendidis, & ornamentis, quæ lapidibus pretioſis diſtincta erant, ad Kanum adduxerant. Omnes magna lætitia perfuſi ſunt. Tum legem promulgavit, ut omnes leges & præcepta, quæ Cinhiz Chanus tulerat, obſervarentur, & quicunque eas transgreſſus fuerit, moreretur. Quia Gelalaldinus Chowarzemſchah tanquam cervus tum temporis ſaliebat in Choraſana, miſit Scharmegunum Nowain cum electis 3000 verſus plagam hanc, & Sonathi Agoniſtam ſimiliter cum exercitu magno verſus plagam Kapaſchkæorum & Bulgarorum, alios multos verſus Indiam. Ipſe cum fratribus & cognatis in Sinam contendit. Anno 627 Malec Aſchraphus Balbecum eripuit Malec Amgado domino eius (343). Habitavit deinde Damaſci in ædibus patris ſui, poſtquam ſecum deduxerat, quicquid in gazis Balbeci invenerat. Initio huius anni Chowarzemſchah Gelalaldin Mengebarni filius Chowarzemſchah Mohammedis Chalatam profectus eſt, eamque arcta obſidione incluſit. Erant ibi duo fratres Malec Aſchraphi, Takialdinus Ebbas & Mogiraldin Iacob. Gelalaldinus Chowarzemſchah primum ante 5 annos regioni Sinear imperare voluit venitque Dakukam & Buaſigam, igne & gladio omnia vaſtans. Contendit inde P. 488. in prata Scheharſuræ. Motapheraldinus, dominus Arbelæ, dona multa ei miſit, pacemque cum eo compoſuit. Hoc anno venit Chalatam, & machinas 20 ad oram lacus poſuit. Chalatenſibus obſeſſis tanta fames fuit, ut carne canum & aſinorum veſcerentur, & litra panis Syriaca vel ſex litræ Babylonicæ denario Ægyptiaco venderentur. Tum Soltanus Elaialdin Cikubad coegit exercitum

ma-

Digitized by Google

magnum, 20000, & Malatiam venit, miſit horum 10000 ad urbem Arſanganam, 10000 penes ſe ſervavit. Miſit avunculum ſuum Aſchrapho eique nunciavit, ſe Chowarzemſchah iuxta Chalatam aggreſſurum, &, ſi Deus voluerit, aquam Gihonis Perſici equis bibendam præbiturum eſſe. Legatum etiam miſit ad Chowarzemſchah eique dixit: „Tu es Soltanus filius Soltani, neque fas eſt, ut contra legem agas. Quia pater tuus inique egit, Deus contra eum Tataros orientales excitavit. Familia iſta Iobi familia magna & benedicta. Fratres, filii fratrum, filii avunculorum eorumque filii conficiunt numerum equitum 2000. Noli putare, me eorum inimicum eſſe. Crede me non ſolum non inimicum eſſe, ſed amicum eorum. Immo pro iis pugno, ſi quidem affinitate coniuncti ſumus. Avunculus enim meus gener eorum eſt. Convenit ergo tibi, ut amore eos amplectaris, uti nos illique inimici ſimus adverſus eos, qui tui inimici ſunt.„ Chowarzemſchah audacter reſpondit, ſe Chalatam non relicturum eſſe. Protracta obſidione viri ex familia Vani doloſe urbem dediderunt. Potiti ea ſunt Chowareſmii. Fratres Aſchraphi & Hoſamaldin Kimari gener Aſchraphi, qui ſororem Aſchraphi, ex eadem matre natam uxorem duxerat, item Ezaldinus Aibag dux Chalatæ, in caſtellum Chalatenſe confugerunt. Poſt aliquot dies, vita iis promiſſa, dederunt caſtellum. Chowarzemſchah, capta Chalata,
P. 489. non in vincula coniecit fratres Aſchraphi, ſed fuerunt in aula eius equitantes cum eo & ludentes coram eo quotidie in palæſtra. Aſchraphus quum hæc audiret, commotus eſt & feſtinanter Ableſtinam venit. Congregatæ ad eos ſunt copiæ. Exiit etiam Soltanus Elaialdinus cum copiis ſuis. Omnes coactæ ſunt Acſcharæ.

Chc-

Digitized by Google

Chowarzemſchah his auditis cum copiis ſuis eis obviam venit. Erant 40000, inter quos inventi ſunt 4000 equites ex regione Rumæorum, qui a ſociis ſuis ſeparati erant, omnesque occiderant. Manus conſeruerunt inter ſe ferino more die Veneris, quo Malec Aſchraph vicit. Manſerant in totam noctem Sabbathi utrinque cædendo. Diluculo Sabbathi pariter acie contenderunt, magnaque clades inflicta eſt Chowareſmiis. Ingens eorum multitudo occiſa eſt, quæ numerari non potuit. Satrapæ heroesque illuſtres capti ſunt. Multi eorum fugerunt Trapezuntum & in regionem Iberorum. Circiter 1500 equites rupe alta noctu deciderunt & mortui ſunt. Hæc contigerunt menſe Ab anni Græcorum 1541. Quia dominus Erzeri, qui erat filius avunculi Sol- C. 1230.
tani Elaialdini eiusque gener, contra Soltanum inſidias ſtruxerat & cum Chowareſmiis fœdere initio iis in prælio præceſſerat, etiam ipſe in vincula coniectus eſt. Soltanus cum Aſchrapho Erzerum contendit, eamque acriter oppugnavit. Poſtquam obſeſſis Soltanus iureiurando promiſerat, dominus eorum captivum non occiſum iri, dederunt ei urbem. Erat ibi ſoror domini Erzeri, quam dudum Soltanus inter mulieres recipere concupiverat. Sed diſſenſerat frater eius. Poſtquam eam Soltanus receperat, magis de ea lætatus eſt, quam de victoria, quam reportaverat. Paulo poſt quum ab eo peteret, ut fratrem ex captivis dimitteret, iratus eam interemit, fratremque eius mari ſubmergi iuſſit. Profligatis Chowareſmiis Aſchraphus Chalatam contendit ad inſtaurandas eius ruinas eamque frequentem reddendam. Miſit cum eo Soltanus P. 490.
equites multos præter dona opulenta. Soltanus ipſe in patriam rediit. Gelalaldinus Chowarzemſchah ſumtis domeſticis ſuis, ſe-

dem fixit Choæ in Aderbijana. Miſit Takialdinum fratrem Aſchraphi, vinctum compedibus dono ad Chalipham Bagdadum, Chalipha eum, vinculis ſolutis, ad Aſchraphum miſit. Aſchraphus legatum miſit ad Chowarzemſchah eique dixit: „vaſtaſti regiones noſtras, cædibus & direptionibus, quando nihil in te offenderimus. Si propter Hagib Eli, qui partem regionis tuæ diripuit, a nobis vindictam ſumere voluiſti, ecce ille in prælio interfectus eſt, & præmium factorum ſuorum tulit. Rogamus te, ut, evacuata regione, quam violenter cepiſti, nobiſcum pacem componas.„. Chowarzemſchah vero eum contemſit & non pacatus eſt. Aſchraphus in Meſopotamiam contendit. Chamalus in Ægypto fuit, & Mogeraldin Iacob frater Aſchraphi captivus penes Chowarzemſchah manſit. Hoc anno Templarii & Hoſpitalarii popoſcerunt a domino Hamathæ denarios 1000, quod tributum ei impoſitum erat. Quum eos contemneret, neque ſolveret, coacti ſunt 500 fratres equites & pedites 2700 & invaſerunt regionem Hamathenſem. Takialdinus iis obviam factus eſt eosque fregit. Anno
C. 1231. Græcorum 1542 Tatari Chowareſmios inſecuti ſunt. Chowarzemſchah Syriam verſus fugientem in agro Amidenſi aſſecuti ſunt. Fuſo eius exercitu ille ſolus ex Tataris evaſit aſcenditque in montem quendam Sophanenſem. Ibi Curdæi, qui eum non cognoverant, eum occiderunt. Alii dicunt armigerum eius occiſum eſſe, ipſum liberatum eſſe indutum veſtibus eius, qui occiſus erat. Nonnulli etiam contendunt (344) eum regiones circumire. Legio Tatarorum invaſit regionem caſtelli Saidæ, venit usque ad Euphratem in limite Malatiæ & tranſiit in vallem Henzith. Quia omnes homines expaveſacti in loca inacceſſa (445) con-

Digitized by Google

confugerant, neque in caſtellis multum diripiendum erat, reverſi ſunt Tatari, & regnarunt in Aderbijana & Scheharzura. Subiugarunt etiam Iberos. Motapheraldinus hæc audiens timuit, petiitque auxilium a Chalipha. Miſſus ei eſt Gemalaldinus Kaſchtemur cum exercitu magno. Pag. 491. Reliquiæ Chowareſmiorum, qui manſerant, circiter 10000 confugerunt ad Soltanum Elaialdinum dominum Rumææ, qui iis loca ad eos ſuſtentandos conceſſit, cuius etiam poteſtati usque ad mortem eius ſubiecti fuerunt. Hoc tempore Kanus filius Cinghiz Chani adeptus rgnum Mogolorum, accivit exercitum ingentem & invaſit regiones Sinarum externorum i. e. Chataiorum, qui Chata appellantur. Primo quidem caſtra poſuerunt iuxta urbem nominatam Bugbabnutakſin ad fluvium, qui vocatur Kara Muran, ſitam. Erant in ea milites 10000. Poſtquam oppugnata erat per 40 dies, inferiores fuerunt obſeſſi, & egreſſi ſunt magnates quidam urbis, quibus Kanus vitam pollicitus eſt. Milites omnes naviculis aſcenſis ad fluvium fugerunt. Kanus urbe potitus neminem in ea læſit. Abhinc cœpit in medias regiones ſe inferre. Rex vero Chataiorum, qui Alton Chan, id eſt, rex aureus vocabatur, coegit exercitum militum ſtrenuorum 100000 eosque Tataris oppoſuit. Hi Tataros tanquam annulus circumdederunt, quia numero valebant. Kanus quum iram eorum vehementem perſpiceret, aliam rationem iniit, iuſſitque magos & incantatores, qui penes eum erant, lapidem pluviæ educere. Quo educto, præſtigiisque eorum abſolutis per tres dies totidemque noctes, cœperunt pluviæ & imbres vehementes una cum nivi gravi & frigore deſcendere ſuper Chataios (346) diebus Thamuzi. Tum Tatari tanquam lupi oves dilaniantes dilaniarunt

Chataios, (347) eosque penitus profligarunt. Alton Chan fugit in urbem regiam, coegit mulieres, liberos, fratres & omnes ſuos cognatos in palatium ſuum. Iuſſit ſervos ſuos magnos cumulos ligni coacervare, eosque incendere. Crematus eſt ipſe omnesque familiares eius. Exercitus Mogolorum deinde urbem diripuerunt, cuius nomen erat Namchinag multasque alias urbes. Multos ibi occiderunt, ſumſerunt filios & filias captivas deſiderabiles
P. 492. & pulcros absque numero. Itaque illinc rediit Kan magna cum lætitia, venit in montes Kera Kurem & condidit urbem, quam vocavit Urdubalik, id eſt, urbem aciei. Hodie autem nomine Kera Kurem celebratur. Sunt ibi opifices, & advenæ ex regione Chataiorum & regionibus Arabum ibique habitant. Quum in gaudio de victoria reportata occupatus eſſet Kanus, obiit Tuli frater eius minimus, qui ei valde dilectus erat. Hanc iacturam valde doluit, iuſſitque reginam nomine Sarkutani Begi filiam fratris regis Iohannis regnum eius procurare. Erant ei filii quatuor maiores Mangu, qui poſtremum Kanus factus eſt, ſecundus Kublai, tertius Hulachu, quartus Arneg Bocha. Illa adeo egregie filios ſuos gubernavit, ut omnes filii regii procurationem eius admirarentur. Erat illa Chriſtiana vera & fidelis, ut Helene, de qua poeta quidam dixit: „Si aliam viderem eius ſimilem in ſexu fœminino, dicerem, maribus fœminas præſtantiores eſſe.„ Hoc tempore obiit Tuſchi filius maior Cinghiz Chani. Reliquit ſeptem filios adultos, qui fuerunt, Thamſchal Hardu, Bathu, Sibakan, Thangut, Barceh, Barcheſchar, atque ex his fratribus Bathu Kanum elegit, (348) eique dedit regiones ſeptentrionales Slavorum, Alanorum, Ruſſorum & Bulgarorum. Fuit thro-

thronus eius iuxta fluvium magnum, qui vocatur Aithil. Quum Bathu in via boreali (349) ex regione Iberorum in regiones Burgarorum (ſ. Bulgarorum) & Scytharum procederet, homines vaſtavit acie gladii, harumque gentium regna evertit. Quia Kanus iuſſerat, aurem dexteram cuiuſcunque occiſi ex Bulgaris & Rûſſis abſcindi, & detrahi, aures numero 270000 penes Tataros inventæ ſunt. Bathu potentia creſcens animum induxit Conſtantinopolin adoriri ex regione Bulgarorum, quod quum reges Francorum audirent, ei obviam iverunt, eum fregerunt & fugarunt. Neque amplius Tatarorum ullus regionem Francorum invaſit, ſed in valle Kapaſchkæorum ſedem fixerunt. Filius huius Bathu, P. 493
qui Sertak vocabatur, amavit religionem Chriſtianorum, baptizatus eſt, literas didicit, & diaconus factus eſt. Obiit vero in via, quum ad inviſendum Mangu Kanum proficiſceretur, uti oſtendemus. Anno 1543 Tatari exierunt, depopulati ſunt loca, & in C. 1232.
Perſida redierunt. Quum Soltanus Elaialdinus ſe iis imparem cognoſceret, tributum ſibi imponi paſſus eſt, fœdusque cum iis ſancivit. Deinde alienatus a Tataris abſtulit Chalatam Aſchrapho nec non multa caſtella & urbem Surmariam Armenis. Chamalus dominus Ægypti eripuit Amidam domino eius, deditque ei pagum ad eum ſuſtentandum. Anno Arabum 630 obiit medicus Mohadeb, qui vocabatur Dechoar Damaſcenus. Hic initio in platea ſedebat, & ægrotos mercede ſanabat. Poſtea inſerviit filio cuidam Adeli, afflixit valde medicos ſodales eius, eosque ex aula eiecit. Fuit enim qua ſermonem inſidioſus, & maledicus, atque qua opera aſotus & libidinoſus. In poſtrema vita fuit ei morbus malus in lingua ipſius, qua ſodalibus ſuis conviciatus erat. Præ-



Digitized by Google

cluſus fuit ſermo eius, & ipſe mutus fuit. Qui quidem morbus adeo invaluit, ut mortem ei adſciſceret. Quia hæres ei non fuerat, teſtamentum fecit, præcepitque, ut ex ædibus eius academia fieret in eorum gratiam, qui medicinæ operam navarent. Libros ſuos omnes illuc depoſuit. Propter malitiam eius legem tulit, ut præter Moslemos nullus vel Iudæorum vel Chriſtianorum illuc ad legendum intraret. Quæ quidem regula usque ad hodiernum diem Damaſci obſervatur. Studioſi medicinæ Iudæi vel Chriſtiani extra locum Academiæ legunt diſcuntque. Hoc anno, ſive menſe nono anni Arabum 630 obiit Motapheraldin Cucburi filius Zinaldini Eli Cuſchach dominus Arbelæ, & Meccam deportatus ibique ſepultus eſt. Miſit Chalipha copias Arbelam cum Tahiraldino Abueli Eraz Algaiſch. Dux fuit Behaaldin Bunguſch.
P. 494. Quum Arbelenſes urbem dedere nollent, miſſus eſt Aſchraphaldin Scherabi eamque obſedit. Incenſa porta Emchua Babylonii Arbelam ingreſſi ſunt, eamque partim diripuerunt. Paullo poſt Babylonii etiam caſtello urbis potiti ſunt. Fuit ibi præfectus Schemesaldin Batcin & Eraz Algaiſch, ex proſapia Mohammedis nomine Abu Almeli Mohammed filius Naſeri Zalaii, & Moſcheriphus filius Zadkeh. *De initio regni Bedaraldini Lulu domini Mauſelæ.*
C. 1123. Anno Græcorum 1544 Bedaraldinus dominus Mauſelæ ſcripto diplomate regio a Chalipha, Soltanus proclamatus eſt, quia puer parvus Naſeraldin Mohammed filius Kerah filii Nuraldini dudum mortuus erat. Filii Adeli valde irati erant Soltano Elaialdino, qui illis Chalatam abſtulerat. Coegerunt exercitum magnum ab Aegypto usque ad Berœam. Iuncti etiam cum Ægyptiis ſunt dominus caſtelli Saidæ, dominus Mardini, dominus Mauſelæ, Malec Aph-

Digitized by Google

Aphzil, filius Saladini dominus Samoſatæ, multi præterea Medæ, & Taglibenſes. Oppoſuit his Soltanus exercitum magnum conflatum ex Francis, Græcis, Armenis, Iberis & Chowareſmiis, qui C. 1235.
omnes milites ſuperabant 100000, anno Græcorum 1546. Hunc exercitum duxit Ableſtinam, quo Ægyptii eorumque ſocii procedere parati erant. Quum filii Adeli, miſſis exploratoribus, ſe copiis Soltani inferiores eſſe cognoſcerent, eripuerunt caſtellum Manſuri, totumque eius agrum devaſtarunt, poſtea diſperſi & in patriam reverſi ſunt. Soltanus cum exercitu magno Malatiam venit, inde Euphrate traiecto caſtriſque ad caſtellum Saidæ poſitis, mox urbem cepit eamque diripuit. Dominus eius cum equitibus 6000 qui in eius auxilium ex Ægypto advenerant, confugerunt in caſtellum urbis. Soltanus machinas contra eos erexit. Quum obſidione, fames & ſiti opprimerentur, ſalutem impetrarunt. P. 495.
Soltanus Ægyptios, quorum dux erat Schemesaldinus Zoab eunuchus magnus Chamali, cum honore in Ægyptum miſit. Dominum caſtelli Saidæ cum omnibus eius impedimentis & mulieribus ad oram maris miſit, ubi quum circiter 3 annos fuiſſet, clandeſtine eum peremit. Caſtellum & urbem inſtauravit, & frequentem reddidit. Miſſo exercitu Samoſatam, agrum eius diripuit. Urbem expugnare non potuit, quia hyems erat. Soltanus igitur deſtitit & ad urbem Antaliam (350) abiit, ut ibi pro more hibernaret. Tempore æſtivo, coegit Soltanus milites ex diverſis gentibus circiter equites 100000 & multitudinem peditum, eosque paravit, ut Amidam adorirentur. Tum nuncius advenit, Chamalum in inſidiis occupatum eſſe, quas filius eius in meridie regnans ei ſtruxerat. Diſtulit igitur Soltanus oppugationem Amidæ, quia valde

Digitized by Google

valde munita erat & vix longo tempore expugnari poterat. Miſit exercitum ſuum Edeſſam menſe Haziran anni Græcorum 1546, eamque arcta obſidione afflixit. Edeſſeni obſeſſi fortiter pugnarunt ſuper muris. His diebus nonnulli ex exercitu Rumæorum contenderunt Sibabarcam eamque ceperunt. Callinicum, quæ eſt Rakka, profecti etiam eam ceperunt, everterunt, & irati diripuerunt. Haranenſes timuerunt, clavesque Haranis Soltano Malatiam attulerunt, qui legatos honorifice excepit & remiſit. Edeſſeni proterve ſe geſſerunt & conviciis Soltanum proſciderant, quibus ad iram provocatus eſt. Ipſe contra urbem profectus eſt. Itaque variis artibus callide egit exercitus e ditione Rumæorum. Urbem per cuniculos & ſcalis (intrando) expugnarunt, & in muris ſedem fixerunt. Intravit populus innumerus. Spoliarunt ædes magnatum, eiecerunt viros & fœminas, diripuerunt ornamenta templorum, & vaſa ſancta eccleſiarum celebrium, quæ ibi ſunt,
Pag. 496. abduxerunt ingenuos & ingenuas, eosque foras eiecerunt ſuper ſtercus inter tentoria incolarum. Quando urebantur calore vehementi diebus Thamuzi; duces & milites, qui ibi inveniebantur, circiter 2000 nudi in regiones Rumæorum interiores miſſi ſunt. In caſtello Edeſſeno inventa eſt copia magna auri, argenti, ephippiorum & frænorum, & inſtrumentorum bellicorum, quæ ibi reliquerat Chamalus Ableſtina redux. Soltanus denuo munivit Edeſſam, ibique reliquit milites, architectos & fabros lignarios. Similiter Harane fecit. Rediit in Rumæam. Chamalus, audita vaſtatione, quæ Edeſſæ fuerat, ex Ægypto cum magno exercitu Edeſſam venit, quatuor menſibus poſtquam exercitus Rumæus abierat. Funditus evertit arcem magnam caſtelli Edeſſeni, & magnates, milites atque

Digitized by Google

atque opifices, quos ibi invenit, camelis in Ægyptum avexit. Hoc anno erat annonæ caritas in Rumæa & Meſopotamia, & aruerunt vineæ atque arbores hyeme gravi, quæ fuerat. A Tiſchrin enim altero ad finem Schebat glacie conſtrictus eſt Euphrates magnus, neque imber verno tempore deſcendit. Anno Græcorum 1547 C. 1236.
miſit Soltanus Elaialdin copias multas Amidam, quæ eam oppugnarunt 4 menſes. Expugnare tamen non potuerunt, ſed, direpto & vaſtato agro eius, redierunt. Anno Arabum 633 profectus eſt Malec Naſer Davud filius Moattem filii Adeli dominus Carachæ, Bagdadum ad Chalipham, ut avunculos ſuos Chamalum & Aſchraphum, qui Damaſcum ei eripuerant, accuſaret. Eodem anno Rocenaldin Malec Salach Iſmael filius Bedaraldini dominus Mauſelæ Bagdadum contendit ad inviſendum Chalipham. Hoc tempore Tatari venerunt Arbelam, inde Niniven & caſtra poſuerunt iuxta torrentem urbis Chamalic. Incolæ urbis in eccleſiam, quæ ibi erat, fugerunt. Tatari eccleſiam deſtruxerunt. Duo magnates in binis eius portis ſederunt, alter vitam & libertatem conceſſit iis, qui per eam portam egrediebantur, alter gladio peremit viros, mulieres, & liberos, qui per eam portam egrediebantur. Hinc tranſierunt in agrum Schigræ, & diripuerunt catervam magnam mercatorum, qui in Syriam contendebant, omnesque occiderunt. Anno 1548 coegit Soltanus Elaialdinus P. 497.
diverſos populos Medas, Chowareſmios, Hunnos, Græcos, Francos, Armenos Iberos, quos ad oppugnandam Amidam inſtruxit. C. 1237.
Celebratur autem feſtum Arabum, Soltanusque convivium magnum magnatibus ſuis inſtituit. Quum ederent, biberent, & delectarentur generibus muſicæ, quæ ibi erant, Soltanus, qui ſe-

 debat

Digitized by Google

debat in folio ſuo alto, & ex præſentia hoſpitum voluptatem capiebat eximiam, ſenſit dolorem inteſtinorum, exiit in hypocauſtum cœpitque exſpuere multum ſanguinis. Poſtquam die nocteque morbo acuto laboraverat, migravit ex hac vita feria ſecunda initio
C. 1237. menſis Heziran anni Græcorum 1548, id eſt, anni Arabum 634 initio Schuval menſis noni. * Eodem anno obiit Malec Eziz dominus Halebi, cui ſucceſſit filius eius Malec Naſer Saladinus, quem Tatari diebus noſtris occiderunt. Eodem anno obiit Malec Mohaſin filius Saladini magni Halebi. Menſe decimo huius anni Tatari iterum venerunt Arbelam & caſtra poſuerunt iuxta fluvium Zabum inferiorem. Fugerunt incolæ Arbelæ nudi in caſtellum, Tatarique ædificiis urbis potiti ſunt. Abſtulerunt ingentem prædam, incenderunt multas domus, & oppugnato caſtello 40 dies datum iis eſt multum auri, quo ſumto abierunt. Fuit Soltanus Elaïaldin Cikubad (351) excellens inter reges filios avunculi ſui, aſpectu tremendo, intellectu perfecto, & corpore tenero. Elatus erat ſuper omnes paſſiones viles, quibus reges Arabes ſe inquinare ſolebant. Tremendus erat lædentibus alios & in iudiciis iuſtus (352) Subiecit multas urbes & oppida regno ſuo & imperium ſuum dilatavit. Eodem anno, quo moriebatur, meridie diei, uti dictum eſt, magnates congregati ſumſerunt filium eius maiorem nomine Giathaldinum Ciceru, duxerunt eum in urbem Cæſaream, iurarunt ei, eumque collocarunt in throno Cikubæ patris ſui, atque Soltanum proclamarunt. Magnum fuit gaudium toti cœtui.
P. 498. Iuſſit Soltanus, liberari captivos, qui in terris eius in vincula coniecti erant. Liberati etiam ſunt ii, qui in Ægypto erant, morte iſtius viri, cuius gratia abducti erant. Fertur numerum eorum,

qui

Digitized by Google

qui ex anguſtiis liberati ſunt, fuiſſe 12000. Voluit Soltanus novus capere principes Chowareſmiorum, quia verebatur, ne deficerent. Captus eſt princeps quidam magnus nomine Kairechan, quod quum reliqui audirent, fugerunt et ex Rumæa egreſſi ſunt. Quocunque autem tranſierunt, cladem diram intulerunt. Venerunt Malatiam, vinxeruntque Saiphaldulam, Subaſchium huius loci, tranſierunt Euphratem pedes iuxta caſtellum Mokram. Quum ad limites caſtelli Saidæ iuxtæ oppidum Charbeſag veniſſent: irruerunt in eos copiæ horum locorum. Fractæ ſunt a Chowareſmiis & Subaſchius caſtelli Saidæ nomine Bairamis occiſus eſt. Vaſtarunt etiam agrum Samoſatenum, inde deſcenderunt in agrum Sibabrachæ & Hamimthæ. Commorati ibi per triennium loca diripuerunt. Deinde in poteſtatem ſe dederunt iuvenis, cuius nomen erat Malec Naſer, domini Halebi, qui illis Edeſſam & Haranem reliquasque urbes Meſopotamiæ dedit nec amplius terra ab iis turbata eſt, Soltanus ille novus uxorem duxit ſororem reginæ Iberorum, quam valde dilexit. Deditus deinde fuit ſcientiæ barbaræ (353) Cœpit verſari in comeſſationibus, conviviis & ludere cum avibus & beſtiis. Reliquit negotia publica ſervis ſuis. Quisque pro lubitu agere cœpit. Regina Iberica habitu Chriſtiano ex patria ſua advenerat. Erat cum ea catholicus, ſancti, ſacerdotes & coetus. Erat penes eam frater eius, qui appellabatur David parvus, qui erat rex Iberiæ (354) internæ. Paulo poſt, abnegata religione (Chriſtiana) Mohammedana facta eſt. Frater eius David & catholicus in vincula coniecti ſunt in caſtello quodam, ibique manſerunt, donec Tatari advenerunt, & caſtellum expugnarunt, ubi incluſi erant, quo facto liberati ſunt. Initio anni

Arabum 635 obiit Malec Aſchraphus Iſabar Adel filius Iobi Damaſci. Fuit natus annos circiter 60. Liberalitati huius viri nullus
P. 499. erat finis. Voluptates & libidines valde amavit. Eodem anno,
C. 1238. id eſt, anno Græcorum 1549 Tatari iterum invaſerunt regionem Arbelæ, eam vaſtarunt veneruntque usque ad limites Bagdadi ad locum, qui vocatur Angabad eumque diripuerunt. Alii adorti Surmenariam homines occiderunt. Exierunt copiæ Bagdadenſes, quarum præfectus erant Mugahedaldin Duitdar & princeps magnatum Scheraphaldin Akbal Scherabi, irruerunt in Tataros eosque fugarunt. Quum vererentur, ne denuo reverterentur, erexerunt machinas ſuper muris Bagdadi. Eodem anno Malec Paiz Iacob fugit coram fratre ſuo Malec Chamalo Bagdadum, voluitque in famulitio Chaliphæ eſſe. Paulo poſt obiit Malec Chamal filius Adeli dominus Ægypti & Damaſci ſepultus eſt. Fuit vir valde tremendus, vixitque annos 70. Succeſſit ei filius eius Malec Adel, qui nomine fratris natu grandioris in Ægypto appellabatur. Malec Salach frater Chamali Syria potitus. Præliatus eſt cum Chowareſmiis. Haboram etiam occupavit, qua Naſer Davud filius fratris eius, tum temporis dominus Carachæ, potiri voluit, ſed ille eum prævertit. Fuit litteratus & in diſciplinis philoſophicis verſatus. Fertur eum, quum conveniret Schemesaldinum Chesroſchai philoſophum Damaſci ad legendum, e longinquo equo deſcendiſſe, & ſervos, qui in famulitio eius erant, reliquiſſe. Ipſe libro ſumto ſub axilla philoſophum adiit, legit & exiit, neque permiſit, ut ei aſſurgeret. Hoc anno Iſmaelitæ irruerunt in Bedaraldinum dominum Mauſelæ, qui nullo damno affectus eſt. Menſe undecimo huius anni Tatari ingreſſi in confinia Bagdadi vene-

runt

Digitized by Google

runt ad locum, qui vocatur Chanekin. Milites Bagdadenſes eos adorti ſunt. Sed fracti ſunt Babylonii, neque quisquam eorum evaſit præter tres magnates. Cæteri enim interemti ſunt. Tatari magna capta præda abierunt. Anno 1550, id eſt, anno Arabum 636 fluvius Tigris diruit multas domos Bagdadi. Merſæ P. 500.
ſunt duæ naves, & perierunt homines 50. Anno ſequenti accidit nihil memorabile in locis, quæ nobis vicina ſunt. Anno C. 1239.
Græcorum 1551 menſe Heziran Tatari depopulati ſunt regionem C. 1240.
Iberorum usque ad limites Erzeri. Copiæ Rumææ coactæ & in Armeniam profectæ ſunt, ut Tataros cohiberent, quo minus in Rumæam incurſarent. Quum Tatari audirent de exercitu, redierunt in regionem Scytharum. Manſerunt ibi Rumæi uſque ad hyemem, deinde in patriam ſuam redierunt. Hoc anno Tag Bulgari præfectus (355) Tairiki legatus miſſus eſt ex Rumæa Bagdadum, ibique obiit natus annos 90. Anno Græcorum 1552, id eſt, anno Arabum 638 tempore autumnali divulgata eſt hæreſis prava religionis Arabicæ. Turcomanus quidam ſenex Naziræus, nomine Papa, innotuit in regione Amaſiæ, vocabat ſemet ipſum Raſul, id eſt, legatum. Dicebat enim verum eſſe apoſtolum Dei, Mohammedem impoſtorem, non apoſtolum eſſe. Adhæſerunt ei multi Turcomani, & ei crediderunt propter phantaſias, quas illis oſtendebat. Miſit diſcipulum quendam nomine Seba Iſaacum in regionem caſtelli Manſur, quod erat finis ditionis Rumæorum, ut inde docendo progrederetur. Adveniens multos ad amandum doctorem ſuum pellexit. Paravit ſibi inſtrumenta bellica, adhæſeruntque ei omnes ruſtici Turcomani, qui venditis aſinis, bovibus & ovibus atque emtis ſibi equis, quibus veherentur,

tur, cœperunt diripere regionem caſtelli Manſuri, Gargari & Gachti. Occiderunt quemcunque, qui non lingua confiteretur, Papam apoſtolum divinum & prophetam eſſe. Princeps Malatiæ coegit exercitum ſuum, equites 500, aſſumſit auxiliarios ex ſubditis monaſterii Barſumæ viros electos, 50 pedites, ſagittarios. Impetu facto in Turcomanos, victi ſunt Rumæi, & pauci ſubditi evaſerunt. Tum, potentia Turcomanorum horum adaucta, adhæſerunt iis multi, tetenderunt in agrum Bleſtinæ, militesque,
P. 501. qui ibi erant, vicerunt. Animum ſumſerunt, ut Amaſiam irent eique obviam venirent, quem proclamarunt. At magnates Rumææ inſidias ſtruxerunt ſeni Papæ, eum ceperunt & ſtrangularunt. Quum Iſaac diſcipulus eius cum electis ſuis eum non inveniſſet, nunciarunt, in cœlum eum raptum eſſe, ut angelos in auxilium adduceret. Amaſia obſidione arctà cincta eſt. Coacti ſunt ex Rumæa equites 60000, qui tamen non intrare potuerunt caſtra parva impoſtorum horum 6000. Tum equites Franci 1000, ſtipendiarii Soltani, zelo abrepti dentibus frenderunt, facies ſuas cruce ſignarunt, irruerunt in impoſtores hos, eosque diſperſerunt. Tum etiam Arabes contra eos egreſſi ſunt, Turcomanos in orbem cinxerunt, (356) omnesque trucidarunt. Ne uno quidem conſervato vel virorum, vel uxorum, vel liberorum, vel animalis cuiuſcunque. Itaque extincta eſt hæc hæreſis. Eodem anno congregatus eſt exercitus Rumæorum, præfectus erat Sinan, Subaſchius caſtelli Saidæ, qui in locum Biramiſi occiſi ordinatus eſt, oppugnarunt Amidam, cuius dominus erat filius Chamali, qui in Ægypto fuerat. Rumæi pacti ſunt cum præſidio, illique argentum promiſerunt, ſi urbem dederent. Halebenſes etiam Rumæos

mæos adiuturi advenerunt, qui, capta Amida, etiam Maiphercatam expugnare voluerunt. Malec Gazi dominus huius urbis frater Chamali Chowareſmios ex Meſopotamia auxiliarios adduxit. Ex prælio cum inimicis commiſſo non inferior diſceſſit, inprimis, quia Halebenſes bellum cum eo declinabant, quia frater dominæ eorum, id eſt, matris Malec Tahiri patris Malec Naſeri dominus Halebi erat. Poſtquam Sinan Amidam ceperat, a Soltano iuſſus eſt, Erzerum proficiſci, ibi dominari, & impetum Tatarorum reprimere. Simulac profectus eſt, venit Scharmagun Nowainus cum (357) exercitu valido Tatarorum, qui paucis diebus caſtellum expugnarunt, & omnes homines utriusque ſexus gladio interfecerunt, exceptis pueris puellisque ad opera idoneis. Pag. 502.
Sinanus eiusque filius adoleſcens occiſus eſt. Evacuato caſtello abierunt. Ineunte anno 1553 Tatari iterum exierunt & venerunt in regionem caſtelli Saidæ. C. 1242. Direptis omnibus, quæ invenerunt, in Perſida redierunt. Anno Græcorum 1554 coegit C. 1243. Soltanus Giathaldinus copias multas, equitesque auro conduxit Halebo, & ex Græcis, Francis Medisque. Dominus Emeſſæ & Malec Gazi, dominus Maiphercatæ quanquam promiſerunt, ſe adventuros eſſe, tamen ludibrio habuerunt Soltanum & non venerunt. Baro Conſtantinus, pater regis Armenorum Haythoni, venit ad Soltanum Cæſaream, & honorifice exceptus eſt. Dona multa congeſſit promiſitque, ſe exercitum Armenorum coacturum & in auxilium Soltani venturum eſſe. Soltanus proceſſit Sebaſtiam verſus. Tataris invadentibus regionem Arſanganæ, Soltanus iis feſtinanter obviam ivit. Milites eius cum Tataris manus conſeruerunt in loco, qui vocatur Couſateg, id eſt, monte ſordido, atque

atque tanquam rudes belli initio prælii terga verterunt, neque
coram Tataris conſiſtere potuerunt, ſed ſtatim fugerunt, Soltanum-
que ſolum reliquerunt. Tum Soltanus ſtupefactus, aſſumtis uxo-
re & liberis ſuis, ſe munivit in urbe Ancyra. Tatari quum vi-
derent, eos tentoria fixa reliquiſſe & receſſiſſe, crediderunt, in-
ſidias fieri, easque evitare ſtuduerunt. Poſtquam unum diem
expectaverant, exploratores miſerant, perſuaſique erant, inſidias
non ſub fuga eorum latere; trementes tentoria ingreſſi ſunt, &
ſpoliarunt, quicquid invenerunt. Divagati ſunt per loca Rumæo-
rum. Quum Sebaſtiam venirent, incolæ fœdere inito, aurum
multum eduxerunt, ut internecionem a ſemet ipſis, ſervitutem
a filiis filiabusque ſuis redimerent. Tatari ingreſſi urbem eva-
cuarunt, gazas regias &, quicquid illis placebat, ſumſerunt. In-
ſtrumenta bellica flagrarunt. Muros deſtruxerunt in circuitum
quatuor ulnarum. Dux alius Cæſaream contendit, quam quum in-
colæ dedere nollent, collectis contra eam omnibus copiis & mu-
P. 503. ro machinis diruto intrarunt. Evacuarunt gazas regias, com-
buſſerunt ædes admirabiles, tormentis excruciarunt principes &
filios ingenuorum, gladiis eos confoderunt, donec eos omni ar-
gento exuerent. Poſtea, occiſis multis myriadibus, pueros &
puellas in captivitatem abduxerunt. Mater Soltani Gathaldini,
audita clade, ſumſit filiam ſuum, ſororem Soltani, ſervos, an-
cillas, & gazas eius. Profecta in regionem Ciliciæ confugit ad
Baronem Conſtantinum, patrem Haythoni, qui illuſerat Soltano,
quaſi in auxilium eius adventurus & cunctatus erat, donec exitum
rei perſpiceret. Tatari, quum audirent, matrem Soltani ibi
eſſe, legato miſſo, eam expetierunt a Pali, patre regis. Qui-
dam

dam aſſerunt, Pali ad gratificandum Tataris, iis indicaſſe, illam penes ſe (357) eſſe, ſeque eam, ſi miſerint legatos, tradituros eſſe. Simulac legati venerunt, tradita eſt in manus Tatarorum. Quod quidem factum iniuſtum odio & vituperio dignum viſum eſt omnibus nobilibus & ignobilibus. Regina in captivitatem ducta eſt. Usque ad hodiernum diem in carcere eſt, necdum liberata. Hoc tempore Turcomani regionis Ableſtinæ irruerunt in habitationem noſtram celebrem, quæ vocatur monaſterium Kevira. Occiderunt ibi 15 monachos, multos doctores, necnon diaconos & ſubiectos alios. Quum maledicti illi ad fugam ſe convertiſſent, aſſecuti eos ſunt Tatari, omnesque ſtrictis gladiis trucidarunt. Itaque vindicta iuſta ab iis ſumta intra triduum, clademque, quam intulerunt, ipſi acceperunt. Malatiæ, allata fama de clade Soltani, Subaſchi Raſchid Aldin cum reliquis aulicis noctu in gazophylacium regium irruerunt, & aurum atque argentum, quod invenerunt, inter ſe diſtribuerunt, deinde apertis portis Halebum aufugerunt. Etiam cives primarii viri illuſtres, inprimis Chriſtiani, qui fugere potuerunt, ex urbe egreſſi ſunt. Quum venirent in montem, qui vocatur Beth Goze, itinere unius diei ab urbe diſtantem, aſſecuta eos eſt cohors Tatarorum, quæ multos interemit, & filios filiasque captivos abduxit. Pauci ſervati ſunt P. 504.
& nudi atque diſcalceati in urbem intrarunt. Incolæ urbis, pannarii, textores & reliqui quum viderent, præfectos viroſque primarios ex urbe fugiſſe, congregati ſunt Arabes & Chriſtiani ad metropolitam Malatiæ, Mar Dionyſium, vel Angurum, qui poſtea patriarcha factus eſt. Petierunt ab eo, ut curam ſuſpiceret cuſtodiendæ urbis, quia vir erat vigil & diligens. Arabes & Chri-

Chriſtiani ſe invicem iureiurando obſtringentes per totam noctem ſuper muris circumibant, & excubias agebant, interdiu in porta urbis ſtabant, quia una tantum porta aperta erat, vel principis vel palatii. Urbs commota erat per duos menſes, donec Tatari ex Rumæa abibant. Deus Rumæos adiuvit, ut illi Malatiam non venirent, ſed ii tantum, qui in viam fugitivorum ad Bethgoze incurrerunt. Tatari in reditu iuxta Arſanganam caſtris poſitis a dominis urbis pecuniam rogarunt, ſed non impetrarunt. Illi igitur irati machinis erectis facile muros deiecerunt, urbemque diripuerunt. Occiſis incolis eius penitus eam everterunt. Soltanus Giathaldinus, miſſis ad Tataros legatis, pacem expetiit, & tributi loco promiſit pecuniam, equos, opes & ſervos. Hoc anno, id eſt, anno Arabum 640 obiit Chalipha Moſtanſer. *Moſtaſem filius Moſtanſeri* annos 16. Hic mente præditus erat puerili, neque bonum a malo diſcernere aptus erat. Totum tempus ludo columbino & oblectamento cum volucribus impendebat. Quum ei referretur, Tataros paratos eſſe ad ſubigendam Bagdadum, ſicut alias civitates in Perſide celebres vaſtaverant, reſpondit. „Hæc ſolium noſtrum eſt. Si non ceſſerimus illis, non adorientur." Abrogavit igitur
C. 1244. Deus regnum Abbaſidarum diebus hominis huius rudis. Anno Græcorum 1555 princeps quidam Tatarus Neſawar Nowain deſcendit in regionem Maiphercatæ, Mardini & Edeſſæ, atque traiecto Euphrate,
P. 505. venit ad locum nomine Hailan, iuxta portam Halebi. Ad ipſam urbem non appropinquarunt, quia equi exercitus, qui penes eum erat, ob ariditatem & calorem pedibus vulnerati erant. Tempore enim æſtatis deſcenderant, ad depopulandas has regiones. Naſawar a domino Halebi aurum poſtulavit. Poſtquam ei dederat, quod poſtu-

poſtulaverat, illinc profectus ad Malatiam caſtra poſuit, corrupit proventus, vineas, & favos. Quodcunque invenerunt extra urbem, Tatari interfecerunt. Minati etiam ſunt præfecto urbis, Reſchidaldino, quia Halebo redierat. Præfectus ille collegit ex urbe magnam copiam zuzarum, denariorum, ornamentorum, vaſorum aureorum & argenteorum, quæ denarios aureos 40000 æquabant. Sumſit etiam vaſa ſancta, calices, phialas, thuribula, candelas, eduxit arcas ſanctorum ex ærario eccleſiæ magnæ; quæ omnia Tataris dedit, qui in Perſida abierunt. Poſt horum diſceſſum fames fuit ingens morbusque Malatiæ & in eius agro. Impleta eſt terra egenis, qui conſumti ſunt tanquam beſtiæ, quorumque multi filios filiasque ſuas in ſervitutem vendidiſſent, ſi emtores adfuiſſent. Hoc tempore floruit Iſa Medicus Edeſſenus Malatiæ, qui fuit diſcipulus Haſnumis medici. Hic tranſiit Malatia in Ciliciam, & fuit in famulitio regis. Condidit Siſi eccleſiam admirandam nomine ſancti Mar Barſumæ. Anno 1556 Tatari Bagdadum adorti eam expugnare non potuerunt. (359) - - - contra eos, eosque inutiles remiſit. Hoc anno Soltanus Giathaldinus zelo abreptus multas copias miſit ad diripiendam Ciliciam, quia matrem & ſororem eius Tataris tradiderant. Ingreſſi in Rumæam urbem Tarſum ſtrenue oppugnarunt. Erat ibi Pali, pater regis Haythoni, cum Gondeſtaleb filio eius natu maiori. Etiam obſeſſi fortiter reſtiterunt obſidentibus adiuti a multis Francis, qui penes illos erant. Obſeſſi imbribus frequentibus vexari cœperunt, neque locum invenerunt, quo migrarent, vel unde ſibi equisque ſuis alimenta adveherent, propter lutum ingens, quod ibi erat, & quo propemodum equus una cum illo, qui inſidebat

C. 1245.

Pag. 506.

bat, mergebatur. Quum in hac miſeria verſarentur, advenit
nuncius de morte Soltani, quo refocillabantur, & ex regione
abierunt antequam nuncius hic ad Armenos allatus erat. Obiit
C. 1246. Soltanus Giathaldinus tempore autumnali initio anni 1557. Fue-
runt ei tres filii parvi, Ezaldinus, Rocenaldinus & Elaaldinus.
Ezaldinum, qui horum maximus erat, magnates præſtito iureiu-
rando proclamarunt Sultanum Caicaus. Tum venerunt legati
Mogolorum poſtulantes a Soltano Ezaldino, ut ad adorandum Ka-
num proficiſceretur. Ille ſe excuſavit, quod Græci & Armeni
inimici eius eſſent, qui, ſi diſcederet, terram eius vaſtarent.
Quare miſit Rocenaldinum fratrem ſuum alterum. Promiſit ſe
alio tempore venturum eſſe. *De ſuccenſione Gujuch Chani
in locum Kani patris ſui.* Hoc tempore quum Kanus ægrotaret,
per legatos Gujuchum filium ſuum advenire hortatus eſt, ut regnum
ei traderet, niſi mors præveniret. Quum venire properaſſet, &
in viciniam adveniſſet, Kanus ex orbe migravit, antequam filius
eius ad eum advenerat. Regina uxor Kani, quæ erat mater Gu-
iuchi, & cuius nomen erat Turchina, valde ſapiens & callida erat.
Quare iuſſit Schagataius & reliqui filii regii, hanc regnum procu-
rare, donec omnes ſimul congregati negotia ſuſciperent. Lega-
tis mutuo miſſis, omnes coacti ſunt tempore verno ex oriente
quidem Chutan, Utchin frater Cinghiz Chani & Alſchatai, ex
occidente Karamuri, Baidar, Turchan, filii Schagatai, ex aqui-
lone, quum Bathu non ipſe veniret, fratres quatuor miſit; ex
Iguris Emira Maſud Bag, ex Choraſana Emira Argun, ex Rumæa
Soltan Rocenaldinus, ex Cilicia Haythonus rex, ex Iberis David
maior cum Davide minori, ex Syria frater domini Halebi, Bag-
dado

dado Pecharaldin iudex ſupremus, item legati Francorum, nec non legati Elaaldini domini Alamuti, id eſt, principis Iſmaelitarum, qui cultellos portant. Quum (360) tres filii eſſent regno idonei Guiuch, Chutan, & Siramun filius parvus, Turchina, P. 507. regina, mater horum, prætulit Guiuchum, cui aſſentiti ſunt omnes filii regii & magnates. Quum Guiuchus pro more libertatem peteret, diceretque hunc vel illum idoneum eſſe, vi eum prehenderunt, ſuper throno regio collocarunt, novem vicibus genua flexerunt eumque adorarunt, atque calicem ei epotandum dederunt. In throno collocatus cœpit egregie imperare, quia ſagax erat & valde callidus. Rumæam, Iberiam, Aſſyriam, Syriam & Ciliciam commiſit duci cuidam nomine Ilſchichatai, in Chataiam Emiram magnum Iaſvagum miſit, Perſida Emiræ Maſudbag dedit, Choraſanam, Hemdanam & Aderbiianam, Scherwanam, Luram & Cirmanam uſque ad Indiam Emiræ Arguno commiſit. Conſtituit Rocenaldinum Soltanum Rumææ. Haytonum regem ſimiliter honorifice remiſit. In Iberos, Francos & Chalipham minas acerbas iactavit. Legatos Iſmaelitarum conviciis & contumelia expulit. Quia Kedakus Chriſtianus ab initio in negotiis eius verſatus erat, factus eſt prætor & adminiſtrator. Guiuch Chan fuit Chriſtianus verus, cuius tempore exaltatum eſt cornu multorum Chriſtianorum. Impleta ſunt caſtra eius ſanctis, ſacerdotibus & monachis. Hoc tempore mulier Arabica, nomine Phatmeh Chatun, familiariter converſabatur & diligebatur a Turchina Chatun matre Guiuchi Chani. Revelatis ſecretis illius conſiliis, accuſataque illa apud Guiuchum criminis ſiniſtri, quod veneficia ei fratribusque eius præpararet, matrem rogavit, ut ſibi

Vvv 3 tra-

traderetur. Quæ quum illam non traderet, vi abſtulit & occidit. Fuit idcirco diſcordia inter eum matremque eius. Paulo poſt etiam mater mortua eſt. Phatma, fœmina illa Arabica, poſtquam multos dies nuda, atque cibo potuque deſtituta relicta eſt, flagellata eſt, donec confitebatur, ſe incantatricem eſſe. Tum, excavatis excrementis eius ſuperioribus & inferioribus in platea expoſita, deinde in mare proiecta & ſubmerſa eſt. Occiſi etiam ſunt omnes eius cognati, qui apud eam congregati erant, quia
P. 508. fere univerſo regno imperabat per reginam Turchinam. Sub idem tempus, quum Guiuch Chan in regiones occidentales profecturus ad locum quendam veniret, qui tantum itinere ſeptem dierum a civitate Biſchbaliga diſtabat, mors eum interemit. Magnates quidam ditionis Rumæorum voluerunt, filium ſecundum Giathaldini, id eſt, Rocenaldinum regnare. Quod quum animadverteret Vezira Schemesaldin Iſpahanenſis omnes cepit & occidit. Deinde magnopere ſuperbiens matrem Soltani Ezaldini inter mulieres recepit, atque ex illa filium ſuſcepit. Quod quidem factum arrogans omnibus hominibus valde diſplicuit. Paratis pecuniis, veſtimentis, regiis, & equis pro filio altero Rocenaldino cum obſidem ad Tataros miſit, uti diximus, ad confirmandam pacem. Quum iuvenis ad Guiuch Chanum veniſſet, unus ex magnatibus, qui cum Rocenaldino erant, ſcilicet Behaaldin Tergiman Veziram apud Kanum accuſavit, quod magnates occidiſſet, uxorem Soltani defuncti duxiſſet, & abſque Tatarorum mandato Soltanum novum conſtituiſſet. Kanus igitur iuſſit, Ezaldino ex throno deſcendendum eſſe, & Rocenaldinum, qui Kanum inviſerat, regnaturum, & Behaaldinum Tergiman Veziram futurum eſſe, abdicato Schemes-

Digitized by Google

meſaldino. Quum ad redeundum ſe convertiſſent, Vezira hæc audiens perturbatus eſt. Miſit Reſchidaldinum, Subaſchium Malatiæ, qui tum erat Emira Erazi cum auro multo gemmisque pretioſis ad Kanum, ut mandati confirmationem adduceret. Qui quidem poſtquam Arſanganam pervenerat, audivit Rocenaldinum Soltanum & Behaaldinum Tergiman appropinquare. Perterritus theſaurum, quem ſecum habebat, in caſtellum Kamah detulit, & ipſe cum paucis ſociis Halebum effugit. Paulo poſt advenit Behaaldinus ſtipatus Mogolis 2000. Rocenaldin proclamatus eſt Soltanus Arſanganæ, Sebaſtiæ, Cæſareæ, Malatiæ, & in caſtello Saidæ & Amidæ. Conſtituti ſunt præfecti & hyparchæ novi ubique locorum, & abdicati, quos Ezaldinus creaverat. Tergiman legatum miſit Halebum, & Reſchidaldinum, qui illuc fugerat, in vincula coniectum in caſtellum, appellatum Habig abducendum curavit. Ex carcere illo nullus eorum, qui in eum coniecti fuerunt, emiſſus eſt, præter hunc, qui poſtea gratiam conſecutus & liberatus eſt. In muro huius caſtelli ſuper rupe valde alta P. 509.
porta erat, atque extra illam tabula quædam, ſuper qua homo vix ſtare, multo minus ſedere potuit. Quando decretum erat, aliquem magnatum honoratiorum interimere, neque manus ei imponendæ erant, quibus occideretur, educebatur & collocabatur ſuper hac tabula. Clauſis portis poſtquam ſtabat diem unum vel biduum, ſomno ſopitus decidit & mortuus eſt. Contigerunt illa omnia, iter ad Tataros & reditus illinc, intra tres annos. Anno Græcorum 1560 quum adveniſſet Behaaldinus, Tatarique cum C. 1249.
eo, Vezira Schemesaldin Iſpahanenſis perterritus capere voluit Soltanum Ezaldinum, atque rebellionem ciere in caſtello quodam ma-

maritimo Fuit Koniæ (Iconii) vir quidam ex magnatibus, ſer-
vus ſenex Soltani Elaaldini, nomine Gelalaldinus Keratai, homo
Naziræus, qui ab eſu carnis & potu vini & a mulieribus abſtine-
bat, vir bonus & miſericors. Qui quidem quum ſentiret, Vezi-
ram id conſilii habere, ut, prehenſo Ezaldino, fugeret, eum do-
mi catenis conſtrinxit, remque celeriter Behaaldino indicavit.
Miſit Tataros, qui tormentis Schemesaldinum Iſpahanenſem cru-
ciarent, usque dum theſauros illis innumeros oſtenderet. Tum
eum occiderunt. Fuit ille vir doctus, qui literis excellebat.
Quum interficere eum vellent, in ſemet ipſum elegias confecit
Perſice, quæ plena doloris, elegantes & valde ſuaves erant. Illo
occiſo, Gelaaldin erat conſiliarius Ezaldini, regionesque inter
binos fratres diviſæ ſunt. Fuerunt Iconium, Ancyra, Antalia,
aliæque urbes occidentales Ezaldini, & orientales Rocenaldini.
Magnates autem Rocenaldini non ceſſarunt rixari, volueruntque
Rocenaldinum ſolum Soltanum denominari, & Ezaldinum amove-
ri. Quare, inſidiis ſtructis, hæc Keratai iis nunciavit: „Volun-
tas veſtra fiat, & Rocenaldinus Soltanus eſto ſecundum mandatum
Kani, qui eſt vobiſcum. Sed accerſite eum Axaram, quo etiam
P. 510. Ezaldinus veniet, & quod frater amore ductus ei dabit, accipiet.„
Quum hi inducerentur, ut accito Rocenaldino Axaram venirent,
etiam Ezaldinus Iconio egreſſus eſt, Axaram profecturus. Mili-
tes Medorum in inſidiis poſiti irruperunt ex alia plaga, profliga-
runt ſocios Rocenaldini, & Behaaldinum, Atabegum eius, cepe-
runt. Ezaldinus fratrem ſuum, Rocenaldinum, quem ceperat,
non læſit, ſed Iconium duxit. Tres fratres in throno regio ſimul
ſederunt, & moneta nominibus tribus ſignata eſt. Poſtea vel
anno

Digitized by Google

anno Græcorum 1561 exiit Redi Frans (rex Franciæ) rex quidam Francorum interiorum cum populo multo, equitibus, peditibus, militiaque heroica. Mare traiecerunt navibus maioribus, quæ impletæ erant argento, auro infinito, inſtrumentis bellicis & alimentis. Commota eſt terra horum fama. Relatum eſt, in Ægyptum eos iter parare. Malec Al Salach filius Chamali, dominus Ægypti, qui mortuo Adelo fratre eius minore, in locum eius ſuffectus eſt, Emeſſam in Palæſtina oppugnabat, ut eam Malec Aſchrapho domino eius eriperet, qui ex Aſadaldino Schircuhe avunculo Saladini magni originem duxit, et poſtea Telbaſchram occupavit. Salachus, audita fama de Francis, reliquit Emeſſam, & peditibus paucis in Ægyptum venit. Caſtra poſuit in loco, qui vocatur Manſura, abundanti arboribus. Voce eius ſublata inter Arabes, congregatæ ad eum ſunt turmæ Arabum Alexandria, Coſſo & Syene. (361) Incolæ Damiatæ quum viderent, ſe a Francis peti, ſtupefacti ſunt, & nulla anguſtia vel obſidione coacti evacuarunt urbem omni re, quæ ibi erat. Sumtis hominibus omnibusque opibus in Ægyptum abierunt. Magnates Damiatenſes ad Soltanum profecti ſunt. Interrogati a Malec Salacho, num Franci eos coegiſſent, reſponderunt: ,,non, ſed metuimus illud tempus, ne nobis idem accideret, quod incolis Accæ, quos Franci interfecerunt, nemine illis opitulante,, Salachus in illos iratus 64 magnates illuſtres crucibus 32, binos ſcilicet ſingulis crucibus, affixit, uti erant veſtiti & calceati. His ſuſpenſis ipſe obiit paucis diebus poſt ex ulcere maligno, quod in femore eius exiit, & ita Pag. 511.
uti fuit abſciſſum eſt & decidit. Magnates Ægyptii accerſerunt Malec Moattemum filium Salachi, qui tum fuit in caſtello Cephæ &



Digitized by Google

regem conſtituerunt in locum patris. Conſiliarius eius fuit Pecheraldinus Othman filius Schich Alſcheiuchi, Veziræ magni. Franci oppugnarunt murum Damiatæ, ſed non audita voce præſidii, neque conſpecto quoquam in turribus mirati ſunt. Miſſi viri nonnulli ex portu intrarunt urbem, neque cuipiam occurrerunt. Cognoverunt magna tranquillitate evacuatam eſſe, & gaudio. Fuit dies ille dies Veneris. Nemo ibi inventus eſt, qui in murum mingeret. Licet Francis naves eſſent, quibus alimenta mari apportabantur, tamen mente prava inducti non expectarunt, donec naturam regionis, & tranſitus viarum & fluviorum noſcerent, ſed traiecto torrente quodam Nili Ægyptum verſus in regionem ab aquis diſtantem feſtinanter contenderunt via, qua aquæ non erant. Pars exercitus Arabici inſecuta eſt eos, fueruntque ſepes inter eos & aquas. Alii coram illis erant. Manſerunt in medio, cruciati fame & ſiti una cum equis eorum. Arabes, animo capto, magna clade eos afflixerunt, multos occiderunt, regem & magnates vinxerunt, regemque vinctum ad Moattemum deduxerunt. In carcere penes illum erat, ubicunque caſtra poſuit. Tum conſilium dederunt Moattemo ſervi iuvenes, æquales eius, dixeruntque ei: „Si regem hunc Francum occideris, per totam vitam bellum tibi cum Francis gerendum erit, quia reges eorum multi & potentia validi ſunt. Iureiurando illum coge, ut abhinc in 120 annos ille, fratres, filii & poſteri eius gladios contra Arabes non ſtringant. Permitte ei, collata in eum benignitate tua, ut ad ſocios fidei ſuæ abeat. Itaque tranquille ages & pace gaudebis, neque opus erit, ut theſauros, quos pater tuus collegit, militibus dividas." Approbavit Mottem conſilium hoc, accerſi-

vit,

Digitized by Google

vit regem Franciæ noctu, eumque ad iuramentum, ut ſibi placebat, adegit. Dedit ei dona multa, eumque dimiſit. Fertur tempore iſto, quo rex Franciæ in carcere erat, nuncium ei allatum eſſe, reginam uxorem eius Damiatæ filium peperiſſe. Quod quum Moattem audiſſet, miſit uxori dona, nempe ſardonices 10000, præſepe aureum, & veſtimenta ſplendida. Servi ſeniores patris Moattemi ſimulac animadverterunt regem Franciæ emiſſum eſſe, repugnarunt, navesque mari miſerunt ad eum prehendendendum. Quum eum non aſſequerentur, gladiis ſtrictis in Moattemum irruerunt. Ille fugit ante eos, & quum turrim ligneam quam poſſidebat, aſcendiſſet, eam incenderunt. Quum ſe in medio igni videret, ſe ipſum in mare proiecit, ſubmerſus eſt, neque cadaver eius inventum eſt. Rex Franciæ eductis Damiata omnibus copiis ſuis Accam venit, ubi aliquod tempus commoratus ædificavit Cæſaream Philippi, aliasque urbes. Deinde in patriam rediit. Occiſo Moattemo domino Ægypti regnavit in Ægypto ſervus quidam patris eius, nomine Ezaldin Turcemani. Recepit uxorem domini ſui, quæ vocabatur Schegerath Alducer, ancillam Turcicam inter mulieres. Elapſo aliquo tempore, quum intraret ille in balneum ad lavandum, miſit mulier ſervos nonnullos parvos, qui eum ſtrangularunt, quia ſenſerat, eum mortem ipſius animo meditatum eſſe. Succeſſit in locum Turcemani in Ægypto ſervus eius Turcus nomine Kutus & appellabatur Malec Motaphar. Ille occidit Schegeratham Aldurer, cadavere eius canibus proiecto ad ulciſcendum dominum ſuum. Revera autem niſi timuiſſet, ne eum occideret, eam non interemiſſet. Excelluit enim pulcritudine muliebri & animo virili. Hoc tempore P. 512.



Digitized by Google

quum Maleo Al Naſer dominus Halebi videret, ſervos in Aegypto regnare, ſeque invicem quaſi enixo ſtudio interficere, coacto exercitu, Damaſcum venit, ibique tranquille in pace absque bello regnavit. *Quomodo Munga Kanus in ſolio regio Mogolorum collocatus fuerit.* Quum Bathu filius Tuſchi filii Ginghiz Chani ex caſtris, quæ in regione Sakſinæ & Bulgarorum erant, profectus eſſet ad inviſendum Guiuch Chanum, & veniſſet in locum, qui vocatur Alakmak in vicinia urbis Kaialig, allatus ei eſt nuncius de morte Guiuch Chani. Quare in patria manſit atque
P. 513. miſſis legatis omnes filios regios penes ſe coegit. Illi, qui venire non potuerunt, litteras miſerunt, quibus ſcripſerunt: "Bathu omnium noſtrum natu maximus eſt. Quodcunque ille fecerit, nos ratum habemus & recipimus." Initio quidem filii Guiuch Chani cum regina matre ſua, quæ appellabatur Ugul Ganmiſch Chatun, ad Bathu venerunt. Sed dies tantum duos manſerunt, poſt abierunt, relicto Timur Nowaino, cui dixerunt: "Quando filii regii maiores & minores congregati erunt, ei in quem conſenſerunt, etiam tu ex parte noſtra aſſentieris." Coacto eorum cœtu, omnes Bathuo optionem obtulerunt, ut, ſi Kanus eſſe voluerit, eſſet, ſin minus, ſe illi, quem elegerit ſubiectum iri. Bathu dixit: „Ego neminem noſtrum novi præter Mungam, qui idoneus ſit, ad egregie gubernandum regnum magnum, quale iſtud eſt." Omnes dixerunt: "æquum & iuſtum eſt." Quum Munga tanquam ſapiens libertatem ſibi expeteret: vi eum prehenderunt & in throno collocarunt. Bathu & omnes filii regii adorarunt eum genubus flexis. Bathu calicem ſecundum conſuetudinem ei epotandum præbuit. Confirmato ei regno anno Arabum 649 die nono

Digitized by Google

nono menſis quarti cœpit regina fidelis (362) admodum ſapiens Serkutni Begi mater Munga Kani ſibi devincire omnes principes & magnates donis ſplendidis, & muneribus, ſibique rebelles promiſſis bonis ſubiicere. Quum expectarent adventum filiorum Guiuchi Chani eorumque matris Ugul Ganmiſchæ, venit non nemo ex iis, qui leones in oblectamentum filiorum regiorum venantur, dixitque: "ego, quum hunc leonem caperem, profectus eram in locum, hinc itinere trium dierum diſtantem, eius quærendi cauſa, venique in domicilia filiorum Guiuch Chani, qui huc adventant. Vidi currum quendam fractum, puerumque penes eum ſtantem. Currum emendans me advocavit, ut eum adiuvarem. Appropinquans vidi currum impletum inſtrumentis bellicis. Interrogavi puerum, quid ſibi hæc velint. Reſpondit mihi admiratus: quomodo ſi noſtrarum partium es, hæc neſcis. Omnes currus, qui penes nos ſunt, ita ſe habent. Illo relicto vobis indicavi, ut ſciretis." Tum miſit Munga Kanus ducem nomine Mengaſar cum equitibus 2000 in occurſum filiorum Guiuchi Chani, qui illis dixerunt: "Primum fas eſt, ut Munga Kanum comitati paucis viris conveniatis, poſtea adveniant milites veſtri." Quum dure reſpondere non poſſent, ita fecerunt. Poſtquam advenerant, tribus diebus elapſis, quibus ederant, biberant, refocillatique erant, Munga Chanus rem illis revelavit. Pudefacti ſunt, neque defenſionem proferre potuerunt. Iuſſit igitur, omnes magnates, qui conſpirationis participes erant, occidi. Aliſchti Nowainum quidem, cui Guiuch Chanus occidentem gubernandum commiſerat, dimiſerunt, at ceteros omnes, qui cum eo erant, humi proſtrarunt. Adduxerunt etiam Kadakum Nowai- P. 514.



Digitized by Google

num ſuper curru. Confeſſus crimen ſuum miſere interfectus eſt. Similiter uxor Guiuch Chani, poſtquam ſubmiſſa eſt, occiſa eſt. Eius tamen filii propter dignitatem ſtirpis regiæ non occiſi, ſed iuſſi ſunt in loco quodam commorari cum hominibus paucis, qui illis miniſtrarent. Itaque regnum Munga Chano intactum manſit. Fratri ſuo Kublai regiones Chataiorum, id eſt, Sinarum, commiſit. Alium fratrem Hulacu in regiones occidentales miſit. Minorem nomine Arigcucam in vicinia ſua detinuit. Legem tulit, ut in regionibus Chataiorum quiſque dives ſingulis anuis denarios aureos 15 tributi loco ſolveret, egenusque unum denarium, in regionibus vero Perſarum quisque dives denarios 10 & egenus unum. Iuſſit, etiam ut poſſeſſor iumentorum centum unum, daret, qui autem minus poſſideret, nihil. Captivis & in carcerem coniectis libertatem ex anguſtia conceſſit. Præcepit etiam, ut ſacrificulus, item ſacerdotes, diaconi, monachi & ſcribæ Moslemorum ab oneribus liberi eſſent. Soli Iudæi omnium gentium hac benignitate caruerunt, de quibus poeta quidam ait: „Libertas, o Iudæe, nihil ad te attinet. Solius ignominiæ, o miſer, particeps es."

C. 1251. Hoc anno, id eſt, anno Græcorum 1562 orta eſt diſſenſio inter ſervos Turcos in Ægypto. Horum quidam Malec Al Naſerum, qui Damaſci regnabat, excitarunt, ut in Ægyptum contenderet,

P. 515. quam ei tradituri ſint. Malec Al Naſer coacto exercitu magno Gazam petiit, ut regnum Ægyptiacum capeſſeret. Quod quum Turci audirent, qui cum eo non conſentiebant, exercitum ſuum congregarunt. Eduxerunt etiam Francos multos, qui captivi penes ſe erant. Equis illis conceſſis irruerunt in Malec Naſerum iuxta Gazam, eumque ita profligarunt, ut vix cum paucis viris ſerva-

Digitized by Google

ſervaretur. Fugiens venit Damaſcum. Huius anni menſe Chanuno poſteriori defuncta dſt regina fidelis Hebia filia regis Leboni maioris, uxor Haythoni regis filii Conſtantini, & mater regis Leboni minoris in Cilicia, cuius benignitatem miſericordiam, & humilitatem nemo ſatis prædicare poteſt. Diſcalceata (363) incedebat in ædibus eccleſiaſticis. Orans ſtabat, neque plorare deſinebat. Deus quietem ei dabit cum reliquis mulieribus ſanctis. Ineunte anno Græcorum 1563 profectus eſt Haythonus rex Ciliciæ ad inviſendum Munga Kanum magnum. Particeps factus eſt ſacramenti vivificantis die quinto ſive ſacramenti & profectus eſt die Veneris ſive crucifixionis. Quia timebat, ne magnates Rumæorum inſidioſe eum læderent, famam ſparſit, ſe antea legatum ad Kanum miſiſſe, &, allato mandato, tum profecturum eſſe. Scripſit literas eiusdem argumenti ad dominum Rumææ. Cum legato ipſe profectus eſt habitu detrito, trahens equum, amictus veſtibus ſordidis, & inſidens equo vili. Tranſiit per omnes civitates Rumææ, a nemine cognitus. Arſanganæ vicanus quidam eum cognovit, ſalutavitque regem Haythonum. Quod quum legatus audiret, ad regem ſe convertit, qui equum trahebat, eique gena eius percuſſa, conviciatus eſt dixitque: "o ſtulte, rex hic loci es regique compararis." (364) Itaque opinio ſublata eſt. Hoc habitu ſervili rex manſit, donec ad fines Iberorum venit, ubi ſe manifeſtavit. Poſtquam tum temporis extra patriam fere tres annos & dimidium anni commoratus erat, rediit. Hoc anno, id eſt, anno Arabum 650 ad Kuriltai, id eſt, cœtum magnum Hulacu frater Munga Kani profectus eſt, ut inviſeret regiones occidentales exteriores loco Ailſchichataii, quem Guiuch

C. 1252.

P. 516.

Cha-

Chanus miſerat. Iuſſit Munga Kanus, ex denis militibus omnium exercituum in oriente & occidente duos ſe ſiſtere. Filiorum regiorum quidam. fratrem ſuum minorem nomine Sabathai Ogul miſit, ex parte Bathui miſſus eſt Bulgai filius Sibkani & Kotar Ogul & Koli cum copiis multis, ex parte Schagatai Tachodar, ex parte Schiſchchani Begi ſororis Kani, Boka Timur cum exercitu Aviratarum & Chataiorum adduxerunt 1000 familias hominum, qui machinas fabricare & naphtam iaculari noſſent. Exercitui præmiſſæ ſunt per Bukam, Emiram, qui princeps piſtorum erat. Hulachus filium ſuum Schumagarum ex regina maiori ſuſceptum una cum matre eius ſibi ſubſtituit in aula Munga Kani. Hic filius aliquo tempore poſt, quum patrem ſuum inviſere vellet, mortuus eſt in itinere. Accivit ſecum ex reliquis filiis ſuis natu maiorem, nomine Abkam, & filium alium nomine Aſchmut. Ex mulieribus Tuli Chani patris eorum Dekus Chatun regina fidelis & vera Chriſtiana Hulacho inter mulieres recipienda conceſſa eſt ſecundum conſuetudinem Mogolorum. Profecta eſt cum eo, & ſalutem Chriſtianorum promovit ubique terrarum. Manſerunt in itinere usque ad annum Arabum 650, inde venerunt in Perſida. Huius anni menſe Thumuz adortus eſt exercitus Tatarorum Malatiam duce Iſavur, qui ante octo annos eam oppugnaverat. Diripuit pagos & agros, incendit domos & areas, interfecit, quicquid in via inveniebat. Caſtra poſuit in plaga ſeptentrionali. Tatari quidam quum tranſirent per agrum Gubaſenum, aſcenderunt monaſterium Macronæ, & petierunt a monachis pecuniam cibumque. Illi miſeri ſimplicitate ſua recuſarunt quicquam dare, putaruntque eos fortaſſe abituros eſſe. At Tatari, accitis aliis, redierunt, iterumque monachos

roga-

Google

rogarunt, ut aliquid darent. Quum nihil impetrarent, oppugnarunt monaſterium, & incenderunt turrim monaſterii. Fuerunt P. 517.
ibi pondera multa goſſypii, cera & multum olei, quæ *non incenſa ſunt. Cremati ſunt omnes monachi, ſenes & iuvenes & ex incolis regionis utriusque ſexus 300. Eodem anno ſcriptor huius libri epiſcopus fuit Gubæ. In monaſterio Barſumæ interfuit ſynodo, qua Dionyſius, qui Angur cognominatur, patriarcha ordinatus eſt. Neque ibi ei quisquam favebat præter duos diſcipulos Pharg monachus Dumniianus, & Kauma iuvenis Luvaſnoie. Pharg ex arce ad Tataros ſe proripuit, qui eum non læſerunt. At paulo poſt obiit. Kauma crematus eſt. Aaron medicus ſenex pater epiſcopi in oppido Marga delituit in arce una cum filio eius parvo. Quum irruerent Tatari, in monaſterium cum reliquis incolis urbis fugere noluit, ſed ex alio latere aſcendit montem, ſeque abſcondidit in loco prærupto & munito iuxta oram Euphratis. Delituit ibi cum fratre ſuo minori 40 dies, usque ad adventum Tatarorum. Unus tantum mulus, quem poſſidebant, in fluvio ſubmerſus eſt. Alii fugitivi erant in loco, qui vocatur Berama. Egrediebantur noctu & ſibi pecorique, quod habebant, alimenta apportabant. Anno Arabum 649 regnavit Bederaldinus Lulu dominus Mauſelæ in urbe Gazarta Cardoæ; cuius rei hæc cauſa fuit. Malec Moattem dominus Gazartæ, qui ex poſteris Atabeg Zangi originem duxit, quum videret Bederaldinum ſatis validum eſſe, ad offendendum vel opitulandum, amicitiam cum eo colere voluit. Locavit filiam Bederaldini filio ſuo Malec Maſudo; quam quum Maſudus odio immani proſequeretur, pater eius Moattem eum hortatus eſt, ut odium non manifeſtaret. At celare



Digitized by Google

non potuit. Quum filia de marito apud Bederaldinum patrem
ſuum conquereretur, hic eam accerſivit. Paulo poſt obiit Moattem,
cui ſucceſſit filius eius Maſud. Hunc exactionibus opprimere (365)
cœpit Bederaldinus, adeo ut ei indicaret, ſe ultionem petere ob
famam uxoris læſam. Quum, quicquid vellet, daret, tandem ab
eo poſtulavit, quum ad Neſibin caſtra poſuiſſent, ut Gazartam
ſibi venderet. Maſud reſpondit: "Omnia in me recepi; at, ut
tibi regnum meum tradam, fieri non poteſt." Quare Bederaldin,
coacto exercitu, adortus Gazartam feria tertia, die 24 menſis ſexti
anni antea dicti, diebus Niſanis, eam oppugnavit. Maſudo pro
P. 518. vita ſua deprecante, promiſit Bederaldinus ei caſtellum concede-
re, quod vocatur Parach, ut cum ſociis & mulieribus ſuis illuc
tenderet. Conſenſit Maſud, abduxitque ex urbe milites præſidia-
rios. Bederaldinus per eunuchum quendam eum catenis conſtrin-
xit, & noctu Gazarta abductam in nave collocavit, Mauſelam eum
miſſurus. Iuſſi ſunt nautæ, ſervique, quos appoſuit, eum Tigri
ſubmergere, poſtea in Syriam fugere, rumoremque ſpargere, Ma-
ſudum ſe ipſum in fluvium proieciſſe, & ſubmerſum eſſe. Nos
autem timemus, ne dominus noſter Bederaldin nos perdat, quia
fidem famæ non habemus, quod Maſud ita ſibi ipſi fecerit. Poſt-
quam eum ſumſerant, & ad navigandum Tigri deſcenderant,
fecerunt, uti iuſſi erant, in Syriam fugerunt, atque ita retule-
runt. Anno ſequenti Mauſelam reverſi ſunt. Bederaldinus Ga-
zarta potitus eſt die Veneris die undecimo menſis ſeptimi anni
ante dicti. Hæc urbs non a Græcis condita eſt, ſed Medæ, qui
vocantur filii Omari, eam condiderunt, quapropter etiam eorum
nomine appellata eſt. Hoc tempore, quum mercatores quidam
fluvium

Digitized by Google

fluvium magnum Perſidos, qui vocatur Gihon, traiicerent, pauper quidam erat cum illis, amictus veſte, qua Takiræ induti eſſe ſolent. Dixit nautis: „ego ſum Soltanus Gelalaldinus Chowarzemſchah, de quo fama eſt, eum a Curdæis in montibus Amidæ occiſum eſſe. At non ego, ſed armiger meus occiſus eſt. Ego quidem annos aliquot orbem clam peragravi, oblectandi animi cauſa." Nautæ perterriti prehenſum duxerunt ad magnates Mogolorum, qui haud procul erant. Vexatus tormentis dirum in modum ad mortem usque non negavit, ſed affirmavit, ſe illum eſſe. Anno 1565 cœperunt legati frequenter viam terere, quia Ezaldinus Soltanus Iconii admonebatur, ut Kanum magnum ipſe inviſeret. Pag. 519. Alias enim regionem eius a Mogolis depopulatum iri. A civibus & exteris coactus eſt Sebaſtiam adire, ubi omni generi laſciviæ & libidinis indulſit. Quando enim de muliere vel filia vel viro audivit ex magnatibus vel plebeiis, vi accerſivit, eosque corrupit. Magnates igitur odio eum habentes voluerunt fratrem eius Rocenaldinum in eius locum regem conſtituere. Quod quum intelligeret, timuit & Iconium redux fratrem minorem Elaialdinum ad adorandum Kanum ablegavit, tradita ei hac epiſtola: "Fratrem meum minorem Elaialdinum, qui eſt Soltanus pariter ac ego, miſi. Ego quidem, quia mortuo Gelalaldino Kerati Atabego meo, ex occidente inimicus contra me excitatus eſt, venire non potui, ſed alio tempore veniam. "Quum frater minor & magnates, qui cum eo erant, profecti eſſent, obiit ille, magnatibus ei inſidias parantibus. Manſerunt Ezaldinus & Rocenaldinus Iconii. Quum Ezaldinus audiſſet mortem fratris minoris, etiam fratrem alium prehendere & interimere voluit, ut ſolus ipſe remaneret. Quod

 quum

Digitized by Google

quum magnates intellexiſſent Rocenaldinum ad fugam capiendam permoverunt. Fertur, tunica ſordida pueri coquini eum indutum, &, menſa culinari capiti eius impoſita, veſpere ex palatio eductum eſſe. Equo inſidens Cæſaream pervenit, & in throno collocatus eſt. Congregatæ ſunt ad Rocenaldinum multæ copiæ, quas contra fratrem ſuum Ezaldinum ducere voluit. Irruit in eum Ezaldinus, eumque denuo fregit, & in vincula coniectum incluſit caſtello, quod vocatur Daulu. Anno 1566, id eſt, anno Arabum 653 interfectus eſt Elaialdinus dux Iſmaelitarum in caſtello, quod appellatur Schiriechue i. e. mons leonis. Succeſſit ei Rocenaldin filius eius. Hulachus eum certiorem fecit: ſi nihil mali contra nos meditaris, & concordiam pacemque quæris, dirue omnia caſtella tua, tuque ipſe nos adi. Alias accingito te ad bellum. Rocenaldinus ſtatim deſtruxit quinque caſtella, in quibus commeatus non erant, quæque impetum Tatarorum perferre non poſſent. Reſponſum Hulacho dedit: "Ex parte impletum eſt mandatum tuum. Reliqua caſtella pedetentim diruam." Hulachus vero novit, eum callide dilationem quærere. Quare miſit Chid Bukam contra caſtellum vocatum Schahdir, qui biduo illud atque tria alia caſtella vicina cepit. Rocenaldin induit egenum quendam veſtibus ſplendidis, eumque obſidis loco ad regem miſit. Hulachus quanquam novit eum mentiri, non indicavit, ſed remiſit eum cum honore, dixitque: te expeto, non filium tuum. Poſtea miſit fratrem ſuum verum nemine Schiranſchah cum equitibus 300. Hulachus, prehenſis equitibus miſſisque Kezvainam, remiſit eum dixitque: "ipſe veniat." Nocte in nativitatem ſalvatoris quum ad colendum Kanum proficiſci vellet, ſtrictis in eum cultris ſervi eius dixerunt:

C. 1255.

P. 520.

runt: "Si proficiſcaris, te occidimus." Tum rem regi regum indicavit, cumque monuit: "cave tibi ab iis. Divulga te ad nos venturum eſſe. Tum vives, quia hi omnes parati ſunt, ut gladio interimantur." Rocenaldinus, allato ei mandato, deſcendit cum filiis & domeſticis ſuis atque egregie a rege regum exceptus, & honorifice miſſus eſt in urbem Kezvainam, ubi equites illos 300 Mogoli clam trucidarunt. Potiti ſunt caſtello, ex quo Rocenaldin deſcendit, & cuius nomen eſt Mimundur. Deſtruxerunt ſimiliter caſtellum validum, quod vocatur Alamut, item caſtellum, quod vocatur Gerdechue, quod ad cœlum usque exaltatum erat. Quinquaginta alia caſtella vicina cœperunt Tatari et everterunt, omnesque eorum incolas occiderunt. Everſione harum arcium Deus miſertus eſt omnium regum Arabum & Chriſtianorum, quos terruerunt & perturbarunt Iſmaelitæ illi, portantes cultros, fundentesque ſanguinem innocentem. Tum Rocenaldinus quum videret, Hulachum amore eum amplecti, dixit ei libere: "Per hos dies, quos hic exegi, benignitate tua me cumulaſti. Itaque rogo, ut permittas mihi iucunde vitam (reliquam hic) tranſigere." Præcepit theſaurariis, ut ei multum auri & argenti daretur. Quo accepto, cœpit edere bibere & voluptati deditus eſſe. Amavit puellam quandam Mogolicam iuſſitque Hulachu, eam ipſi locari. Quodam die, quum vinum biberet, dixit citharœdo, qui (366) Perſice cecinit: P. 521.

Tanquam ad medicum, ad te ego ægrotus tuus veni,
O rex regum, atque, ut vita fruar, obviam tibi veni,
Ut abſcindam fructus incolumes ſeminis tui, veni;
Alias fere tanquam merx in regionem tuam veniſſem.



Digitized by Google

Quum hæc Hulachus audiret, valde placuerunt ipſi eius verba, & amicis adſcriptus eſt. Poſtea veniam petiit, ut inviſeret Munga Kanum. Miſſus eſt, ſtipatus nuncio Mogolo. In itinere quum rixaretur cum nuncio, hic ira commotus, poſtquam in caſtra Munga Kani advenerant, Rocenaldinum accuſavit. Itaque interfectus eſt, & promulgata lex, ut tota gens Iſmaelitarum utriusque ſexus interimerentur, ubicunque eſſent. Hoc anno exiit Baſchu Nowain dux militiæ Tatarorum verſus Erzerum & miſit legatum ad Soltanum Ezaldinum menſe Ab. Petiit ab eo locum ad hiemandum (367) quia in regione Mogana, ubi quotannis in hibernis eſſe ſolebat, Hulachus rex regum frater Munga Kani hiemare volebat. Cum Baſchuo advenit rex Haythonus, qui Kanum magnum inviſerat. Ingreſſus eſt in regionem ſuam die Veneris, primo die Elulis, qua de re gaviſi ſunt Chriſtiani. Soltanus Baſchuo locum cedere noluit, contemſitque eum, quia audiverat a duce alio, eo maiori, immo domino, eum expulſum eſſe. Quare bellum contra eum paravit. Adventante Baſchuo, irruit in eum Ezaldinus iuxta diverſorium Soltani inter Iconium & Axaram.
P. 522. Fractus eſt, & fugit in regiones ditionis ſuæ interiores, quæ in finibus Nicææ ſunt. Fuit dux in ditione Rumæorum Iutaſch Beglarbeg, qui etiam in hoc bello interfectus eſt. Baſchu Nowain laxavit Rocenaldinum ex carcere, eumque regem conſtituit Rumææ,
C. 1253. anno Græcorum 1564. Ezaldinus legatum miſit ex loco, ubi erat, ad Hulachum, Baſchuumque accuſavit, quod eum ex regno & hæreditate paterna removiſſet. Hulachus miſit Ierlich vel edictum, ut binis fratribus regiones dividerentur. Quare ineunte anno
C. 1257. Græcorum 1568 proclamatus eſt Ezaldinus & venit Koniam (*Iconium*)

Digitized by Google

nium) Rocenaldinus cum Baſchuo in hybernis egit in regionibus interioribus Bithyniæ iuxta mare. Quia Ezaldinus Baſchuum timebat, cœpit copias parare, miſitque ſervum quendam, nomine Togrum Hapha verſus Malatiam, ut conduceret militiam Curdæorum, Medarum & Turcomanorum. Qui quidem ad caſtellum Saidæ profectus adduxit ex oriente binos magnates Curdæos, nempe Schepheraldinum Ahmed filium Belaſi, cui dedit Malatiam, & Schepheraldinum Mohammedem filium Schabach Edi, cui dedit caſtellum Saidæ. Bar Belas quum adveniret, a Malatienſibus non exceptus eſt, quia Rocenaldino iuraverant. Cœpit igitur incolas urbis obſidere, qui in anguſtia fuerunt per totam hyemem. Fuit fames tanta, ut Kephizo (menſura trium logorum) tritici venderetur Soltanicis 120. Incolæ Malatiæ quum nihilominus eum non reciperent, inſurrexerunt contra Bar Belaſi & trucidarunt ex ſociis eius 300. Ipſe fugit, tranſiit in regionem Claudiæ & incendit monaſterium Madik, & monaſterium Mar Aſiæ feria prima hebdomadis palmarum primo die menſis Niſanis. Direptionem magnam hic & ſimiliter in regione Gubæ fecit. Hinc recta proceſſit Amidam, ubi a domino Maiphercatæ captus & occiſus eſt. Alter autem Bar Schabach Edi, qui in caſtello Saidæ erat, poſt ærumnas varias, quibus affecit incolas caſtelli, ſumtis fratribus ſuis, profectus eſt ad Komach (eum rogaturus, ut in auxilium Ezaldini Soltani adveniret. Ibi ceperunt eum milites Angurch Nowaini & occiderunt. Ezaldinus Soltan quum audiret ſortem triſtem, quæ Curdæis in auxilium eius adventantibus contigerat, miſit Malatiam ducem, qui vocabatur Eli; Behadur virum curtum ſtatura & parvum, ſi molem ſpectes, ſed ſtrenuum & fortem atque in rebus P. 523.

Digitized by Google

bus bellicis verſatiſſimum. Hunc Malatienſes exceperunt. Fuit inco-
lis urbis, & regioni auxilio. Patefactis viis, vendebatur triticum
ubique locorum. Hoc tempore impleti fuerunt montes colles, &
valles Malatiæ vicini Turcomanis Agagarnis, qui quocunque locorum
confugerunt. Ex uno tantum oppido in regiones caſtelli Manſur
ceperant 7000 boves, vaccas, aſinos & aſinas, & 45000 oves ca-
proſque. Ceperunt monaſterium Madik, Mar Aſiæ, & Mar Dima-
tæ indeque magnas divitias rapuerunt. Eli Behadur eos inſecutus
eſt, atque ex regione expulit. Ducem eorum nomine Schuti Bag
prehendit & incarceravit in caſtello *Meſræ*. Quum pace hac gaude-
rent (368) Malatienſes, eduxit Baſchu milites ſuos ex Bithynia interna,
qui diebus Niſan ſparſi ſunt per Galatiam & Cappadociam. Cœpe-
runt oppugnare caſtella, quæ Rocenaldino tradere voluerunt. Ve-
nerunt in urbem Ableſtinam, trucidatoque populo, qui ibi erat
7000, & abductis pueris puelliſque venerunt Malatiam die Sabbathi
plenilunio Elulis. Behadur fugit Gachtum. Baſchu coegit incolas
urbis ad iuramentum præſtandum Rocenaldino indeque multos dena-
rios abſtulit. Reliquit ibi ſervum quendam Rocenaldini nomine Pe-
cheraldin Aias, ipſe tetendit verſus caſtellum Saidæ, quia a rege
regum Hulacho iuſſus erat, feſtinanter Bagdadum deſcendere. In-
C. 1258. eunte anno Græcorum 1569 tempore autumnali venit Baſchu Nowain
Mauſelam, neque regioni iſti magnam cladem intulit, quia Malec Sa-
lach filius Bederaldini his diebus redierat ex aula Hulachi. Duxerat
uxorem filiam Gelalaldini Chowarzemſchah, quæ habitu Mogolico pe-
nes eum erat. Incolæ regionis iſtius in urbem fugerunt, ſeque ab-
ſcondiderunt, donec Baſchu abiit. Eli Behadur, ſimulac Baſchu
Nowain Euphratem traiecerat, rediit Malatiam. Incolæ urbis, quia
P. 524. Ro-

Rocenaldino iuraverant, prætereaque Baſchuum timebant, clauſerunt ante eum portas urbis. Coacto exercitu Agageræorum urbem obſidere cœpit, quæ obſidione & fame ad incitas redacta eſt. Kephizo ſalis conſtitit 400 albis (369) Soltanicis & tritici 70. Quum cives famem & oppugnationem non amplius tolerarent, proruperunt nocte quadam, & patefactis portis urbis, introduxerunt Behadurum & Agageræos ſocios ipſius. Hac nocte aſcenderunt præcones * cryptas templorum, & Arabibus atque Chriſtianis pacem promulgarunt. Timorem eis exemit, quia iudicium magnatum & non civium ſequebatur. Diluculo diei ſervum Rocenaldini in vincula coniecit, Schihab Erezum aſino inſidentem per urbem circumduxit, & ludibrio habitum interfecit. Alius vir, cuius nomen erat Moein Aigdiſch Baſchi, alligata extremitate fili altera capiti eius, altera collo canis, per civitatem ductus, & occiſus eſt. Presbyter Græcus, Kaluian, binique eius fratres Baſilius, Manuel, nec non huius filius Kiriauri, qui erant ſcribæ primarii, ſimiliter occiſi ſunt. Præter illos tres filios Ieſchihabi Iſau, Emiræ Curdæi interemerunt. Tum ceſſavit cædes, & urbs paululum pacata eſt. Fames autem ingens fuit, poſtquam portæ urbis patefactæ ſunt, quia regio penitus vaſtata erat, & ex aliis locis nihil apportabatur propter fugitivos Turcomanos. Multi filios filiasque ſuas Agageræis vendiderunt. Alii calceos antiquos ſolverunt, eosque elixatos comederunt. Mulier inventa eſt, quæ filium ſuum aſſavit. In iudicium vocata iuravit, ſe eum non occidiſſe, ſed poſtquam mortuus erat, aſſaſſe. Fuerunt aliæ mulieres, quæ ex carne cadaveris feminæ mortuæ coram appoſitæ fruſta abſciderunt, aſſarunt & comederunt. Behadur, cognoſcens ſe co-

coram Tataris perſeverare non poſſe, urbem reliquit, & ad Sol-
tanum Ezaldinum aufugit. Erat cum eo Huſam Guban, & Barſu-
P. 525. ma filius Andrakes, qui poſtea ab iis in via occiſus eſt. Hac ur-
gente fame iuvenes ex regione Gubæ Chriſtiani rebellarunt in
oppido, Trans Gazarta, & adorti ſunt, diripuerunt & occide-
runt fratres ſuos Chriſtianos, & illuc irruentes comederunt. Hoc
tempore ægrotavit Theodorus, filius Kaluiini, imperator Nicææ,
in urbe, quæ vocatur Niphi. Quum moribundum ſe ſentiret, ac-
cerſivit Arſenium patriarcham, eique gubernationem & educatio-
nem filii ſui, Kaluiani commiſit, quia adhuc minorennis erat.
Fuit enim tum ſub poteſtate ſtrategi, cuius nomen erat Michael,
cognomen Palæologus. Hunc metuebat imperator Theodorus,
ne phantaſmate tyrannidos inductus imperium violenter ad ſe ra-
peret, quod etiam factum eſt. Præcepit igitur ſtratego cuidam,
cuius nomen erat Gadinus, ut Theſſalonicam profectus; ubi erat
Michael, eum catenis conſtringeret atque adduceret. Gadinus pro-
fectus dixit Michaeli: "Novi te regem eſſe, ſed prudenter ſine
te vinculis conſtringi, & mecum veni ad regem, qui, obſequio
tuo intellecto, te laxabit & exaltabit." Itaque Michael vinctus
ad regem acceſſit. Quum imperator videret eum non iratum eſſe,
credidit ei, miſertus eius eſt, eum dimiſit, fecitque eum colle-
gam patriarchæ in gubernando iuvene. Paucis diebus poſt ex hac
vita migravit, atque a Muzalone proximo eius, qui etiam
gener fuit Kiræ, per Lewanam ſororem regis deductus eſt in mo-
naſterium Magneſiæ, ibique in ſepulcro maiorum ſuorum depoſi-
tus. Remanſit (Muzalon) in monaſterio aliquod tempus, delibe-
rans cum ſocru ſua, quæ erat ſoror regis defuncti, quomodo rex

fieret,

& magnates perderet, qui eum non reciperent. Inſidiis eius Mi-
chaeli & reliquis magnatibus revélatis in mandatis dederunt
Francis, qui apud eos merebant, ut in monaſterium aſcenderent,
& Muzalonem membratim gladiis diſcerperent, ubicunque eſſet.
Quum aſcenderent, invenerunt eum in eccleſia orantem eumque
membratim diſſecuerunt. Aſcenderunt etiam magnates & clama-
runt alta voce: Vivat imperator Græcorum Michael Palæologus.
Vivat αυτοκρατωρ Romanorum Michael Palæologus. Hinc omnes
profecti ſunt Nicæam & iuvenem Kaluianum incarcerarunt in ca- P. 526
ſtello quodam. Arslenius Patriarcha, qui eos reprehendit pro-
pter necem perpetratam, in exilium miſſus eſt in monaſterium
quoddam, in inſula quadam maris Pontici ſitum. Poſtquam re-
gnum adeptus erat Michael, animum induxit proficiſci Conſtanti-
nopolin, quia audiverat, exercitum parvum ibi eſſe, duce Bagdoi
rege Franco, domino urbis. In itinere accerſivit Nicephorum,
metropolitanum Epheſi, eumque Patriarcham in urbe Calliopoli
in locum Arſenii relegati fecit. Illinc profectus obſedit Conſtan-
tinopolin, quam tamen expugnare non potuit, quia incolæ urbis
una cum militibus ſtrenue in muris ſteterunt, & fortiter pugna-
runt. Quum videret Michael ſibi rem non ſuccedere, reliquit
eam & abiit. Exiguo tempore poſt lis orta eſt Accae inter mer-
catores Francos, qui vocantur Venetio, & illos, qui vocantur Ge-
nuates. Venetis adhæſerunt Piſani. Quum Veneti audirent, in
omnibus regionibus (370) . . . absque mora in auxilium ſociorum
properarunt, & Conſtantinopolis iis evacuata eſt. Michael alium
aſtum excogitavit. Suaſit præfecto caſtelli, qui partes eius ſeque-
batur, ut defectionem ſimularet, & Bagdoum certiorem faceret,

 ſe

ſe, ſi exercitus mitteretur, ei caſtellum traditurum eſſe. Fecit ita præfectus caſtelli, & blandis verbis impoſuit Bagdoo. Miſſo exercitu exiguo, qui penes illum erat, Michael celeriter advolavit & Conſtantinopolin obſedit. Commovit etiam incolas nonnullos urbis, ut portam quandam antiquam ei aperirent, quæ inde a tempore Conſtantini Victoris clauſa fuerat. Græci ingreſſi cives internecarunt. Bagdoi vix vitam ſuam & domeſticorum ſuorum ſervare potuit, & ſcapha parva aſcenſa, ad Francos aufugit. Itaque Conſtantinopolis Græcis denuo ceſſit, poſtquam Francorum fuerat annis 53. Nicephorus patriarcha illegitimus non diu vixit, ſed ſtatim mortuus eſt. Michael imperator in eius locum creavit Romanum, patriarcham urbis Andrianopoleos, qui ſimulac evectus eſt, facti turpis reus factus & dimiſſus eſt. Tum
Pag. 527. imperator Michael accerſivit Arſenium patriarcham ex exſilio, eique promiſit, ſe Kaluianum filium imperatoris ex carcere educturum eique imperium paternum traditurum eſſe, ſervata ſibi tantum Conſtantinopoli, ſiquidem eam vi ceperat. Patriarcha ad eum inclinavit, reconciliatus eſt, & iterum in throno ſedit. Michael, reconciliato patriarcha, ſcelera cumulavit, & quum Kaluianum ex carcere educere, & imperatorem creare debuiſſet, filias eius coram patre excœcavit. Patriarcha, his ſceleribus offenſus, ſemet ipſum abdicavit, & in carcerem reverſus eſt. Imperator accerſivit præfectum quendam monaſterii, cuius nomen erat Ioſephus, eumque patriarcham creavit. Ille hodienum principatum obtinet. (371) His diebus, tempore hiberno, hæc infortunia Malatiæ contigerunt. *De expugnatione Babylonis.* Rex regum Hulachus deſcendit Bagdadum. Venit etiam Baſchu

ex

ex ditione Rumæorum. Exierunt milites Bagdadenſes, ut in Tataros
irruerent. Fuerunt illorum præfecti Emira magnus Curdæus, qui vo-
catur Bar Chorer & Duietdar minor, ſervus Chaliphæ. Manſerunt
bini exercitus in conſpectu mutuo, licet manus non conſeruerint,
dies 23. Illico feria quarta, die octavo menſis primi Arabum, anno
656, id eſt, anno Græcorum 1569 primum prælium commiſit Ba-
ſchu Nowain ad locum, qui vocatur ſepulcrum Ahmedis, in plaga
occidentali Bagdadi, cum Bagdadenſibus, copiis in ſe invicem irru-
entibus. Fuſus eſt exercitus Baſchu Nowaini, victoriamque repor-
tarunt Bagdadenſes. Stabat Emira Soliman Schah cum exercitu ſuo
ſuper muro Bagdadenſi &, appropinquante veſpera, dixit Bar Cho-
rer ſenior ad Duietdarum iuvenem: „Quia Deus nobis victoriam lar-
gitus eſt, nunc fas eſt, ut domus noſtras adeamus, & requieſca-
mus. Poſtea denuo egrediemur, & præliabimur.„ Hic autem ia-
ctabundus urbem intrare recuſavit. Pernoctarunt omnes foris. Quia
in loco depreſſo Bagdadenſes caſtra poſuerant, Tatari aperuerunt
contra eos canalem magnum Tigris. Demerſerunt eos aquæ in me-
dia nocte. Fugere cœperunt ex *fontibus, humefactis arcubus, telis
& vaginis eorum. Illuceſcente die Tatari, qui cum Hulacho facie- P. 528.
bant, iterum in eos irruerunt. Duravit prælium novem horis feriæ
quintæ. Victus et contritus eſt exercitus Bagdadenſium. Occiſus
eſt Bar Chorer. Aufugit Duietdar, & urbem petiit. Tum Ba-
ſchu exercitum ſuum collocavit in latere occidentali Bagdadi, Hula-
chu in orientali feria ſecunda, die 13 menſis primi, atque arcta ob-
ſidione cinxerunt urbem contra coronam palatii Chaliphæ. Quum
Moſtaſem Chalipha miſer deſperaret, advocavit Bar Elkimi Veziram
ſuum, & Negemaldinum Ebed Algani filium Darnoſi, & Mar Machi-



Digitized by Google

cham Catholicum, illiſque mandavit, ut magnam copiam auri, proventus ſplendidos, equos Arabicos ſumerent, legatos Tatarorum e carcere dimitterent, veſtirent, iisque munera ſplendida darent, cum eis ad regem regum proficiſcerentur, pro vita Chaliphæ, filiorum & domeſticorum eius ſupplicarent, excuſarentque illa, quæ facta ſint, a conſiliariis malis facta eſſe, ſi vitam conceſſerit, ſe ſervos fore, ſubditos & tributarios. Poſtquam hi ad regem regum egreſſi erant, legationique ſatisfecerant, cohibuit eos, neque permiſit, ut ad Chalipham reverterentur. Urgente illo obſidionem, Tatari rimam magnam in turre Igamia fecerunt. Intrarunt urbem die Veneris, die 25 menſis die primi. Incolæ urbis contra eos prævaluerunt; eosque denuo eiecerunt. At Tatari vires recuperarunt die inſequenti ſcilicet die Sabbati, & potiti ſunt omnibus muris. Tum fugerunt Bagdadenſes & occultati ſunt in domiciliis & foraminibus ſub terra. Eodem die ſabbati egreſſi ſunt bini filii Chaliphæ ad regem regum. Elapſa hora, exiit ipſe Chalipha. Iuſſit rex regum, eum in vincula coniici, & cuſtodes ei apponi in tentorio quodam per ſeptem dies, donec rex regum ipſe palatium Chaliphæ ingreſſus & ſcrutatus erat gazas, abſconditas res, & theſauros antiquos atque novos. Omnia retexit & eduxit. Mogoli ſtrictis gladiis occiderunt omnem populum Bagdadi, ingentem hominum multitudinem.
P. 529. Iberi inprimis magnas ſtrages ediderunt. Catholicus Chriſtianos omnes congregavit in eccleſia vici tertii eosque ibi cuſtodivit, neque Chriſtianorum quisquam læſus eſt. Divites Arabes multas opes ad Catholicum (detulerunt) ut, ſi liberarentur, id, quod illorum erat, poſſiderent. Sed omnes occiſi ſunt. Poſtquam pau-

lulum

lulum requieverat rex regum, coram adduci iuſſit Chalipham miſerum, eumque mortis condemnavit. Iuſſit eum in ſacco poni, ſuperne conſuendo, & conculcari pedes eius, donec moriatur, quia Arabes regi regum timorem incuſſerant, dicentes: „Si fundetur aliquid ſanguinis huius viri ſuper terra, non deſcendet ſuper eam pluvia, quin carbones ignei inde incendentur.„ Hic deſinit regnum Abbaſidarum. Etiam reliqua regna Arabum cœperunt commoveri. Exortum eſt & floruit regnum Mogolorum in regionibus exterioribus pariter ac in interioribus. Tatari, quando ante Bagdadum humiliabantur, oppugnarunt caſtellum Arbelæ. Quum Sahab filius Salaiæ illud iis dedere vellet, adverſati ei ſunt Curdæi multi, qui ibi defecerant. Ipſe ad Tataros fugit. Tum venit Bederaldinus Lulu, & emit caſtellum atque, quicquid intus erat, a Tataris denariis 70000. Profectis Tataris, Bederaldinus caſtellum Arbelæ ſibi tradi curavit, atque præſidium illuc locavit. Paulo poſt Emira Curdæus, nomine Scherephaldin Gelali iuſſit caſtellum Bederaldino auferri, expellique præſidium, quod ibi erat. Quum Gelali cum exercitu Tatarorum contra Curdæos, qui Gulmeragi rebellarant, tenderet, Bederaldinus Curdæos quosdam ablegavit, qui eum occiderunt, in tentorio ſuo dormientem. Potitus eſt Chriſtianus quidam, qui appellabatur Muctez frater Saphi Solimani, medici celebris, Arbela. Hunc mortuum excepit filius eius Tagaldin Iſa, vir bonus & fidelis. Hoc tempore fuit fames dira & peſtilentia in omni regione Sinear, Aſſyria, Meſopotamia, Syria & Rumæa. Vendebatur enim Damaſci pullus columbarum unus propter morbum Nazarenis duodecim.

Dy-

P. 530. ## Dynastia XI.

*Hic incipit ſeries undecima a regibus Arabibus ad reges Hunnos deducta. Hulachus rex regum & frater Munga Kani magni.* Occiſo Chalipha Moſtaſemo, rex regum Bagdado præfecit virum, cuius nomen erat Ali Bahdur. Tempore vaſtationis miſerunt Chriſtiani Tagritenſes ad Catholicum legatos, petieruntque prætorem, qui eos tueretur. Miſſus eſt, qui eorum curam ageret. Quum Tatari magnates Arabum occiderent, eorumque opes diriperent, Chriſtiani omnes in eccleſia viridi, quæ ex herba quadam nomen nacta eſt, (372) quamque Arabes ſpoliarant, abſconditi ſunt. Manſerunt illæſi (373) ab initio ieiunii usque ad feriam primam
C. 1258. hebdomadis palmarum. Fuit dies 17 menſis Ader anni 1569, quum vir quidam pravus Arabs, cuius nomen erat Bar Duri, Chriſtianos apud prætorem eorum accuſaret, quod multas Arabum opes occultarint, & occiſis earum dominis, nihil reddiderint. Chriſtiani a prætore ſuper hac re interrogati negare non potuerunt, ſed confeſſi ſunt, atque, quicquid poſſidebant, ei adduxerunt. Re ad regem regum delata, decretum eſt, Tagritenſes miſeros capite plectendos eſſe ſecundum legem Mogolorum. Miſſus eſt dux quidam magnus, una cum cohorte Tatarorum. Cœperunt prehendere Chriſtianos vicenos, eosque in caſtellum poſtea diruendum deducere, & trucidare. Ita fecerunt, donec conſumti ſunt. Nemo evaſit præter ſenem vel vetulam. Filii & filiæ in captivitatem abducti ſunt. Eccleſiam magnam Arabes ſibi iterum vindicarunt. Duo tantum presbyteri Carmonenſes relicti ſunt, qui in ceteris eccleſiis orabant, cum perpaucis aliis, qui ibi ſedem fixerunt.

Digitized by Google

runt. Accuſatorem Bar Duri Chriſtianus quidam appellatus Behram, qui erat prætor Tagriti, occidit. Quum Bederaldinus dominus Mauſelæ audiret, Bagdadum captam eſſe, miſit filium ſuum Malec Salah cum equitibus 1000 auxiliariis ad regem regum. At eum non benevole excepit dixitque ei: „ Vos exſpectaſtis, ut experti, cuius foret victoria, eum ſequeremini. Si Chalipha viciſſet, ad eum, non ad nos veniſſetis. „ Quum Salah ad Bederaldinum P. 531.
patrem ſuum rediiſſet, hæcque narraſſet, commotus eſt Bederaldin, &, ſumtis divitiis innumeris, ipſe regem regum convenit. Pacavit eum & incolumis rediit. Reiecto timore tanta ei fuit audacia, ut thronum, cui rex regum inſidebat, aſcenderet & aure eius prehenſa, ipſe manibus gemmam pretioſiſſimam dono appenderet. Eodem tempore, quo Bagdadum expugnata eſt, dominus Maiphercatæ, Aſchraph filius Malec Gazi filii Adeli magni meditabatur rebellionem, & crucifixit presbyterum quendam Syrum, oriundum e regione Badliſi, qui a Kano magno cum Iarlicho ad eum venerat. Expulſis præfectis Mogolis, qui penes eum erant, venit Damaſcum ad Malec Naſer, auxilium ab eo petens, ut Tataros adoriretur, eos a finibus Syriæ coerceret, immo, ſi fieri poſſet, Bagdado eiiceret. Malec Naſer promiſſis inanibus eum dimiſit. (374) Ad urbem Maiphercatam reverſus eſt. Simulac advenit, milites Tatarorum & * Arunæi Biſchanis (Caramaniæ) cinxerunt urbem, duce Aiſchmut filio regis regum. Muro contra eam ſtructo, atque turribus erectis, cœperunt eam ſtrenue oppugnare. Obſeſſi fortiter illis reſtiterunt. Itaque non expugnabatur biennio poſt captam Bagdadum. Exercitu Maiphercatam cingente, legati a rege regum ad Malec Naſerum frequenter mitte-



Digitized by Google

tebantur, qui poſcebant, ut regem regum inviſeret. Quia magnates eius iter diſſuadebant, conſilium cepit, ut filium ſuum ablegaret Malec Ezizum cum theſauris, oblationibus donisque magnis tempore autumnali anni Græcorum 1570. Manſit ibi per
C. 1259. totam hyemem, & rediit Halebum vere poſt feſtum reſurrectionis. Dixit patri ſuo: rex regum iuſſit mihi dixitque: "non te poſcimus, ſed patrem tuum. Itaque ſi pax futura ſit, veniat; alios nos ad eum venimus." Manſit Malec Naſer, claudicans in utrumque talum. Nam neque ſedendi opportunitas (375) ei erat præ metu Tatarorum, neque proficiſcendi, ne magnates contra eum inſurgerent, eumque occiderent. Erat igitur valde conſternatus.
P. 532. Hoc tempore rex regum etiam Soltanum Ezaldinum & Rocenaldinum dominos ditionis Rumæorum excitavit, ut ad aulam eius venirent. Ambo profecti & benigne excepti ſunt. Iuſſit rex regum, Rocenaldinum potiri regionibus, quæ Cæſaream & fines Armeniæ magnæ interiacent, Ezaldinum regnare in terris, Axara usque ad oram maritimam in confinio regni Græcorum ſitis. Uterque benevole in regem regum affecti in Meſopotamiam contenderunt atque illinc in Rumæam. Rocenaldinus Sebaſtiæ ſedem fixit, Ezaldinus Iconii. Hoc tempore Soltanus Ezaldin in monaſterium Mar Barſumæ aſcendit, & patriarchæ Mar Dionyſio benignitatem promiſit. Eodem anno defunctus eſt Bederaldin dominus Mauſelæ, die 20 Thammuzi, quem excepit filius maior Malec Salah Iſmael. Filius alter, nomine Gelalaldin, regnavit Schigræ, & filius minimus, nomine Saiphaldin regnavit Gazartæ
C. 1260. Cardoæ. Anno Arabum 658, id eſt, anno Græcorum 1571 tempore autumnali, deſcendit rex regum cum exercitu equeſtri

400000

400000 in Meſopotamiam. Caſtris poſitis ad Haranem incolæ ſponte urbem dediderunt nec læſi ſunt. Idem Edeſſeni fecerunt. Sarugenſes, qui non legatos miſerant ad ſervandum vitam, omnes occiſi ſunt. Iuſſit rex regum Euphratem pontibus iungi Malatiæ, Kalæ Rumithæ, Biræ, & Circeſii. Traiecit totus exercitus in Syriam, etiam ipſe rex regum, & cum eo Tukus Chatun regina fidelis & Chriſtum diligens. Strages magna edita eſt Mabugi. Milites præſidiarii collocati ſunt in caſtellis Biræ, Kaleh Negam, Kaleh Gebar, Callinici, & Laſchi. Incolæ caſtellorum horum omnes occiſi ſunt. Primo menſe venerunt milites pauci in viciniam Halebi. Malec Moattem ſenior filius Saladini magni eos adortus eſt. Victus eſt & aufugit Halebum. Tatari progreſſi vaſtarunt urbem Moerram. Profecti ſunt Hamatham, quæ ultro dedita eſt. Idem accidit Emeſſæ. Malec Naſer, ſumtis mulieribus, filiis & ſervis ſuis, exiit Damaſco, & fugit in deſertum Corachæ, & Schaubachi. Pag. 538. Quum Tatari Damaſcum venirent, domini urbes eam ultro dediderunt, neque illis mali quidquam contigit. Halebum oppugnavit ipſe rex regum. Iuſſit, muros condi extra murum Halebi in toto eius circuitu magno. Oppugnarunt hoſtes urbem graviter, & poſt non multos dies potiti ſunt muris iuxta portam Iraki, intrarunt Halebum feria prima hebdomadis incipiente ieiunio Ninives, die tertio Chanuni poſterioris anni ante dicti. Fuit Halebi cædes tanta, quanta Bagdadi, & maior. Quia Balbecenſes deſtruxerant partem ſuperiorem murorum eccleſiæ noſtræ, quæ ibi eſt, & ego imbecillis, qui Metropolitanus ibi eram, præ timore harum rerum exieram ad colendum regem regum, & Kaleh Negami detinebar, fideles Ha-



Digitized by Google

Halebenſes manſerunt absque principe, multique eorum in eccleſia Græcorum congregati ſunt. Tatari eos adorti ſunt, occiderunt, & captivos abduxerunt. Tandem Turus, presbyter Armenus, filius fratris Catholici, Mar Conſtantini, cum monacho Churach liberavit omnes, quos vivos deprehendebat. Collecti deinde ſunt in eccleſia noſtra. Quum urbem ingrederentur, Tatari oppugnarunt caſtellum, illudque haud fuſo ſanguine, ceperunt. Illinc contendit rex regum Haremum, voluitque ſibi urbem dedi, & iuramentum præſtare, ſe incolas non læſurum eſſe. At ſtulti illi reſponderunt: "Quum rex ſis, cuius religio nobis ignota eſt, quomodo te iureiurando obſtringemus. Sed ſi iuraverit nobis Pecheraldin præfectus caſtelli Halebenſis, te nos non læſurum eſſe, deſcendemus. Iuſſu igitur regis regum, ille ivit, iuravitque eis, qui patefactis caſtelli portis deſcenderunt. Iuſſit rex regum, omnes occidi viros mulieres, filios, filias, etiam lactentes. Nemo evaſit præter unum aurificem Armenum. Etiam Pecheraldin, qui iuraverat illis, una occiſus eſt, quia Valialdin filius Sephialdini princeps Halebi, exprobravit: "Ille patrem meum fratresque meos occidit, quibus dixerat: tradite urbem, ne trucidaremini." Poſtquam hæc omnia finita erant, reliquit
P. 534. rex regum in Palæſtina ducem, qui vocabatur Chitbauga cum equitibus 10000 vel Toman, id eſt, myriade. Rediit eadem via, qua venerat. Poſtquam Talbaſchram advenerat, nuncius allatus eſt, Tataros Maiphercatam cepiſſe. Malec Aſchraphus, dominus eius, quem prehenderant, ad eum adductus ibique occiſus eſt. Maiphercatæ præfecit virum qui fuit Emira *regionis
(376) Aſchraphi, nominatum Ebedalleh. Fuit ibi fames ingens, qua-

qualis nunquam audita eſt, ita ut ex toto populo qui ibi erat, non niſi 100 ibi remanerent, et vix reperirentur, qui urbem calcarent. Narravit mihi in Orda, unus ex exteris Maipheractenſibus, qui illinc liberatus erat tanquam titio aduſtus ex fornace igneo: "Quodam die cupido me invaſit, ut pulmentum triticeum mixtum carne bovina ederem cum domeſticis meis, & vix potui coquere in olla una, quantum nobis ſufficeret, zuzis Nazarenis 500. Quum rex regum Euphratem traiiceret, a domino Mardini petiit, ut ad ſe accederet, at noluit. Miſit etiam ad Malec Motapher filium eius, quia filius Bederaldini domini Mauſelæ in aula eius erat, Halebum illique dixit: "I, admone patrem tuum, ut deſcendat, neque ſine eum rebellare & perire." Quum ad patrem ſuum veniret, non ſolum eum non audivit, ſed etiam in vincula coniecit. Miſit rex regum exercitum, qui iuxta Mardinum caſtris poſitis urbem oppugnare cœpit. Niſi Deus, laudatum ſit eius nomen, peſtilentiam urbi inieciſſet, intra plures annos non capta eſſet. Poſtquam ſecundum nutum divinum multi incolæ urbis conſumti ſunt, & obiit etiam Soltanus, deſcendit Malec Motapher & dedidit caſtellum. Rex regum eum exaltavit, honoravit, amavit & præfectum conſtituit. Chitbauga ſcrutatus eſt & invenit locum in deſerto, ubi Malec Naſer occultatus erat. Miſſis militibus captus & ad eum adductus eſt, & ſub tutela ad regem regum miſſus eſt. Poſtquam ad eum acceſſerat, lætanter eum excepit, honoravit, eique promiſit, ſe regnum ei reſtitutuum eſſe. His diebus, quando ad colendum regem regum Hulachum deducebatur, magiſter noſter Simeon, presbyter & medicus, filius magiſtri noſtri Ieſu defuncti oriundus Kaleh Rumitha valde floruit.

Dilectus eſt ab omnibus filiis regum & reginarum. Poſſedit ædi-
P. 535. ficia regia, hortos & paradiſos Maragæ. Reditus annui erant denarii 5000 ex Babylone, Aſſyria, Cappadocia & Maraga. Illi tanquam fonti debetur exaltatio magna, auxilium & honor reliquiis populi noſtri impertitus, faſcia & cuſtodia eccleſiæ noſtræ ubique locorum. Kotes Turcus, qui in Ægypto regnabat, quum audiret, regem regum remotum, Malec Naſerum captum & ad eum miſſum eſſe, atque Chitbaugum ſolum remanſiſſe cum una myriade in Palæſtina, coegit exercitum Ægyptiacum, & irruit in Tataros in prato Biſchanis coram monte Tabor. Fuſi ſunt Tatari, Chitbauga in prælio occiſus eſt, eiusque filii captivi ducti ſunt die 27 menſis 9 Arabum anno eorum 658. Rex regum, hoc ei allato nuncio, iratus eſt, & conſilium cepit, univerſum regnum Arabum funditus evertendi. Iuſſit occidi Malec Naſerum, fratrem eius Malec Taherum & omnes, qui cum illis erant, feria
C. 1260. quarta, die 20 menſis decimi Arabum anni Græcorum 1571 in caverna quadam Nushari, quum luna eſſet iuxta aſpectum quadratum Mercurii. Nullus eorum evaſit præter Mohadem geometram aſtronomum. Ille mihi hæc narravit: "Hoc die quum ſederet Malec Naſer in tentorio ſuo, qui me invitaverat, ut me de natalitiis ſuis interrogaret, venit dux quidam magnus Mogolus circa tempus meridianum. Erant cum illo 50 Mogoli. Obviam ei ivit Malec Naſer, cui dixit: Convivium hodie celebratur apud regem regum, rogatque te, ut una cum fratre filiisque tuis & magnatibus, qui tecum ſunt, illuc venias. Surrexit Malec Naſer, accivit familiares & magnates ſuos, atque viginti numero equis vecti abierunt. Advenerunt paulo poſt 20 equites ad nos in ten-

tentoriis dixeruntque equites & ſcribas venire debere, & tantum relinqui miniſtros, qui habitationes figunt, laniones & paſtores. Quum equos aſcendiſſemus, duxerunt nos in vallem profundam, & deſcendere iuſſerunt, ubi magnates Mogoli aliique, qui coram illis erant, ſedem fixerant. Poſtquam appropinquaveramus, & nobiſcum loqui cœperant, Mogoli a tergo nos adorti ſunt, & ſinguli nos ſingulos prehenderunt. Me magnatibus ſignificante me aſtronomum eſſe, & peritum motus cœlorum, advocarunt, & in tergo collocarunt. At reliquos paulo ultra abductos iugularunt. Trucidarunt ſimiliter Malec Naſerum, fratrem eius & magnates. Filios eius non occiderunt. Hi enim hodienum captivi penes illos ſunt. Poſtea etiam inferiores, qui in tentoriis manſerant, adduxerunt, & occiderunt. *De collocatione Koblai Kani in ſolio regio Mogolorum.* Hoc tempore rex quidam magnus ex regibus Sinarum vel Chataiorum, qui & Manzi appellantur, a Mogolis defecit. Quia multis copiis præſtabat, ferebaturque 400 (377) urbes poſſidere, Munga Kanus neceſſe habuit, ut coacto exercitu maiori, regem hunc Sinenſem adoriretur. Accito fratre ſuo minori Koblaio contendit in regionem Sinarum interiorum viceſque ſuas demandavit fratri Arigbuchae, qui natu minimus erat. Quum in regem iſtum animo maxime hoſtili (378) irruiſſet, telo ictus ibi obiit. Frater eius Koblai aſſumtis omnibus copiis Mogolorum ex regione Sinarum interiori abiit, & ſedem fixit in regione eorum exteriori in civitate magna, quæ vocatur Chanbalik. Conſenſerunt magnates, ut Kanus fieret. Frater autem eius minor Arigbucha dixit: "ad me regnum pertinet, quia Munga Kanus bellum illaturus mihi illud demandavit, atque quum adhuc

P. 536.

adhuc in vivis eſſet, me ſibi ſuffecit.„ Fuit contentio magna inter binos fratres, multaque prælia commiſſa ſunt per annos 17, donec victus & captus eſt frater minor, nomenque ſuum abrogavit. Manſit igitur regnum ſoli Koblai Kano, regi iuſto & ſapienti, amico Chriſtianorum, qui viros doctos peritos & medicos omnium gentium honoravit. Kotus occiſo Chitbauga occupavit Damaſcum, Halebum, & univerſam Syriam. Conſtituit in ſingulis urbibus præfectum & ſcribas. Profectus eſt, ut in Aegyptum rediret, copiisque paratis denuo exercitum Tatarorum adoriretur. Quum in itinere prope Gazam perveniſſet, adortus eum eſt Baibars, qui & Bundokdar minor ſervus Bundokdaris maioris, eumque interfecit. Aegyptum
Pag. 537. ingreſſus ea potitus eſt, & appellatus eſt Malec Taher Rocenaldin, Hoc tempore fugit ad eum dominus Schigræ, ſive Elaaldin filius Bederaldini domini Mauſelæ, cui dedit Halebum. Bundokdar multis calamitatibus affecit & hodienum afficit Chriſtianos in ora maritima: Potitus enim eſt omnibus eorum caſtellis, neque iis quidquam reliquit præter Accam, Tripolin & Tyrum. Ineunte anno 1572 ſimiliter Tatari Syriam invaſerunt, duce Chuchalaga Nowaino. Venit usque ad Emeſſam, diripuit & interfecit. Quia incolæ Syriæ Halebum fugerant, iuſſit Nowainus, omnes egredi, incolasque cuiusque regionis & urbis ſeparatim collocari, & in ſuam quemque patriam reverti. Quod quum feciſſent, omnes interfecit. Servavit tantum incolas Halebi. Reliquis enim dixit: „ſi nos amaviſſetis non ante nos in fugam vos dediſſetis. His perpetratis Chuchalaga (379) Nowain ex Syria pedem retulit & Euphratem traiecit. Aegyptii denuo venerunt, & in omni Syria regnarunt. Aeſtate huius anni miſit Elaaldin filius Bederaldini dominus Schigræ, qui ad Aegyptios aufugerat, epiſtolam ad Malec

Sa-

Digitized by Google

Saleh fratrem ſuum dominum Mauſelæ, qua, ei potentiam Ægyptiorum indicavit conſiliumque dedit, ut ſtatim relicta Mauſela ad Bundoctarum veniret, qui, fractis Tataris, eum regem conſtitueret, non ſolum Aſſyriæ, ſed totius orientis. Quodam die quum unus ex magnatibus Bederaldini, nomine Bar Iunes penes Malec Salehum ſederet, extendit manum ſuam ſub ſtratum, indeque furatus eſt epiſtolam, quæ a fratre eius advenerat. Profectus eſt ad oppidum appellatum Bethaſchika in regione Ninevenſi. Elapſa hora Saleh quæſivit epiſtolam eamque non invenit. Cognoſcens, Bar Yunes eam cepiſſe, feſtinanter duos ſervos cum quæſitum miſit. Quum advenirent, novit conſummatum eſſe infortunium, ſeque, ſi in Salehi manus incideret, periturum eſſe. Dedit igitur ſervis iſtis dona, & adpoſito vino dixit: "edite, bibite & iucunde tranſigite hanc veſperam. Mane ſimul ibimus Mauſelam. Illis bibentibus, & ebriis factis, noctu ſurrexit Bar Yunes, & aſſumtis ſociis ſuis, equo vectus ad Bacteli venit dixitque principi Ebedallæ filio Cuſchu: "indica ſociis tuis & fugite vos omnes, quia Saleh Chriſtianos occidere parat, dein in Ægyptum fugere." Surrexit, quisquis potuit, & Arbelam fugit diebus pentecoſtes. Mane quum ſervi ſurgerent, neque Bar Yunes invenirent, crediderunt, Mauſelam eos præceſſiſſe. Profecti Mauſelam rem Saleho indicarunt. Salehus valde timebat, ne Bar Yunes ad Tataros veniſſet, & accito exercitu eum prehenderet. Aſſumto filio ſuo Elalmuc & ſervis ſuis fugit in Syriam menſe Ijar huius anni. In itinere ſeparati ſunt quidam ex eius ſervis ab eo, atque eo relicto Mauſelam redierunt. Fuit horum præfectus Alam Sangar. Quum Mauſelam aſcendere vellent, Mauſelenſes nec non Iaſan præ- P. 538

 tor

Digitized by Google

tor Mogolorum & Turchan Chatun Chowaresmitha, quæ cum eo proficiſci noluerat, clauſerunt portas adverſus eos, qui venerant. Oppugnarunt urbem per paucos dies. Tum viro cuidam, nomine Mohai filios Zebellak, adhæſit populus Schaharſiiorum vel vicus quartus vicorum Mauſelenſium. Aperuerunt urbis portam, intravitque Alam Sangar, eiusque aſſeclæ. Fugit Iaſan cum ſociis ſuis, & Turchan in caſtello ſe munivit. Illi Mauſelam ingreſſi magnam perſecutionem in Chriſtianos cierunt, eorum domicilia diripuerunt, & occiderunt, quicunque non Mohammedanus factus eſt. Multi presbyteri, diaconi, nobiles & plebeii religionem ſuam abnegarunt, exceptis paucis ſcilicet familia Saidi, Dechuchi, & Naphiſi aurifabri. Simulac Malec Saleh fugerat, Curdæi invaſerunt regionem Ninives, magnamque ſtragem inter Chriſtianos ediderunt. Ceperunt monaſterium ſororum Chudidæ, multosque occiderunt, qui ex tota regione ibi occultati erant. Aſcenderunt etiam hi maledicti cœnobium Mar Matthæi. Coacti ſunt contra illud 1000 equites & pedites, qui per quatuor menſes cum monachis pugnarunt. Appoſitis ſcalis murum aſcendere voluerunt. Sed monachi prævaluerunt, ſcalasque naphtha combuſſerunt. Tum Curdæi egeſſerunt partem montis cœnobio imminentis, & ad cœnobium devolverunt. Hæc rupes magna in bi-
P. 539. nas partes ſciſſa eſt. Pars altera fregit murum, atque in hac rima tanquam ſigillum in annulo manſit immota. Altera pars perforavit murum, eumque tranſiit. Curdæis intrare volentibus congregati ſunt monachi populusque regionis, qui illuc confugerant, lapidibus & telis pugnarunt, neque eos intrare ſiverunt. Confeſtim obſtruxerunt rimam lapidibus & calce. Hoc prælio

eſſo-

Digitized by Google

effoſus eſt oculus unus abbatis Abunſeri. Homines pauci telis percuſſi & denuo adiuti ſunt. Tandem monachi belli pertæſi pacem petierunt a Curdæis, promiſeruntque iis tradere omnia ornamenta & cimælia eccleſiæ, coactis etiam ex incolis regionis auro, (380) argento rebusque conflatis. Curdæi, quia rumorem de adventu Tatarorum audierant, ad pacem propenſi fuerunt, & ablata ex monaſterio ingenti copia, quæ pondere æquabat 1000 denarios aureos, abierunt. Hoc tempore incolæ oppidi Beth Saharie aliique ex incolis Ninives, qui in monaſterio ſcarabæorum incluſi erant, illinc migrarunt, & traiecto fl vio Zabo, Arbelam contenderunt. Adortus eos eſt Kutlubeg Emira, atque cauſa fuit, quod inimici venirent, omnesque viros & feminas ſimul occiderent. Alam Sangar, Mauſelam profecturus, audivit, Tataros ex latere Gazartæ venire." Hos aggreſſus eſt & ipſe occiſus. Explorator Tataros certiores fecit, Malec Salehum iterum Mauſelam petere. Tatari quieverunt neque Mauſelam profecti ſunt, donec Salehus eam adoriebatur. Saiphaldin dominus Gazartæ quum audiret, Salehum fratrem ſuum in Syriam fugiſſe, ſe accinxit, ut etiam ipſe fugeret. Quo audito Naurin prætor Mauſelæ eum capere voluit. Sed incolæ Gazartæ contra eum congregati ſunt, eumque occidere voluerunt. Vix ſervatus eſt, & effugit. Saiphaldinus congregavit & incluſit Chriſtianos, poſcens ab iis denarios aureos 2000. Fuit dies aſcenſionis, & Chriſtiani manſerunt in carcere, de vita ſua deſperantes. Saiphaldin inter milites aurum multum diſtribuit. Conflati penes eum ſunt Curdæi 70000 eumque in Syriam deduxerunt. Gazarta domino deſtituta P. 540
ſurrexerunt duo ſpeculatores, quorum alter nominabatur Izaz

Bas, alter Mohamed, præfectus excubiarum, & rapto ad ſe principatu, emiſerunt Chriſtianos ex cuſtodia, poſtquam ab iis denarios 700 acceperant; horumque tantum tuos occiderunt, qui ad Tataros proficiſci voluerunt. Hoc tempore Ezaldin Ibag dominus Imadiæ, ſervus vero Bederaldini, coegit equites 3000, voluitque Gazartæ regnare. Hunc adortus eſt Naurin ante dictus cum equitibus 300 iuxta fluvium Debſche, qui ex montibus Cardoæ deſcendit, eumque vicit & fugavit. Ebedalleh, qui Maipheroatæ quondam regnaverat, eam capere voluit, ſed non potuit. Æſtate extrema huius anni Ezaldin, Soltanus Iconii, ſe accinxit, ut ad adorandum regem regum proficiſceretur, quippe a legatis coactus. Tentoriis fixis extra urbem; ſiquidem migraturus erat, venit explorator & nunciavit ei: "Aligak Nowain Axaram venit & cum illo Rocenaldin frater tuus, & Perwana. In animo illis eſt, ut, quando in te irruerint, te catenis vinctum ad regem regum deducant." Perturbatus reliquit tentoria ſua, quæ fixa erant, & aſſumtis filiis & domeſticis ſuis Conſtantinopolin fugit ad Michaelem imperatorem Græcorum. Aligak Nowain evexit Rocenaldinum, Soltanum Iconii, eumque in ſolio regio collocavit, & fuit Perwana eius conſiliarius. Hoc anno dominus Ægypti iuvenem quendam nigrum, qui ex ſtirpe Chaliphæ ortus eſſe deprehendebatur, exercitu parvo adiuvit, ut Bagdadum & ſolium maiorum ſuorum occuparet. Miſit etiam Malec Salehum dominum Mauſelæ, ut Mauſelam proficiſceretur & in throno ſuo ſederet. Exierat enim fama, Tataros detritos plaga gravi e terra craſos atque ab avibus excœcatos eſſe; cui quidem fabulæ ne puellæ quidem fidem habent. Chalipha niger quum prope Bagdadum veniſſet, exiit

Digitized by Google

exiit Eli Behadur cum exercitu ſuo, eum vicit & interfecit. Simul ac Malec Saleh Mauſelam advenerat veſpera in tertiam feriam, die ſeptimo Chanuni prioris, venerunt Mogoli pedetentim, duce P. 541. uſi Samdagu Mogolo Chriſtiano iuvene laudabili. Cinxerunt urbem mane feriæ tertiæ, quum luna eſſet in leone, ſtruxerunt extra urbem murum, eamque acriter oppugnare cœperunt. Duravit obſidio usque ad æſtatem. Fuit in urbe fames gravis, hominesque bello attenuati & pugnarum pertæſi ſunt. Samdagu mollibus verbis uti cœpit, & beneficia promiſit Malec Saleho. Exiit igitur ad Samdagu cum tympanis & ſiſtris, citharœdis & mimis ante eum incedentibus & ludentibus. Poſtquam advenerat, & Samdagu eum cingi iuſſerat, copiæ Mogolicæ urbem intrarunt, eam diripuerunt & incolas eius occiderunt. Filio Salehi, ſcilicet Elaalmulucho vinum bibendum præbuerunt; quum inebriatus eſſet, funem ſuper femoribus eius tantopere conſtrinxerunt, ut omnia viſcera eius verſus faciem coarctarentur. Diſſecuerunt eum iuxta femora in binas partes, quas binis paraſtatibus portæ urbis ſuſpenderunt. Amputarunt etiam caput Mohai filii Zeblaki, & Malec Salehum in Ordam deduxerunt, ubi occiſus eſt. Mauſelæ regnavit Bar Yunes ante dictus. Poſtquam res Mauſelenſes peractæ ſunt, Samdagu Gazartam profectus contra eam murum ſtruxit, eamque oppugnavit tota hyeme usque ad æſtatem. Tum Hananieſchua epiſcopus Neſtorianus Gazartæ, qui extra urbem commorabatur, & regi regum indicaverat, ſe artis chemicæ peritum, & quantum voluerit auri, conflaturum eſſe, a rege regum mandatum tulit, ut Gazartenſibus vitæ conſervatio promitteretur. Quum Gazartam veniret, ſurrexit contra eum filius Izaz Baſi,

 eum-

Digitized by Google

eumque occidere voluit. At non permiſerunt principes. Pollicitus igitur eſt, ſe regem regum aditurum, & confirmationem adhuc maiorem impetraturum eſſe. Profectus eſt, accepit Iarlich (edictum) Gemalaldinum Gulbeg, ſervum Siphaldini domini Gazartæ, regem fore, Izaz Baſum & Mohammedem, præfectum excubiarum, una cum eo inſpectores, & Mar Hananieſchuam conſiliarium & gubernatorem, uti pater fuerat. Venit deinde Gazartam, lætatique ſunt incolæ. Apertis portis, intravit Samdagu, cuius iuſſu Tatari illico muros urbis deſtruxerunt. Quó facto
Pag. 542. conſederunt in valle Schemama regionis Arbelenſis. Ineunte
C. 1263. anno 1574 Saiphaldin dominus Gazartæ ex Aegypto miſit ſervum quendam ad Gemalaldinum Gulbeg ſervum ſuum, qui regnabat Gazartæ, ut ei aurum mitteret in loco quodam abſconditum. Servus ille, accepto auro, Amadiam ad Ezaldinum Aibag profectus eſt, ut mandatum domini ſui ad eum perferret. At hic ſervum prehendit, & abduxit ad Samdagu, qui Gemaldinum Gulbeg arceſſivit & reprehendit: "Nos te regem conſtituimus. Tu vero nos celaſti, exploratores ad te ex Aegypto veniſſe." Quum mentiretur, eduxit ſervum, qui ex Aegypto venerat. Condemnatus eſt Gulbeg & occiſus. Paulo poſt Gazartam profectus eſt Samdagu, & interfe-
C. 1264. ctis binis inſpectoribus, regem creavit Mar Haſiam. Anno 1575 ſpeculator quidam Bederaldini domini Mauſelæ, appellatus Zachæus Arbelenſis accuſavit Bar Yunes, qui regnavit Mauſelæ apud regem regum, quod aurum multum ex theſauris Bederaldini furatus fuerit & ocultaverit, quo ſumto in Ægyptum fugere voluerit. „Mihi autem, ait, quum conſilia eius cognoſcerem, venenum bibendum dedit, meque occidere,

Digitized by Google

dere voluit. Niſi medicus Chriſtianus, nomine Muphek Neſibenus me ſanaſſet, iam mortuus eſſem.„ Iratus rex regum iuſſit Bar Yunes flagellis cædi. Quum extenderetur, excidit chartula quædam ex ſinu eius, qua aperta legebantur verba quædam ex Korano Mohammedanorum ei inſcripta: Etſi lingua eorum in ore eorum ligabitur & compedibus pedes, vinculis colla eorum conſtricta fuerint, nos lætabimur & exultabimus. Quum rex regum interrogaret, quidnam ſibi hæc verba vellent, reſponderunt inimici Bar Yuneſi: incantamentum illa ſunt, veſtrum cauſa ab eo factum. Iuſſit igitur Bar Yunes occidi. In regno ei ſucceſſit Zachæus Arbelenſis, appellatus cognomine accuſator, C. 1265.
quia Bar Yunes accuſaverat, et occiderat. Anno 1576 diebus P. 543.
ieiunii incuntis migravit ex orbe rex regum Hulachus, cuius ſapientiæ, magnanimitati factisque præclaris nihil comparandum eſt. Diebus æſtatis etiam Tokus Chatun regina fidelis e vivis exceſſit. Chriſtianis per totum orbem magnus fuit luctus ob exitum duorum horum luminum magnorum, & propugnatorum religionis Chriſtianæ. *Abaka rex regum.* His diebus quum Hulachus Ailchan ex vita temporali migraret, filii regii & magnates Mogolorum unanimi conſenſu filium eius natu maiorem Abakam in throno patrio collocarunt, quia perſpiciebant, eum a Deo intellectu, ſapientia, bona voluntate & miſericordia ornatum eſſe. C. 1265.
Imperio ei confirmato, victor comparuit in omnibus bellis, & debellator omnium inimicorum. Dilectus eſt ab omnibus populis, qui ſub eius poteſtate erant. Hoc anno ſcilicet 76 Aphtimius, (Euthymius). patriarcha Antiochenus Græcorum, duxit filiam Michaelis Palæologi ad Abakam regem regum. Pater enim eius iam

iam dudum legatos miſerat, eamque expetierat. Hoc anno tandem tradita eſt. Quum Cæſaream perveniſſent, certiores facti ſunt de obitu regis regum Hulachi, at redire non potuerunt. Eodem anno effugit Izazaldin Soltanus ex regione Conſtantinopolitana. Indicavit familiæ Berchath de vicinis huius regionis, qui venerunt, eoque rapto abierunt. Ibi ille adhuc eſt hodienum. Eodem anno diebus æſtatis advenit mandatum ad Elaaldinum præſidem conſilii, quo ei omnis poteſtas in Bagdadum concedebatur. Paulo poſt allatus eſt ei nuncius mirandus, fratrem eius Schemesaldinum præſidem conſilii in Orda captum teneri. Statim Karabuga prætor Bagdadi manus impoſuit Elaaldino eumque palatio ſuo incluſit die 20 menſis Ab. Re fratri eius indicata, mandatum exiit, ut Elaaldin in honore haberetur & adduceretur, item Iſaac puer Armenus ſcriba Karabugæ & cum eo Meda quidam, (dicens) ego adveni, ut Ezaldinum fugarem. Quum ad Ordam veniſſent, flagellatus eſt Meda, qui con-
P. 544. feſſus eſt, ſe ab Iſaaco ad mentiendum edoctum eſſe. Occiſus eſt
Iſaac & Meda. Hinc cœperunt res Chriſtianorum turbari. Anno
C. 1266. 1577 nunciavit Bundokdar dominus Aegypti Haytono regi Ciliciæ, ſe
ei ſubiectum iri ſibique erogata pecunia viam per Syriam aperiri, frumentumque ex regione illa comparari. Rex Tataros veritus amicam reſponſionem dare non potuit. Quare ille ſe accinxit, ut ſine mora Ciliciam invaderet. Rex in ditionem Rumæorum celeriter abiit ad principem Tatarorum nomine Naphſchi, eius auxilium flagitans. Reſpondit, deficiente mandato regis regum, fieri non poſſe, ut opem ferat. Dum igitur legatum mittebat, reſponſumque expectabat, copiæ Aegyptiorum Ciliciam adortæ ſunt, quum rex peregre eſſet. Gondu Setbal frater eius, binique filii regis, & magnates eius Aegyptiis obviam

Digitized by Google

viam facti in eos irruerunt iuxta petram Serundi. Fuſi ſunt Armeni, & captus dominus Agralebon filius maior regis, feria tertia, die 24 menſis Ab huius anni. Occiſus eſt Baro Turus filius natu minor regis. Reliqui eius magnates fugerunt. Aegyptii intrarunt, & ſe extenderunt ſuper univerſa Cilicia, diripiendo, occidendo & captivos ducendo. Siſam combuſſerunt, eccleſiam magnam diruerunt, præſertim autem noſtras eccleſias, quarum tantum duæ remanſerunt, ſcilicet Deiparæ, & Barſumæ, quia ligno non ædificatæ erant. Depopulati ſunt Maſiſſam, Ajaſam, & Adenen. Captivos abduxerunt innumeros filios filiasque. Tarſum non venerunt. Monaſterium Paxemati incenderunt, ſed Guiechat non violarunt, quia ibi monachus reperiebatur, qui Arabice loqui ſcivit, & coram illis provolutus eſt. Quare neque monaſterium, ubi erat, læſerunt. Commorati ſunt in regione iſta prædam abigentes, & incendium facientes, dies 20, tandem abierunt. Haytonus rex, poſtquam abierant, advenit, ſtipatus exercitu Tatarorum & Rumæorum. Hi autem pro auxilio damnum intulerunt, & quod intactum Aegyptii reliquerant, diripuerunt. Poſtea rex Haytonus liberandi filii curam egit. Poſtquam aurum & caſtella Ægyptiis pollicitus erat, quæ pro redimendo filio ſuo daret, ille reſpondit: præter amicum quendam, qui mihi apud Tataros eſt, cuius nomen eſt Sankur Aſchkeras, Samarkandenſem, nihil expeto abs te. Eo mihi miſſo, arceſſe filium tuum." Hoc anno Rocenaldin dominus Rumææ perdere voluit Perwanam, qui eum in ſolio regio confirmaverat, & bona adminiſtratione res eius ordinarat. Quod quum Perwanah intelligeret, indicavit rem magnatibus Mogolorum, quum Rocenaldin apud eos eſſet. Conduxit quen- P. 545.

Cccc dam,

dam, qui eum in tentorio dormientem aggreſſus eſt, & nervo cervici eius iniecto ſtrangulavit. Deductus & ſepultus eſt. Succeſſit ei filius eius natus annos 4. Hoc anno Naſeraldin Papaim-petrato mandato ex Orda, Zachæum Arbelenſem occidit & Mau-
C. 1267. ſelæ regnavit. Anno Græcorum 1578 venit rex Haythonus Mauſelam. Illinc profectus eſt ad colendum regem regum Abakam. Ploravit coram eo propter filium ſuum, qui captivus in Aegypto erat. Petiit ab eo Sankurum Samarkandenſem, quem cum filio ſuo commutandum daret. Miſertus eſt Haythoni dixitque ei: "Non prope adeſt, tu vero in patriam redi; adducam enim illum & ad te mittam." Petere deſiit rex & reverſus eſt. Hoc tempore Perwanah, procurator regni Rumæorum, concupivit cum Haythono rege, connubio inito cum eius filia, affinitate coniungi. Re perpenſa cum Perſig monacho Armeno, legato regis ad Tataros, ſtultus hic ei conſilium iſtud dedit: "Quando rex in regionem tuam tranſiturus eſt, accede ad eum, honora eum, illamque tibi expete, neque eam tibi recuſabit. Quum igitur rex ex Orda rediret, ad diverſorium Kertai veniſſet, ibique pernoctaſſet, venit ad eum Perwanah & cum eo omnes magnates Rumææ. Obtulit regi dona valde pretioſa, filiamque eius expetiit. Rex quia metuebat, ne inſidiis in via ſibi ſtructis læderetur, eum non repulſavit, ſed data dextera filiam pollicitus eſt, atque in regnum ſuum rediit. Quum Perwanah eam ſibi expetere cœpiſſet, rex reſpondit, minus decorum eſſe, ut convivium filiæ nuptiale inſtrueret, dum frater eius adhuc in captivitate eſſet. Quum vero Perwanah expectaret, donec frater eius adveniebat, neque amplius cauſa repulſæ ſupereſſet, mortua eſt filia, periitque præ ira Per-

Perſig monachus. Æſtate anni Græcorum 1578 captus eſt Alem Alriaſch ſcriba Aegyptius Mauſelæ, & in carcere obiit feria ſecunda, die 26 Elulis. Anno 1579 arceſſitus eſt Sankur Aſchkar ex regione Samarkandæ, & miſſus eſt ad regem Haythonum, qui eum in Aegyptum miſit. Eodem anno, diebus ieiunii quadrageſimalis, Mar Denha catholicus Neſtorianorum, virum Tagritenſem, qui ante multos annos Mohammedanus factus erat, capi Tigrique mergi iuſſit. Quod quum Bagdadenſes audirent, & tumultum magnum cierent penes Alaialdin, præſidem conſilii, miſit ad Catholicum repetitis vicibus, reumque popoſcit. Quum autem eum tradere nollet, incolæ furibundi incenderunt paraſtates portarum cubiculi, & aſcenderunt murum, ut catholicum occiderent. Hæc intelligens præſes conſilii in palatium ſuum eum clam recepit ex latere, ubi aqua erat, atque liberavit. Catholicus nuncium miſit ad querelam in Orda movendam. Venerunt igitur legati eumque illuc deduxerunt. Accuſante illo, nemo audivit. Deſtitit igitur, Arbelam venit, ibique in caſtello eccleſiam ædificare cœpit. Ibi vixit. C. 1267. Pag. 546.

*De expugnatione Antiochiæ.*

Menſe Heziran huius anni Bundokdar dominus Aegypti exercitum miſit adverſus Antiochiam, metropolin Syriæ, illamque vi expugnavit, quia invitis tamen non ſatis præſidii ad eam defendendam illuc collocatum erat incolis, qui eam ultro dedi repugnarunt. Quare Aegyptii ingreſſi occiderunt omnes adultos ſexus maſculini, & ſpoliarunt eccleſias celebres, in captivitatem ductis feminis, filiis filiabusque. Reliquerunt urbem deſertam & deſolatam usque ad hodiernum diem. Aeſtate huius anni prehenſus eſt dominus ſanctus, Henanieſchue epiſcopus Gazartæ. Emiſſo decreto de eo

 occi-

Digitized by Google

occidendo, non gladio occiſus eſt, ſed mane, quum recumberet, lapide magno ei appenſo capiteque eius a tergo icto, interfectus eſt. Caput abſciſſum portæ urbis Gazartæ ſuperne affixum eſt. Hic triſtis exitus ei contigit, quia rebus mundanis ſe immiſcuit, & rex fieri voluit. Fuit etiam accuſatus factorum turpium. Hoc tempore honorifice miſit dominus Aegypti Mar Agram Lebonum filium regis Haythoni cum honore ad patrem eius. Filius ingreſſus eſt in Ciliciam menſe Thamuz huius anni & conſolationi fuit patri ſuo & omnibus Chriſtianis. Profectus eſt Haythonus ad
P. 547. adorandum regem regum Bagdadum, gratias egit pro redemtione filii ſui, mandatumque tulit, ut filius eius regnum adminiſtraret, ipſo quiete gaudente, quia ſenex & infirmus eſſet. Iuſſit rex regum, ſi ad nos adveniret, regnum ei commitendum eſſe.
C. 1269. Anno 1580 die 17 menſis Niſan, hora prima noctis quartæ fuit terræ motus gravis in Cilicia, quo concuſſum eſt caſtellum Cephæ Serund, & Emai, & Cephæ Heruathæ, atque monaſterium magnum Armenorum, caſtanea appellatum. Perierunt hoc motu homines 8000. Menſe Thamuz profectus eſt Maruta Lebon filius regis ad adorandum regem regum, & egregie exceptus eſt. Permiſſum eſt ei, ut adminiſtraret regnum paternum. Anno 1581 exiit dominus Aegypti in Palæſtinam, ipſe oppugnavit caſtellum Achradi & vi cepit. Nullum tamen incolarum interfecit, ſed eum, qui ibi habitare voluit, illuc collocavit, eum vero, qui
C. 1271. abire voluit, incolumem dimiſit Tripolin. Anno 1582 tempore autumnali vita defunctus eſt Haythonus rex fidelis, ex ulcere maligno, quod in femore eius exiit. Hoc anno coacti ſunt ſummi ſacerdotes & magnates Tarſi, & Lebonum filium eius corona ei im-

impoſita regem proclamarunt die feſti epiphaniæ. Diebus ieiunium præcedentibus irruerunt Iſmaelitæ in Elaaldinum præſidem (382) conſilii, Bagdadi, equo inſidentem, quem tamen cultris petitum non læſerunt. Prehenſi & membratim diſſecti ſunt. Divulgarunt Arabes, Chriſtianos eſſe, a catholico miſſos. Viri igitur ſancti, primarii, & monachi Bagdadenſes capti & incarcerati ſunt. Etiam Kotbugab Emira Arbelenſis catholicum eiusque * ſanctos in carcerem coniecit. Fuerunt in magna anguſtia per totum ieiunium, donec Deus opem tulit, & adveniente mandato ex Orda manu miſſi ſunt. Ab illo inde tempore catholicus habitavit in urbe Aſchnu in Aderbijana. Anno 1583 inſidias ſtruxerunt magnates Græci in Cilicia contra regem novum Lebonum. C. 1272. Intellectis eorum nefariis auſis, Baro magnus eorum prehenſus eſt, quod quum ſocii eius audirent, in caſtellum quoddam fugerunt, nunciosque ad Rumæos miſerunt, quibus, ſi in auxilium advenirent caſtellum tradituri ſint. Rex, nulla interpoſita mora, P. 548. caſtellum oppugnavit. Armeni, qui intus erant, magnates græcos ceperunt, & regi tradiderunt. Internecioni omnes dati ſunt, etiam Behram periit in caſtello urbis Anzarbæ. Quum enim illi in caſtellum fugerent, miſit iis rex patriarcham græcum Antiochenum, iuravitque, illos, ſi tranquilli deſcenderent, non læſum iri. Patrarcha vero ad eos profectus ſuaſit, ne deſcenderent, quippe omnes perituri ſint. Reverſus dixit, non mihi obſecuti ſunt, ut deſcenderent. Rex ſenſit, quid ab eo factum ſit. Necatis illis, patriarcham prehendi & ad imperatorem Conſtantinopolitanum mitti iuſſit, ut iudex inter eos ſederet. Patriarcha præfecto exercitus traditus, ut Conſtantinopolin duceretur, ab iis, in quorum cuſto-

cuſtodia erat, Aiaſum translatus eſt. Fixo in eius uſum tentorio iuxta oram maritimam, quum in urbem aſcenderent, ut alimenta ſibi emerent, atque usque ad noctem bibendo vino indulgerent, accerſivit patriarcha nautas græcos, qui in vicinia erant, coram iis flevit, illisque indicavit, ſe ab Armenis non, ut Conſtantinopolin abduceretur, ſed ut necaretur, iuxta mare collocatum eſſe. Quum eius vices dolerent, navicula ſua eum avexerunt & in ditionem Rumæorum ad Turcas deduxerunt. Hoc tempore Lebonus rex Armenorum locavit filiam ſuam ex ancilla ſuſceptam filio Perwanæ, pro ſorore, quam pater ſuus ei
C. 1273. non dederat. Fuit concordia mutua inter eos. Anno 1584 die 18 Chanuni poſterioris, vigilia quarta fuit terræ motus gravis in urbibus Aderbijanæ, præcipue in urbe Tebrizo, quo multæ ædes & templa diruta, atque apices turrium collapſi ſunt. Eccleſiam vero noſtram Dominus ſervavit, quo minus concuteretur, neque cultus divinus in ea ceſſavit, coactis ibi Græcis, Armenis, Neſtorianis, cunctisque, qui noſtrarum partium ſunt. Multæ Arabum myriades foris in hortis habitacula fixerunt, ibique per bimeſtre commorati in urbem re-
P. 549. dierunt. Perierunt hoc terræ motu Arabes 250. Aeſtate huius anni venerunt exploratores Syriæ Intabo, & Birha, in regionem Claudiæ ex latere montano. Tranſierunt regionem tanquam fulgur, & usque ad finem regionis progreſſi redierunt, abductis omnibus hominibus, inprimis feminis & iuvenibus. Fecerunt hoc interdiu, neque enim pernoctarunt. Timebant enim, ne exercitus Mogolorum eos ſubiugaret. His diebus nos accinximus, ut aſcenderemus monaſterium Mar Barſumæ, quia de vaſtatione, quæ contigerat, nihil audiveramus, donec prope regionem veneramus, quam vineæ ſimilem a grandine contritæ invenimus.

Quum

Digitized by Google

Quum in monaſterio Sergii commoraremur, advenerunt ex monaſterio 50 monachi armati, a quibus excepti in monaſterium aſcendimus. Anno 1585 deſcendit rex regum Bagdadum cum C. 127
magno exercitu. Fuit ibi annonæ caritas. Apparuerunt etiam locuſtæ. Diebus ieiunii quadrageſimalis huius anni monachus quidam Neſtorianus ex cœnobio Michaelis, iuxta Mauſelam, quum rem cum femina Arabica habuiſſet, abnegata fide ſua, Mohammedanus factus eſt; quod Chriſtianis magnæ ægritudini & dolori fuit. Monachi vero huius cœnobii, una cum avunculo eius, qui Mohammedanus factus erat, qui quidem avunculus pariter monachus erat, quum opprobrium & ignominiam tolerare nequirent, rem detulerunt ad Tepaſchum, ducem militiæ Mogolicæ. Venit Mauſelam, zeloque abreptus prehendit eum, qui religionem Mohammedicam amplexus erat. Quod quum ſentirent Arabes Mauſelenſes, zelo animati ſunt & ante portam palatii ingens multitudo coacta eſt fuſtibus & candelis armata. Minati ſunt duci Mogolorum, ſe, niſi dimitteret Neo-Mohammedanum, eum ſociosque eius interfecturos eſſe. Perterritus dimiſit eum. Hunc igitur ſumſerunt, & equo vectum per totam urbem Mauſelam circumduxerunt. Fuit triſtitia altera peior priori. His diebus quum Chriſtiani Arbelenſes feſtum Hoſannæ celebrare vellent, ſcirentque, ſe ab Arabibus perturbatum iri, in auxilium ſuum advocarunt Tataros quosdam Chriſtianos, qui haud procul erant. Advenientes cruces apicibus haſtarum impoſuerunt. Exiit metropolita Neſtorianorum cum univerſo populo, Tataris Pag. 55
equitibus praecedentibus. Quum veniſſent, ante caſtellum turmæ Arabum congregatæ ſunt, lapidesque, quos apportaverant, in Tata-

Digitized by Google

Tataros & Chriſtianos proiecerunt. Cœtus eorum diſperſus eſt, fugitque Chriſtianorum quisque. Conſederunt poſtea per aliquod tempus neque auſi ſunt foras egredi. Etiam hæc res Chriſtianos ubique locorum triſtitia affecit. Hoc anno obiit Naſer philoſophus Perſa, vir celebris & excellens in omnibus ſcientiarum diſciplinis, inprimis in mathematicis. Struxit inſtrumenta ſpeculatoria, & globos magnos æneos, qui magis mirabiles erant illis, quos Ptolemæus Alexandriæ compoſuit. Accurate obſervavit meatum ſtellarum. Convenerunt eum multi ſapientes ex regionibus diverſis Maragam, quæ eſt urbs Aderbijanæ. Quia reditus templorum & academiarum omnium Bagdadi & Aſſyriæ ſub eius poteſtate erant, exhibuit inde ſtipendia doctoribus & diſcipulis, qui penes eum erant. Hoc tempore quum Bagdadum profectus eſſet ad inviſendum ea loca, Bagdadi obiit. Famam ſparſerunt, eum veneno conſumtum eſſe. Libros multos ſcripſit, ſcilicet explicationes logices, & doctrinæ naturalis atque divinæ. Euclidem & Mageſtum peculiaribus libris inveſtigavit. Eſt etiam ei ethica ſermone Perſico, qua dicta Platonis & Ariſtotelis de philoſophia practica expoſuit. Fuit enim peritus mentis philoſophorum antiquorum, eorumque obiurgatores in ſcripto ſuo ſtrenue reprehendit.

C. 1275. Anno Græcorum 1586 menſe Chanuni prioris intrarunt homines malefici Mauſelam, pulſaruntque noctu portam Iudæi cuiusdam aurifabri. Quum eos interrogaſſet, quid quærerent, reſponderunt: „iuvenes ſumus & ad te venimus, *ut mercem expetamus. Rogavit, quantum poſtulent. Illi reſponderunt: drachmas 20. Quia eos timebat, adduxit, quod poſtulaverant, dixitque; eos drachmas per rimam portæ accepturos eſſe. Illi

nega-

Digitized by Google

negarunt, volueruntque ſibi portam aperiri. Quum in hac rixa fere unam horam conſumſiſſent, ſocii eorum ex parietibus tectum aſcenderunt, domum deſcenderunt, & portam aperuerunt. Intrarunt etiam illi reliqui. Tormentis cruciarunt Iudæum, donec illis omnes divitias, quas poſſidebat, indicaret. Quum manum P. 551.
extenderent ad eum occidendum, uxor eius ſemet ipſam ſuper illo proiecit, & latrones illos commovere cœpit, dicendo: parcite iuventuti huius viri, meque illius loco occidite. Scelerati autem illi corde obdurato reſponderunt: etiam te occidemus. Iugulato marito eius, etiam eam cultris percuſſerunt & ſemimortuam reliquerunt. Captis opibus multis abierunt. Illuceſcente die invenerunt homines Iudæum iugulatum & uxorem eius extremos (385) halitus ducentem. Paulo poſt mortua eſt circa horam nonam. Hoc tempore intrarunt Fakiræ quidam Arabum numero 30 ex plaga Syriæ in Ciliciam, ut coram ſepulcro Mamunis Chaliphæ genua flecterent, qui Tarſi ſepultus eſt. Suſpicio ſubnata eſt, Bundoctarum dominum Aegypti inter illos reperiri, ſub falſa ſpecie ſcilicet, & circumire, ad exploranda reliqua regna. Dominus Ciliciæ, manibus iis iniectis, eos prehendit & caſtello magno incluſit. Fama in Aegyptum allata, legati frequenter advenire ſolebant ad inquirendum, quinam ſint incarcerati illi. Itaque propemodum confirmata hac ſuſpicione rex Leon eos emittere noluit. Coacti ſunt equites 500 Ægyptii, qui Ciliciam invaſerunt diebus ieiunli magni anno 1586. Exercitus Armenorum in eos irruit, eosque fugavit. Conflatus eſt iterum exercitus validus militum 8000. Adorti ſunt regionem miſeram, venerunt Aiaſam, gallicinio feriæ ſecundæ hebdomadis prodigio-

rum die 25 menſis Ader & occiderunt, quos ibi invenerunt, quia plerique Gazartam minorem, quæ prope erat, fugerant. Qui quidem quum ab Aegyptiis Mohammedanis liberati (386) eſſent, irruerunt in eos turmæ Franciciæ omnesque eorum opes diripuerunt, ita ut etiam pallia eorum detraherent. Duntaxat nullum eorum occiderunt. Aegyptii Aiaſa repente Maſſiſam venerunt feria tertia, ſtragemque magnam ediderunt, & urbem penitus incenderunt. Traiecto ponte per totam regionem ſparſi ſunt. Horum quidam Tarſum profecti ſunt, & die Sabbathi feſti Arabum
P. 552. in turre preces proclamarunt. Effuſi ſunt usque ad Cyricum, cædibus, direptionibus, & incendiis omnia vaſtantes. Alii Siſam tetenderunt, ubi neminem invenerunt. Omnes enim in ſuburbio ſe muniverunt. Partem eius conflagrarunt. Occiſi ſunt 25 monachi in monaſterio Paxemiati cum magiſtro Salomone, ſene illuſtri, & prætore (387) patriarchæ Mar Ignatii. Incenderunt monaſterium hoc et monaſterium Gujechat, reliquaque cœnobia Armenorum & Græcorum. Cœnobiolum patriarchæ noſtri, in ſuburbio Siſæ, intactum reliquerunt. Patriarcha ad caſtellum Behgæ fugerat, ibique occultatus (388) eſt, donec tumultus tranſiret. Ægyptii manſerunt in hac regione usque ad finem hebdomadis albarum (389). Tandem abierunt abducta magna præda. Occiſi ſunt 60000. Feminæ autem & pueri, qui in captivitatem ducti ſunt, numerari non poſſunt. Fuerunt in hac regione Turcomani 10000, qui Chriſtianos clade afflixerunt. Aegyptiis egreſſis, occidit (390) eos omnes rex, ſubiugavit (391) eorum domeſticos & diripuit opes eorum. Eodem anno obiit Boemundus princeps Tripolitanus, cui ſucceſſit filius eius. Arceſſerunt magnates Sir

Harri

Digitized by Google

Harri (Henricum) patrem domini Cypri virum grandævum & prudentem, cui curam iuvenis & adminiſtrationem regni commiſerunt. Hoc tempore diſſidium ortum eſt inter duos fratres, filios Scheich Adi, quem tanquam prophetam receperunt Curdæi regionis Mauſelenſis. Quia horum alter uxorem Mogolicam duxerat, alter timuit, aſſumtaque familia ſua hominibus circiter 400 una cum omnibus ovibus, pecudibus & equis, quos poſſederant, in Syriam fugit. Chriſtiani valde trepidarunt, timueruntque, ne in tranſitu eos depopularetur & occideret. Ille vero neminem læſit, ſed poſtquam profectus erat, latrones venerunt, & ſpoliarunt Beth Tachſchur oppidum in regione Niniveníi. Oppidani fortiter reſtiterunt & decem horum latronum occiderunt. Quinque viri ex incolis oppidi occiſi ſunt, & raptæ 7 puellæ & 3
pueri. Ineunte anno 1587 feria quinta die tertio Tiſchrin prioris C. 1276.
fuit terræ motus gravis in urbe Archaſtia tractus Argiſcheni, P. 553.
quo muri eius validi, omniaque ædificia conciderunt, & multi incolæ perierunt. In urbe Chalata eiusque regione terra concuſſa eſt novem horis. Clades ibi accepta eſt, quanquam non tanta, quanta in Argiſchena. His diebus, quum magna caterva mercatorum Chriſtianorum e Cilicia in Rumæam tenderet, irruerunt in eam equites Turcomani 300, occideruntque circiter 80 mercatores primarios Chriſtianos, prope urbem Heracleam, & abſtulerunt merces, quas apportarunt. Horum mercatorum quidam ex familia Iſabari Haziri ortus poſſederat denarios Tyrios 120000. Ex hac caterva evaſerunt tantum quatuor cameli Arabici. Hieme huius anni coactus eſt exercitus Mogolorum 70000, qui caſtellum Biræ oppugnarunt. Potiri eo non potuerunt propter nivem mul-



Digitized by Google

tam, quæ deſcenderat, & frigus grave, quod impenderat. Multi
eorum, amiſſis equis, pedes redierunt, quum res non ſucceſſiſſet.
Dux fuerat Abatai Nowain magnus, qui in reditu quum in Aſſy-
riam veniſſet, morbo gravi laboravit. Poſt horum reditum Tur-
comani, validiores facti, magnum exercitum coegerunt, qui-
buſcum equites 1000 ex copiis Ægyptiacis coniuncti ſunt. Ve-
nerunt ex latere Maraſchæ, ut regionem Ciliciæ afflictam denuo
adorirentur. Quod quum intelligeret rex Lebonus, coegit exer-
citum Armenorum eique avunculum ſuum Baronem Sinbat Conte-
ſtabel aliosque magnates præfecit. Adorti ſunt Turcos iuxta Ma-
raſcham die Veneris hebdomadis tertiæ ieiunii ſancti quadrageſi-
malis. Hoc die occiſus eſt Baro Sinbat avunculus regis aliique
magnates, dominus Chirbiſæ & 13 alii illuſtres, & equites 300.
Multi etiam Turci occubuerunt, alii redierunt, quum regionem
intrare nequirent. Priusquam hæc contigerunt, ſcilicet hebdo-
made prima huius ieiunii, feria quarta, die 19 menſis Schebet
P. 554 anni 1587 flavit ventus vehemens Mauſelæ, Arbelæ & in eorum
tractibus, & excitavit arenam multam rubicundam, ut aer obſcu-
raretur, neque quisquam ſocium ſuum videret ab hora tertia
usque ad nonam. Tremefacti ſunt homines, qui putarunt, hac
nocte ſe perituros eſſe inundatione aerea vel terræ motu, ut fa-
ctum eſt urbi Argish. Exierunt & pernoctarunt extra domicilia
ſub dio. Quieſcente vento in domus ſuas reverſi ſunt. Etiam
die quodam hebdomadis defunctorum, quæ initium ieiunii præce-
dit, flavit ventus valde arenoſus, ſed non ſimilis illius. Hoc
tempore dux caſtelli Saidæ, cuius nomen eſt Biſchar homo
pravus, & ſanguinolentus, ſenex centenarius conſilium cepit ef-

fu-

Digitized by Google

fugiendi ad Aegyptios, quia inimicitiam fovebat contra Mar Serchis epiſcopum Armenorum in urbe Arſangana, qui erat vir magnus & honoratus a regibus Hunnorum. Conſtituerat ſecum eum occidere & deinde abire. Aſſumtis hominibus ex iis, quos ſalvaverat, profectus eſt in agrum Arſanganæ. Audivit ſanctum illum in quodam monaſterio ſuo celebrare feſtum Hoſannæ. Inſidiatus ei eſt in via. Quum ſanctus ille feria ſecunda hebdomadis paſſionis ſurrexiſſet ad intrandum urbem, filiusque eius, qui pariter magnus & illuſtris erat, cum eo eſſet, dixit hic patri ſuo ſancto: Tu urbem ingredere, ego quidem in oppido quodam me oblectare volo, quia incolæ eccleſiam, quam ædificarunt, ſanctificare volunt. Pater permiſit, ut abiret, neque eum moratus eſt. Poſtquam ſeparati erant, tres equites Turci obviam venerunt ſancto, deſcenderunt equis, oſculati ſunt manum eius, & dixerunt ei: "nuncius venit, qui quærit te filiumque tuum, ut legatis Ierlichum, quem apportat." Sanctus ille reſpondit: "filius meus ad oppidum quoddam ivit, & ego hic ambulo." Quum paulum progreſſi eſſent, irruerunt in eos equites Turci circiter 200, & occiderunt ſanctum & 3 viros ex presbyteris & monachis, reliquisque ſervis. Amputarunt caput eius, ſumſerunt illud, abierunt, vaſtaruntque oppidum. Cinxerunt etiam eccleſiam, ubi erat filius ſancti illius, circumſpecte. Ingreſſi in eccleſiam eum non invenerunt, quia palea ibi erat, ſub qua ſanctus ille latebat. Quum abire vellent, quidam horum impoſtorum maledictorum dixit, ſe primum paleam illam incenſurum, deinde abiturum eſſe. P. 555.
Iniecto igni exiit iuvenis ille vivus, rogaruntque illum Turci, ubi pater eius eſſet. Reſpondit in urbem aſcendiſſe. Tum volu-



Digitized by Google

tarunt ad pedes eius caput patris: quo aſpecto, filius eiulavit, & in caput patris procidit. Quum ita cecidiſſet, membratim eum diſſecuerunt. Poſthæc ſenex pravus Biſchar aſſumtis filiis ſuis, omnique militia, migravit ad dominum Aegypti. Perwanah, qui fuit adminiſtrator regni Rumæorum, quum metueret, ne Mogoli ſuſpicarentur, etiam eius animum adverſus Aegyptios propenſum eſſe, ſumſit filiam Soltani Rocenaldin, eamque in aulam regis regum deduxit. Dixitque: "Audivi, Aegyptium id conſilii habere, ut eam rapiat. Quare feſtinanter eam adduxi" Tatari approbarunt eius benignitatem hac in re. Dixit etiam: Emira quidam ex noſtratibus, nempe Bar Chetir voluit ſumere adoleſcentem Gaataldin dominum ditionis Rumæorum & in Aegyptum aufugere. Quare da mihi milites, ut eum cito capiam. Quum Kongurtai frater natu minor regis regum cum eo iret, invenerunt Bar Chetir & iuvenem Soltanum in planitie Ableſtinæ, qui in Syriam fugere voluerunt. Occiſo Bar Chetir Soltanum Perwanæ tradidit, qui eum denuo in ſolio regio collocavit. Itaque magni factus eſt Perwanah a Tataris, qui eum magno amore proſecuti ſunt propter veram amicitiam, quam erga illos oſtendebat. Hoc tempore Alemaldin Iacob mercator magnus homo Chriſtianus, quum ex oppido Berkuta in regione Arbelenſi, ubi Koblaium Kanum magnum coluerat, veniret, mortuus eſt in itinere in regione Choraſanæ. Aſchmut legatus, qui eum comitatus erat, pariter ipſe vir magnus & illuſtris ex gente Iguræorum quique monaſticam vitam ſectatus erat, aſſumſit filios eius eosque in aulam regis regum Abakæ deduxit. Excepit eos egregie & Maſudum filium maiorem (393)
Mauſelæ & Arbelæ præfecit. Conſiliarius eius fuit Aſchmut ante di-

dictus. Eodem anno quum regnaret Maſudus, id eſt, anno 1587 fugit etiam alius filius Scheich Adi ex regione Mauſelæ in C. 1276.
Ægyptum, aſſumta ſimul uxore Mogolica, quam ex Tataris duxe- P. 556.
rat. Anno 1588 ſibi propoſuit Bundokdar dominus Aegypti, ut C. 1277.
ipſe Rumæam invaderet. Biſchar enim ſenex cum Emiris aliis ex ditione Rumæorum, qui ad eum confugerant, eum incitarunt. Leo rex Ciliciæ, quum hæc animadverteret, certiores de ea re fecit duces Tatarorum, ut ſibi caverent, quia Aegyptii parati eſſent, eos adoriendi. Perwanah vero, quia vel regem Armenorum odio habebat, vel Tataris non favebat, eum mentiri declaravit penes duces Tatarorum. Rex Leo impatiens venit prope Tataros in caſtellum Debabæ, & quotidie legatos miſit Tatariſque dixit: „videte, evigilate ex ſomno veſtro, quia Aegyptius præſto eſt cum exercitu magno." Itaque Perwana iterum mentitus eſt dixitque Tataris: "Fruſtra in vos beneficia confert, & pro cibo potuque nuncios vobis mittit." Quare regi Leoni fidem non habuerunt. Perwana quotidie illis cibum muſtumque paravit usque ad diem
Veneris, diem 16 Niſanis anni Græcorum 1588, quo Aegyptii Mo- C. 1277.
golos adorti eos invenerunt ebrios & vino impeditos. Vix quisquam eorum equo vehi potuit. Quia autem legibus eorum adverſatur, ut fugiant antequam inimicum aggreſſi ſint, irruerunt in Aegyptios atque ab iis profligati ſunt. Hac ſtrage occiſi ſunt duo principes magni Tatarorum, quorum alter ex Tugu oriundus, alter Thudan athleta erat. Ex Iberis 3000, qui cum Tataris fuerant, 2000 occiſi ſunt, poſtquam magnam fortitudinem oſtenderant, & multos Aegyptios proſtraverant. Reliqui mille Iberi diſperſi ſunt. Mogolorum circiter 5000 prælio occubuerunt. Perwanah quum videret,

Digitized by Google

ret, Tataros fractos eſſe, aſſumto Soltano, fugit in caſtellum Daukiiæ. Bundokdar dominus Aegypti, habitacula ſua fixit iuxta Cæſaream in loco, qui vocatur Cicubad, ibique commoratus eſt dies 15. Profectus eſt etiam ſemel Cæſaream, & in ſolio Soltani ſedit. Nemi-
P. 557. nem ex plebe læſit, neque diripuit. Milites eius omnia pretio ſibi compararunt, ita ut etiam ſtramen pro equis emerent. Dixit enim ille non ad vaſtandam hanc regionem adveni, ſed ad liberandum dominum eius a ſervitute Tatarorum.„ Abaka rex regum, ſimulac famam audiebat, copias, quæ paratæ erant, congregavit & in Rumæam contendit. Quum Bundokdar ſe imparem cognoſceret, (394) exiit ex Rumæa, & ſecum duxit vetulam matrem Perwanæ, euiusque filium natu maiorem, qui fuit gener regis Armenorum. Quum exitum pararet, ſtragem edidit inter Chriſtianos urbis Romanæ, quia ei narratum erat, Tataros ab iis adiuvari, quando in Syriam traiicerent. Simulac rex regum in Rumæam venit, non reperit ibi Aegyptium quenquam, ſed quosdam ex Turcomanis, qui in Syriam confugerant. Hos aſſecutus eſt & occidit familiasque eorum captivas duxit. Tatari ob avaritiam multos Chriſtianos occiderunt, captivos duxerunt, (395) & ſpoliarunt, etiamſi rex regum iuſſerat Chriſtianos non lædendos eſſe, qui multos Tataros, qui ex Aegyptiorum manibus liberati erant, occultaverant et nutriverant. Etiam Ierlichum in manus presbyteri & monachi tradidit, iuſſitque eos caſtra circumire & redimere captivos Chriſtianos, ex Rumæa oriundos. Ita etiam fecerunt. Quum rex regum montana Cappadociæ peragraret, & veniret ad locum appellatum Akſcha Derbend, reverſus eſt. Quum Perwanah ad regem regum accederet, nil detraxit honori illius, ſed magis eum extulit, & ſecum duxit, ut de Rumæa conſilia agitarent, quantus exercitus & quinam dux ibi collocandus eſſet, qui Aegyptiis reſi-

Digitized by Google

reſiſteret, ſi denuo incurſionem facerent. Quum in Armeniam veniſſent, in monte appellato Alatag convivium inſtituit Perwanæ. Lactem equinum ei large bibendum dedit, quia vinum non bibebat. Quum exiiſſet, ut urinam faceret, ſigno dato a rege regum, armigeri eum membratim diſſecuerunt feria ſecunda, die ſecundo menſis Ab huius anni, qui eſt annus Arabum 675. Itaque eodem modo, quo Rocenaldinum occidit, capite plexus eſt, ut dictum illud impleatur: homicida occidetur, neque ſanguis eius vindicabitur. Pag. 558. Fertur, quum gladii ſtringerentur, eum non commotum neque obſtupefactum eſſe, ſed conviciis diris Tataros proſcidiſſe, & dixiſſe: "Ita mihi & omnibus amicis veſtris rependitis." Antequam Bundokdar Damaſcum veniebat prope Hamatham, aſſecutum eum eſt decretum ſupremum, quod vitam finivit. Mortuus enim eſt. Abolitæ ſunt cogitationes eius profundæ, plenæ conſiliis variis. Hic animo valde elatus erat, & parum abfuit, quin, uti Pharao ille antiquus, diceret: "Meus eſt fluvius Nilus, & ego illum feci." Fertur, in prœlio cum Tataris femur eius telo (396) percuſſum eſſe, cuſpidemque diebus nonnullis remanſiſſe. Quia chirurgo iuberet, ut eam extraheret, exſpiravit, ſimulac extracta eſt. Succeſſit ei in Aegypto filius eius, qui univerſam Syriam gubernandam domino Hamathæ commiſit. Poſtea perſuaſi ſumus, mortem eius ita non contigiſſe. Sed theſaurarius eius venenum lethale immiſcuit lacti equino, eique illud bibendum dedit. Quum dolorem ſentiret, præcepit, ut theſaurarius pariter ex lacte illo biberet. Statim ambo mortui ſunt. Accidit in hoc prælio res, quæ memoratu digna eſt. Ferunt, quum Tatari ſuperarentur, interfectique in terram cecidiſſent, Bundokdarum



Digitized by Google

iuſſiſſe, ut frater eius minor Bar Chetir, qui ad eum confugerat, cadavera Tatarorum circumiret & videret, quisnam virorum illuſtrium occiſus ſit, ut hac de re apud Aegyptios gloriaretur. Qui quum inter mortuus ambularet, eorumque facies circumverteret, ut eos agnoſceret, erat inter Tataros occiſos nonnemo, qui percuſſus ceciderat, ſed nondum mortuus erat. Viribus adhuc valebat, & noctem expectabat ad ſurgendum & fugiendum. Quum videret Bar Chetir interfectos inveſtigantem, putabat eum circumire, ut occideret eos, qui nondum penitus mortui erant, Quia autem armatus ceciderat, ſumſit arcum, & telum ex pharetra eductum dextere adverſus Bar Chetir adegit, eumque percuſſit, (397) cuſpide in ſpina dorſi remanente. Crediderunt ii, qui cum eo erant, telum ex cœlo advolaſſe. Portatus & adductus ad
P. 559. Bundokdarum ſtatim obiit. Feria 5, (398) die 17 menſis Heziran huius anni Curdæi maledicti in monte Alphaph doloſe prehenderunt decem monachos ex monaſterio Mar Matthæi, eosque tormentis cruciarunt. Horum unum, cognominatum Mazutam oc-
C. 1278. ciderunt, & novem ceteros zuzis 4000 vendiderunt. Anno 1589 Leo rex legatos miſit, repetiitque filiam ſuam, Perwanæ nuptam, quia maritus eius in Aegyptum abductus erat, uti diximus. Hoc anno fuit hiems gravis & frigus vehemens in Aderbijana, & tota Armenia maiori usque ad limites Scytharum. Defecerunt equi, armenta, & oves omnium ſcenitarum, fuitque magna alimentorum caritas. Centum enim libræ tritici vel onus aſini exiguum venditum eſt Moganæ denariis 40 Rocenenſibus. Hac hieme Papa Perſicus, quem Maſud filius Kotai ex regno Mauſelenſi interficere cogitabat, accuſavit Maſudum, quod regionem Mau-

Digitized by Google

Mauſelenſem devaſtaret, & negotia publica male adminiſtraret. Iuſſi igitur ſunt a rege regum magnates cum Papa Mauſelam venire. Papa inſtruxit teſtes mendaces contra Aſchmut & Maſudum. Corrupit etiam iudices, qui ex falſa ſententia Chriſtianos reos peregerunt, illisque abdicatis Papam præfecerunt. Aeſtate huius anni congregati ſunt Turcomani Beduini & Curdæi Syriaci, invaſerunt Ciliciam & venerunt usque ad collem Hemdani. Magna vaſtatione in regione facta, captivisque multis abductis abierunt. Anno 1590 quum videret regina magna Kotai Chatun, C. 1279.
per hos annos Chriſtianos exire deſiiſſe die epiphaniæ ad benedicendum aquis, propter contentionem, quæ illis cum Arabibus orta erat, (erat tum frigus ingens) ipſa venit ad urbem Maragam, iuſſitque, Chriſtianos ſecundum morem crucibus extremitati haſtarum affixis egredi debere. Quum egrederentur, divina illis contigit benevolentia, mitigatum eſt frigus, gramen ornatum, hiemsque induit naturam (399) veris. Ingens fuit lætitia Mogolis, ob ſuſtentationem equorum eorum & Chriſtianis ob victoriam religionis eorum. Hac hieme Tatari rebelles 5000, qui, fuga capta, abſconditi erant in limitibus Indiæ, venerunt in regionem P. 560.
Schirazæ, & everſionem magnam atque internecionem fecerunt. Urbem ingredi non potuerunt. Exercitum, qui exierat, atque in eos irruerat, ſuperarunt, paucis vix evadentibus. Etiam venatores leonum, qui Schirazæ erant, poſſeſſoribus divitiarum manus iniecerunt easque diripuerunt. Filius regis regum, quum audiret facinora horum rebellium, eos perſecutus, aſſecutus eſt, multosque eorum gladio trucidavit. Diebus vernis ſpeculator quidam pravus & arrogans Bagdadi fuit in aula præfecti. Multa



Digitized by Google

mala perpetravit, & uxores corrupit, prætorem magnum regni ludibrio habuit & conviciis variis laceſſivit. Quodam die, quum præfectus venandi cauſa foris eſſet, prætor ſpeculatorem illum nefarium prehendit, eumque manibus & pedibus plauſtro affixum in plateis Bagdadi circumduxit, duobus acubus ingentibus per linguam eius traiectis. Poſt eum ſtabat in plauſtro iuvenis quidam, qui calceo muſcas ex facie hominis huius miſeri abegit, eum colaphizavit dixitque: "ita retribuitur iis, qui magnatibus irrident." Poſtquam eum ad fluvium Tigrim deduxerunt, amputarunt caput eius pontique affixerunt. Cadaver combuſtum eſt. Multi homines mali exitio huius terrefacti ſunt. Nox fuit, quum per plateas circumduceretur, multique ſcurræ præcedebant, tympana pulſabant, ſaltabant, atque ei irridebant. Eodem anno, die veneris, die 16 menſis Ijar copiæ Aegyptiorum irruerunt in Kalelr Rumitham, equites 9000, pedites 400. Dux Aegyptiorum erat Emira quidam nomine Baſari, dux vero exercitus Syriaci Hoſimaldin Intabenus. Caſtris poſitis ad fluvium Perzeman legatos binos, alterum Arabem, alterum Armenum, ad catholicum miſerunt, illique dixerunt: "Soltanus iuſſit, te dedito caſtello, ſumtisque monachis tuis, abire & Hieroſolymis commorari. Dabit tibi pagos,
P. 561. qui ad te ſuſtentandum ſufficient. Si in Ciliciam ire malueris, te mulis & equis noſtris etiam illuc te honorifice abducemus. Sin dedere repugnaveris, ſanguinem horum omnium Chriſtianorum a te Deus poſcet." Catholicus reſpondit: "ego, donec moriar, pugnabo, neque ero in Deum & in regem infidelis." Tum tota nocte Aegyptii cinxerunt hortos, atque ex arboribus abſciſſis ſcalas pararunt. Mane Sabbathi urbem acriter oppugnarunt, &

Arme-

Digitized by Google

Armenos, qui ſuper muro novo infra ſtructo pugnabant, fugarunt. Scalis appoſitis urbem miſeram intrarunt, & diripuerunt. Incenderunt omnia ædificia. Quia homines in urbe non repererant, ſiquidem in caſtellum aufugerant, quinque dies ibi manſerunt, abigendo & comburendo, deinde migrarunt, magna devaſtatione perpetrata, conſumtis proventibus, deſtructis vineis & arboribus, fractis lapidibus, quibus ſpatia (400) incluſa erant, erutis ollis balneorum & Berœam abductis. His diebus quum exercitus Aegyptiorum Kaleh Rumitham obſideret, nuncium miſit Bar Kerman Turcomanus Augæus ex Bumæa ad dominum Aegyptum, petiitque, ut milites mitteret, qui viam ante eum perſcrutarentur, eumque in Syriam ducerent, quia propter copias Tatarorum & regem Armenorum metuebat. Dominus Aegypti a rege Leone petiit, ut tranſitum concederet Biſaro, qui Bar Kermanum comitaturus eſſet. Rex permiſit, ut per limites terræ ipſius tranſirent. Ita fecerunt, tranſierunt per montana, exierunt prope Cæſaream, comitati ſunt Bar Kermanum, deinde redierunt. Quum redirent, conſilium cepit Emira Biſari, ut a domino ſuo deficeret, & milites, qui cum eo erant, ad præſtandum ſibi iuramentum cogeret. Ingreſſi in Ciliciam manſerunt ibi dies 15 captivos & prædam abigentes. Per decem dies Anzarbam oppugnarunt, magnaque clade, incolas regionis, qui illuc confugerant, afflixerunt. Si paulo diutius ibi commorati eſſent, cepiſſent urbem propter defectum aquarum. Sed Deus eos amovit. Monaſterium Paximati penitus combuſſerunt, item monaſterium magiſtri noſtri Komæ. Guiachtum non pervenerunt. Simulac in Syriam penetrarunt, hæ inſidiæ domino Aegypti manifeſtatæ ſunt, qui erat filius Bundokdari.

P. 562. Exiit celeriter Damaſco, & in Aegyptum contendit. Quum copias cogere cœpiſſet, diſperſi ſunt, qui partes Biſari ſequebantur, quia Soltanum metuebant. Ille igitur ſolus relictus Hieroſolyma profectus eſt, ubi in ſtoam Salomonis aufugit & capillum capitis ſui abraſit, pœnitentiam propter ſtultitiam ſuum præ ſe ferens. Filius vero natu maior Bundokdari, quum videret diſſidium ortum eſſe inter milites, aſcendit caſtellum Carachæ, regnoque ſe abdicavit. Magnates congregati, præſtito iuramento fratri eius minori, eum in ſolio regni Aegyptiaci collocarunt. Verum non proſpere egit. Surrexit enim contra eum non nemo, nomine Alpi, qui illo expulſo in Aegypto regnavit. Hac æſtate fugit filius Soltani Ezaldini domini Rumææ ex regione Berchch ad Abakam, qui eum hilariter excepit. Quum ei partem Rumææ tradere vellet, diſſenſerunt magnates, qui dixerunt: "Si hoc fiat, magna lis orietur inter eum & filium avunculi eius." Promiſerunt ei partem proventus totius regionis, & abnegarunt ei imperium in locum quemcunque. Conceſſit (Abaka) quanquam invitus. Anno 1591 Aſchmut Emira Iguræus & Maſud filius Kauti ad regem

C. 1280. regum Abakam acceſſerunt, & declararunt, ſe a iudicibus opprimi, qui cum Papa Perſa miſſi erant, horumque iudicium muneribus corruptum eſſe. Conſtituit igitur Abaka patruelem & generum ſuum iudices, illisque mandavit, ut viderent, quænam harum partium innocens ſit. Poſtquam per integrum menſem iudicaverant, condemnatus eſt Papa. Iudices priores rem divulgarunt & confeſſi ſunt, quænam dona a Papa acceperint. Promulgato edicto, gladio abſciſſum eſt caput Papae feria quinta, die 8 menſis Ab anni ante dicti, & Mauſelam deportatum eſt. Iterum igi-

igitur illuſtres Chriſtiani Mauſela & Arbela potiti ſunt, & triumpharunt. Etiam nobilis quidam Perſa, cuius nomen erat Gelalaldin Turan ex regione Chotani occiſus eſt, quia Papæ adulatus erat neque audaciam eius repreſſerat. His diebus Emira quidam Curdæus ex regione Mauſelenſi, cuius nomen erat Bedru, fugit in Syriam cum omnibus aſſeclis ſuis. Quanquam excubitores viarum P. 563.
ex exercitu Mogolico eum perſecuti ſunt, cum tamen non aſſecuti ſunt. Sankur Aſchkar, qui Damaſci fuit, non permiſit Alpio, ut in Aegypto regnaret, ſed coacto exercitu eum adortus eſt. Debellatus ab Alpio fugit, venitque Rehbotham ad Emiram Iſa Bedoinum. Conſenſerunt, ut legato miſſo ad Abakam regem regum, ab eo copias contra Alpium peterent. Quum Abaka iis obſequeretur, & copiæ in Syriam contenderent, timuit ſibi Sankur propter illas, atque, illis fide non habita, confugit in caſtellum Sionis. Tatari venerunt uſque ad Halebum, & gladio vaſtarunt, quicquid in manus eorum inciderit. Incenſis ædificiis redierunt. Multi vero homines in ſpeluncis occultati everſionem effugerunt. Fuit deſcenſus eorum in Syriam tempore hiberno anni 592, quum præfectus illis eſſet Kongartai frater natu minor Abakæ regis regum. Poſtquam Tatari Ha- C. 1281.
lebo redierant, coacti ſunt equites Aegyptii 7000 oppugnaturi caſtellum Merkab in ora maritima. Templarii, domini caſtelli, quum eorum adventum animadverterent, noctu egreſſi ſunt, equites 200, pedites 500, & inſidias fecerunt in ſpelunca iuxta caſtellum. Quum illi equis deſcenderent, & tentoria figere inciperent, adorti eos ſunt milites Francorum, & adeo multos trucidarunt, ut pauci evaderent. Aeſtate huius anni Perſæ illi Gelalaldin Turan & Papa litigarunt cum Maſud Kauti, quod ex ærario Gelalaldini

dini magnam auri copiam & lapides pretioſos abſtulerit. Captus eſt Maſud, qui, poſtquam tormentis diris cruciatus eſt, chirographo ſuo promiſit, ſe ſoluturum eſſe daricos 500000. Filius avunculi eius, nomine Suidat, in iudicio condemnatus et gladio interfectus eſt. Arabs quidam Mauſelenſis Bar Samnich flagellis cæſus eſt a Maſudo, & inter tormenta obiit. Alius Emira Curdæus Heccræus, cuius nomen erat Abubecr, qui per aliquot annos rebellis fuerat in montanis Aſſyriæ, quemque Maſud pacaverat, & in
Pag. 564. Ordam deduxerat, pariter occiſus eſt, cum octo eius ſociis. Filius eius natu maior Scheich Adi, qui in Syriam fugerat, quum reverteretur & in Ordam veniret, ſeque propter fugam excuſare vellet, condemnatus & occiſus eſt. Maſud deductus eſt Mauſelam cum ſpeculatoribus Mogolis, ut aurum daret. Quum aliquot
C. 1282. dies apud eos manſiſſet, noctu eos effugit. Anno 1593 tempore autumnali, copiæ Mogolicæ 50000 iterum in Syriam deſcenderunt, duce Munga (Mangu) Timur, fratre dilecto regis regum. Leo etiam rex Ciliciæ coacto exercitu in auxilium eius cum eo profectus eſt. Congregatæ etiam ſunt copiæ Aegypti & Syriæ, quibus præfecti erant Alpi, qui Soltanus erat, & Sankur Aſchkar, ſiquidem reconciliati erant. Manus inter ſe conſeruerunt Tatari & Aegyptii inter Hamatham & Emeſſam feria tertia, die 30 Teſchrini prioris huius anni. Vicerunt Tatari Aegyptios. Quum Tatari victoriam perfectam propemodum reportaſſent, inciderunt in eos inſidiæ Taglebenſium Beduinorum ex latere ſiniſtro. Tartari arbitrati, ſe ab inimicis a parte anteriori & poſteriori cingi, in fugam ſe verterunt, qui in media acie & in cornu ſiniſtro collocati erant. Illi vero, qui in cornu dextero erant, ex gente Tata-

Tatarorum, qui Avarithæi vocantur, nec non Iberi 5000, item rex Armenorum cum militibus ſuis, quum inſidias Arabum non cognoſcerent, magna vi fregerunt Aegyptios, qui illis oppoſiti erant, eosque usque ad portam Emeſſæ inſecuti magnam ſtragem ediderunt, donec de fuga ſociorum ſuorum audiverunt. Confeſtim igitur etiam illi reverſi ſunt & in reditu inciderunt in milites Aegyptios, qui Tataros fugitivos perſecuti erant. Prælium inter ſe commiſerunt utraque pars, atque utrimque multis occiſis, turmis ſuis collectis quælibet pars ad locum ſuum rediit. Itaque cornu dexterum Tatarorum advenit onuſtum præda multa daricorum, mulorum, & inſtrumentorum. Cornu ſiniſtrum & media acies abiectis armis ſuis pedes advenerunt fatigati fame & ſiti. Cornu dexterum & media acies Aegyptiorum Damaſcum redierunt, abacta præda magna, quam Tataris eripuerant. Pauci eorum, qui P. 565. ad cornu ſiniſtrum Aegyptiorum pertinebant, evaſerunt, miſere cæſi & direpti. Niſi (401) Abaka veniſſet usque ad oram Euphratis & Bagdadum rediiſſet, ut totam rem * paucis comprehendam, pauci ſuperſtites fuiſſent Aegyptii. Hieme huius anni ingens fuit annonæ caritas in Aſſyria & totius regionis Sinear propter reditum harum copiarum. Fuit præterea frigus grave, magisque nivis, ac cadere ſolebat, in regione Mauſelenſi deſcenderat. Quum itaque iſto modo Tatari & Ægyptii a ſe invicem ſepararentur, coaluerunt latrones ex Medis Turcomanis & Curdæis, &, incurſione facta in Ciliciam, venerunt Aiaſam, quam incenderunt & diripuerunt. Nullum tamen incolarum eius ibi repererunt, quia omnes mari effugerant, & caſtellum novum aſcenderant, in medio mari extructum. Poſtquam abduxerant, quicquid in manus eorum inci-

 de-

Digitized by Google

derat, exierunt, alii aſcenderunt tertia vice, deinde alii coacti ſunt quarta vice. Adorti ſunt locum iſtum Sabbato Nineves huius anni 93. Venerunt usque ad collem Hemdonis ſpoliaque multa abduxerunt. Poſtquam egreſſi erant, Armeni, qui anfractus occupaverant, hos omnes interemerunt. Eripuerunt arma eorum, & degluberunt cutem capitum eorum, atque onera nonnulla armorum, lancearum, enſium, & cutium capitum cum capillis eorum miſerunt ad regem regum. Paucis poſt diebus præfectus caſtelli Biræ, cuius nomen erat Hidar, coactis equitibus 2000, ſubegit caſtellum Saidæ. Multi Chriſtiani confugerunt in templum magnum Arabum & liberati ſunt. Alii ſe muniverunt in loco, qui vocatur Alaſtona. Latrones eos aggredi non potuerunt, quia locus ille, ſimilis ſpeluncæ, acceſſu difficilis erat. Maledicti illi, abductis 4000 mulieribus & iuvenibus, Euphratem traiecerunt Malatiam verſus, eiusque agrum diripuerunt. Invenerunt in oppido Erka multos Chriſtianos, quibus in captivitatem ductis in Syriam abierunt. Mangu Timur redux ex Syria venit ad Abakam Bagdadum valde triſtis ob cladem,
P. 566. quam acceperat. In ſe recepit, ut in Syriam reverteretur. Poſtquam rediit & pervenit Gazartam Cardoam, delator quidam, nomine Saphi Karkubi accuſavit Gazartenſes illuſtres, quos hac de cauſa multis malis afflixit Mangu Timur. Hi igitur eum odio habuerunt. Quodam die, quum ex balneo exiret, doloſe conſpiraverunt cum pincerna, ut ei venenum bibendum porrigeret. Aegrotante corpore eius profectus eſt Gazarta Niſibin. Gazartenſes illuſtres quum ſcirent, iam abſciſſam eſſe telam vitæ Mangu Timuri, ſumſerunt Saphi Karkubi, eiusque filium, & ſervum, eosque in plateis Gazartæ circumduxerunt, & crudeliter interfecerunt. Rex regum Abaka profectus

Digitized by Google

fectus eſt Bagdado, venit in urbem Hemdanam. Feria prima hebdomadis reſurrectionis anni 1593 intravit eccleſiam, quæ ibi eſt, & cum Chriſtianis feſtum lætus peregit. Feria ſecunda quidam magnatum Perſarum nomine Behnam in ædibus ſuis convivium ei apparavit. Nocte, quæ auroram feriæ tertiæ præcedit, conturbatus eſt, dum ſpectra in aëre vidit. Illuceſcente feria quarta hebdomadis albarum, die primo Niſanis, 20 menſis undecimi Arabum exceſſit ex orbe hoc. Die 26 eiusdem Niſanis, feria prima hebdomadis, die 16 Moharrem etiam frater eius Mangu Timur ex vivis exceſſit in regione Gazartæ. Proceres enim poſt obitum Abakæ per legatum ad eum miſſum ei dixerunt, nondum decretum eſſe, ut in Syriam proficiſceretur. Verum de morte fratris nihil ei indicarunt. Itaque bini fratres reges orbis terrarum vita defuncti ſunt, quum neuter mortem alterius ſciret. Paucis poſt diebus equites 6000 ex Syria venerunt et, traiecto Euphrate, Gazartam Cardoam contenderunt. Mumin, præfectus urbis, exiit, in eos irruit, victus & captus eſt. Quum ligatus in Aegyptum deduceretur, timor incuſſus eſt regioni Nineves, omnesque eius incolæ in monaſterium Mar Matthi fugerunt, ubi arcte incluſi, lue corripiebantur, obieruntque monachi circiter 30. Hoc tempore ſcriba Perſa, nomine Meged Almulich accuſavit Elaaldinum, præſidem conſilii ſupremi Bagdadi; oſtenditque, eum ex opibus principis magnam partem abſtuliſſe. Captus eſt Elaaldin, & ſpoliatus omnibus eius poſſeſſionibus, ita ut filii eius parvi mercatoribus venderentur. Quum ille in hac anguſtia eſſet, obiit Abaka. Abed regnum adeptus occidit Almeged Almulichum, ſcribam delatorem Elaaldini. Paulo poſt obiit etiam Elaaldin eodem anno. *Tachudar frater Abakæ, appellatus Ahmed.* Poſtquam Abaka rex regum ex orbe hoc exceſſerat, omnes filii regum una cum proceribus congre-

C. 1282.

P. 567.

gati ſunt, & decreverunt, Ahmedem, filium Hulachi, quem regina magna Kotai Chatun pepererat, ducem fore Mogolorum occidentalium, quia eius, qui inter fratres natu maximus erat, imperium erat. Quum ſederet in throno regio feria prima, die 21
C. 1282. Heziran anni Græcorum 1593, clementiam magnam & liberalitatem oſtendit. Aperuit ærarium patris ſui, fratriſque. Magnos theſauros auri & argenti inde eductos diſtribuit fratribus & Emiris atque exercitui Mogolorum. Oculo benevolentiæ aſpexit omnes populos, præſertim principes religionis Chriſtianæ, & in eorum gratiam diplomata confecit, quibus omnes eorum eccleſiæ, monaſteria, presbyteri & monachi ubicunque locorum & regionum a tributis & oneribus immunes ſint. Ad dominum Aegypti legatos miſit Sebam Atabegum domini Rumææ Kotebaldinum Schirazgi iudicem urbis Sebaſtiæ, Schemesaldinum filium Titi, Veziram domini Mardini, per quos Aegyptiis dixit: „Secundum decretum divinum, legemque, quam nobis atavus noſter Cinghiz Chan tulit, ad me pervenit ſors regni Mogolorum. Quia ad pacem (conſervandam) Deus nos vocavit, volo, ut quisque in loco ſuo vitam quietam & tranquillam tranſigat, & bella, cædes, atque captivitas in terra ceſſent. Si in hanc ſententiam conſentiatis, date manum in pacem & obſequium; ſin in rebellione veſtra perſeveretis, a Vobis Deus ſanguinem oppreſſorum qui effundetur, quæret. Conſenſit dominus Aegypti, ut pax ſtabiliatur & bella tollantur hac lege, ut urbs Mauſela Bedaraldini ſit, qui Mogolis idem ſolvat, quod alii pendunt, atque idem fiat Bagdado
P. 568. & Schigræ. Poſtquam legati hi redierant, & indicaverant, quod dixerat, iterum ad Aegyptios miſit rex regum Scheich Ebed Alrahman ad confirmandam pacem. Ille ibi commoratus, ita ut hodienum

apertæ

Digitized by Google

apertæ ſint viæ, & mercatores ex Babylonia, Aſſyria & Perſide in Syriam proficiſcantur & mercatores Aegyptii in regiones iſtas Tatarorum veniant[1], neque quisquam eos lædat. Ebed Alrahman quum itineri in Syriam ſe accingeret, magnas divitias ſumſit ex theſauro regio Mogolorum, lapides pretioſos, margaritas admirabiles, aurum, argentum, veſtes, & lintea tentoriorum, auro multo contextorum. Profectus Alataka venit Tabrizum, ubi commoratus eſt per menſem integrum. Acçerſivit artifices cuiuscunque generis, aurifabros, ſutores & alios, atque apparatum regium inſtruxit. Illinc venit Mauſelam. Adduxit Bagdado ingentem copiam auri, qua ſumta Mardinum abiit. Ibi ad eum acceſſit legatus Soltani Alpi domini Aegypti eique dixit: "Soltanus te ſalvere iubet dixitque: Per totum illud tempus, ex quo Damaſci commoror, exſpecto adventum tuum, ut te videam, precibus tuis ſatisfaciam & in Aegyptum proficiſcar, quia hæc terra exercitum magnum, quem mecum duco, alere non poteſt. Quare rogo, ut ne cuncteris." Ebed Alrahman per legatum reſpondit: "Paratus ſum, ut veniam. Sed peto abs te, ut, quando adveniam, ſervi tui honorifice in terram tuam me adducant; neque noctu me aſſumant, uti legatis illis, qui ante me ad te acceſſerunt, factum eſt. Soltanus reſponſum miſit: "Te magni facimus, & maiori honore proſequimur, quam iſtos alios. Quare læto eſto animo, & tranquillus, uti volueris, adveni." Tum confiſus eſt Scheich Ebed Alrahman, & adduxit milites Mogolos, qui in via Amidenſi excubabant, ut cum eo iter facerent. Dominus Mardini Malec Motapher pariter legatum miſit, qui eum comitaretur, Schemesaldinum, appellatum Barthiti, virum magnum et illuſtrem.



Digitized by Google

Alios milites miſit, qui Scheichum eiusque aulicos usque ad Euphratem comitati reverterentur. Profectus eſt Scheich Mardino menſe decimo Arabum, id eſt, Schewal anni 682. Quum ad urbem Haranem veniſſet, obviam ei ivit Emira quidam ex ſervis domini Aegypti. Scheichus quidem exſpectaverat, Emiram
P. 569. hunc equo deſcenſurum, pedes acceſſurum, eum ſalutaturum, & manum eius pro more oſculaturum eſſe. Verum Emira non deſcendit, ſed e longinquo ſalutavit, & per nuncium Scheicho dixit: "Non opus eſt, ut Tatari illi adveniant. Iube eos reverti." Scheich cohorti Tatarorum abeundi licentiam dedit. Poſtquam abierant, Emira Scheichum eosque, qui cum illo erant, aſſumſit. Relicta via, quæ Biram ducit, dixit: "in loco alio hoſpitium vobis paramus." Quando in itinere ad oram Euphratis venerant, dixit Emira: "hic loci tentoria vobis figemus. Scheich reſpondit:" ubi nobis caſtra metamini, commorabimur. "Quum Mardinenſes, qui Scheicho inſervituri profecti erant, ſecundum præceptum domini eorum Euphratem tranſire detrectarent, ſed redire vellent, non permiſit Emira domini Aegypti, ſed illis dixit: "Soltanus noſter iuſſit, vos Halebum proficiſci. Itaque, licet inviti etiam illi Euphratem traiecerunt, ibique omnes caſtra poſuerunt. Veſpera Emira convivium lautum paravit Scheicho, omnibusque, qui cum eo erant. Poſtquam cœnaverant, requieverant, horam unam & quod excurrit, dormierant, Emira eiusque ſocii equis conſcenſis, Scheicho nunciavit: "ſurge, & equum aſcende, ſiquidem proficiſcemur." Scheich abnuit dixitque: "Non niſi interdiu, quando ſol ortus eſt, equo vehar." Emira reſpondit: "Iuſſus ſum te non niſi nocte adducere ſive volueris ſive nolueris." Iratus fuit Scheichus

Digitized by Google

chus dixitque: "Etiamſi me interficias, ego nocte iter non faciam" Emira dixit: "Nolo te inficere; at vinctum te deducam." Quum Scheichus videret, eos honorem eius contemnere velle, conſenſit & equum aſcendit. Cœperunt per integram noctem iter facere. Extrema nocte, relicta via, longe a manſione receſſerunt. Poſtquam nocte Halebum venerant, collocarunt eum in domo quadam principis. Advenit edictum Alpi, domini Aegypti, ut cuique Mardinenſium, qui Scheichum comitati erant, darentur Zuzæ 200, ipſique in patriam ſuam reverterentur, atque Scheichus eiusque ſocii, item Emira Mogolus, qui cum eo erat, & Schemesaldin legatus domini Mardini ſub tutela pariter nocte Damaſcum abducerentur. Poſtquam hæc iuſſerat Soltanus, ipſe in Aegyptum contendit, neque adventum Scheichi exſpectavit. Scheichus Damaſcum deductus una cum Emira Mogolo, qui eum comitabatur, Pag. 570.
caſtellum aſcendere coactus eſt, ubi in domo quadam incarceratus eſt, in alia autem legatus domini Mardini, eorum ſervi, quotquot erant, bini in alia. Iuvenis filius Emiræ Mogoli & alius iuvenis Bar Meged Almulich ex aulicis regis Emiræ conſtituti ſunt, ut cum eo equitarent, & arma eius gererent. Lex lata eſt, ut nemo alium interrogaret de Scheich Ebed Alrahman, ubinam ſit, vel quomodo ſe habeat, neque fama de eo audita eſt, usque ad hodiernum diem, etſi anno integro elapſo. Poſtquam Scheich Ebed Alrahman in Syriam profectus erat, nunciatum eſt regi regum Ahmedo, fratrem eius Kongartai cum Argone filio Abakæ conſpiraſſe, ſibique propoſuiſſe, ut eum in tentorio dormientem ſubigeret et interficeret. Quare Ahmed valde commotus fratrem ſuum Kongertai prehendi et occidi iuſſit. Quum Argon audiret,
avun-

avunculum ſuum intercmtum eſſe valde doluit et aliter affectus fuit adverſus fratrem ſuum. Ahmedus, qui perceperat, animum Argoni ab eo abalienatum eſſe, miſit contra eum ducem quendam nomine Alinach cum magno exercitu. Qui quum venisſet Schiachum in Chroraſana (402) Argon ante illum fugam capeſſere coepit. Alinach huic rei fiſus bellum negligenter gesſit, coepitque edere, bibere et inebriari. Quadam nocte Argon adortus caſtra Alinachi tantam ſtragem edidit, ut Alinach cum paucis viris vix evadere poſſet. Ahmedus, audita clade, qua Alinach afflictus erat, miſſis nunciis quocunque locorum, coegit exercitum Mogolorum, Curdaeorum, Lyriorum, Perſarum er Iberorum, atque contra Argonum in Choraſanam movit Argonus, quum videret se imparem eſſe Ahmedo, aſcendit in caſtellum quoddam ibi ſitum, cum hominibus 300 ſibi addictis. Coepit ſe torquere, quia in caſtellum includi ei minus conveniebat. Dicebat enim, quemcunque, qui incluſus ſit, captum eſſe. Contra Ahmedum vero proficiſci metuebat. Quum in hoc ſtatu eſſet, Emira quidam, nomine Boka Gizbara, qui valde dilectus erat ab Abaka, patre Argoni, dixit Ahmedo: "Si promiſerit, te
Pag. 571. Argonum non læſurum eſſe, ego eum ad te adducam. Promiſit Ahmed præſtito iuramento ſecundum conſuetudinem Mogolorum, ſe ſi Argonus ultro ad eum accederet, nihil mali illi inflicturum eſſe. Tum Emira Boka cito ad Argonum aſcendit, ex caſtello eum emiſit, et ad Ahmedum deduxit. Ahmedus de eo valde lætatus eſt, et per triduum convivium inſtituit. Elapſis ſuis tribus diebus, mala cogitatio in Ahmedo excitata eſt. Alinachum conſtituit, qui Argonum obſervaret, et cuſtodibus dixit: "Ego ad matrem meam Kotai Chatun in Aderbijanum proficiſcar. Vos vero obſer-

Digitized by Google

obſervate Argonum, ne effugiat. Accerſite eum ad me, ubi fuero.« Illa autem nocte, qua abire vellet, conſilium ſuum proceribus quibusdam manifeſtavit, illisque dixit: "Si Argonum et reliquos filios regios non interficiam, vacillabit imperium meum." Hæc locutus mane abiit, juſſitque Argonum pedetentim ad ſe arcesſi. Bokam Emiram quum hoc animadverteret, poenituit itineris cum Ahmedo inſtituti. Cunctatus usque ad noctem omnes filios regios convenit eisque indicavit conſilium ſecretum Ahmedi, eumque omnes iſtos peremturum eſſe. Filii regii zelo correpti ſurrexerunt, et noctu venerunt ad Argonum, ubi cuſtoditus erat. Emiſerunt eum, et lorica indutum, atque armatum equum conſcendere iuſſerunt. Contenderunt omnes ſimul in locum, ubi Alinach ſomno ſopitus erat. Hunc in tentorio eius interfecerunt, occiſis etiam aliis magnatibus eius ſociis. Proclamarunt præcones in caſtrit Mogolorum, Alinachum et alios magnates eius ſocios a filiis regiis occiſos eſſe, quapropter cuique ibi, ubi erat, manendum, neque movendum, neque locum mutandum eſſe. Illuceſcente die adduxerunt Mogoli eos, qui vocantur Kerawanes quique Ahmedum reiecerant. Inſecuti iſti eum ſunt, ceperunt penes matrem eius, ligarunt, et caute cuſtodiverunt, direpto tentorio matris eius eiusque uxorum. Tum advenerunt Argonus et reliqui filii regii atque unanimi conſenſu decreverunt, ut Argonus Mogolis præficeretur, et regnum loco Abakæ patris ſui adipiſceretur, et Ahmedus abdicaretur, quia imperio indignus eſſet. Quum copiæ Tatarorum in bello, quod ſibi invicem intulerant, occupatæ eſſent, Alpi, dominus Aegypti, miſit Hiderum ducem, et una cum eo equites 3000 in regionem Schebechtanam, ut ap- P. 572.



Digitized by Google

prehenderent Bar Schecan ducem et athletam Armenum, et vivum in cavea in Aegyptum deducerent, quia Arabes, qui in Syriam proficiſcebantur, malis afflixerat. Traiecto Euphrate caſtra poſuerunt ad Tinam caſtellum Armenorum. Prima die quum illud oppugnarent, telo percuſſus obiit. Milites eius deſtiterunt, caſtellum reliquerunt, et in Syriam fugerunt. Iuſtitia igitur ultionem ſumſit a Hidero, qui Chriſtianos vexavit, et provinciam Malatiæ et Saidæ devaſtavit. Hæc acciderunt diebus æſtivis anni Græ-
C. 1284. corum 1595. *Argon filius Abakae.* Quum imperium Ahmedi finem, quem narravimus, habuiſſet, feria quarta, die primo menſis quinti Arabum, anno 685 (403) vel die 26 menſis Thamuz anni Græcorum 1595 ſedit Argon rex regum in throno regio. Multis magnatibus dicentibus Ahmedum vita indignum eſſe, dixit Argon: "Ego internecionis eius particeps eſſe nolo. Sed mater Kongertaii eiusque filii iudicent, pro lubitu vel occidant eum, vel conſervent. Poſtquam aliquot dies in cuſtodia commoratus erat, filii Kongertaii eum interfecerunt, et propter patrem eorum vindictam ſumſerunt, feria quarta die ſecundo menſis ſexti Arabum, vel die 16 menſis Ab huius anni. Confirmatum eſt regnum Argono, qui cuique filiorum regiorum provincias procurandas dedit in Babylonia, Maznederana, Aſſyria, Choraſana et Rumæa, eosque duces exercituum conſtituit. Timor Argoni incuſſus eſt omnibus hominibus, præſertim in Syria. Fertur, quum hæc fama in Syriam perlata eſſet, camelum Halebo Hamatham conductum eſſe zuzim 400. Omnes enim Aegyptum verſus fugiebant. Rex regum Argon initio quidem regni ſui Maſudum filium Kautai creavit regem Mauſelæ totiusque regionis, quod omnibus Chriſtianis iucundum

dam fuit. Doluerunt tamen, Aſchmuſchatum Emiram, monachum Iguræum, eodem die, quo Argon ad Ahmedum venit, a filiis Gelaaldin Turan occiſum eſſe, qui vindictam de patre ſuo quærebant. *De cæde Schemesaldini præſidis conſilii ſupremi.* Quia lis orta erat inter Argonum & Ahmedum propter Schemesaldinum præſidem conſilii (Argono enim narratum erat, eius patrem a præſide occiſum eſſe) Argon miſit legatos, eumque ab Ahmedo expetiit, qui tamen eum non tradidit. Quapropter Argon de Ahmedo ſuſpicatus eſt, eum mortem regis regum Abakæ meditatum eſſe, ut eius locum occuparet, uti factum eſt. Poſtquam Ahmedus deiectus eſt, & Argon triumphavit, fugit Schemesaldinus in montana Mari. Delituit in gente Curdæorum, quæ vocantur Lyrii. Dux Lyriorum, nominatus Ioſeph Schah, quum videret, Argono regnum confirmatum eſſe, venit teſtandi obſequii cauſa, & hilariter exceptus eſt, quia promiſit, ſe præſidem conſilii capturum & adducturum eſſe. Profectus cepit eum & ad Argonum adduxit. Quum apportaret dona multa, centum myriades daricorum aureorum ab eo poſcebantur, quo ſoluto pretio ſanguis eius non effunderetur. Dixit: „ſi reſtitueritis mihi reditus meos, adhuc maiora dare potero, alias non. Conſilium dederunt magnates, ut hanc quantitatem mutuaretur & afferret, quo facto ei reditus eius conceſſum iri. Quare cœpit mutuari a cognatis ſuis, domeſticis, ſervis & amicis. Corrogatis myriadibus 40 dixit: „Fieri nequit, ut plura parem. Facite, quod facere volueritis.„ Decretum eſt, ut occideretur. Mogoli manus & pedes eius ſuperne ſuſpenderunt, & tribus vicibus terram verſus percuſſerunt, conculcantes eum calceis ſuis, donec viribus deficeret. Poſtea caput eius abſciſſum eſt feria tertia, die 5 Schewani anni Arabum P. 571.



Digitized by Google

C. 1285. bum 683 ſive die 17 Tiſchrini prioris anni Græcorum 1596. Hic finis miſer erat hominis tremendi, cuius digito univerſum regnum Magogi regebatur. Fuit enim valde prudens, intellectu naturali, & expolito multis ſcientiis (404) & diſciplinis. Frater eius (405) Elaaldin, qui fuerat præfectus Bagdadi, quique fere ante duos annos
P. 574. naturæ debitum perſolvit in Mogana, atque in urbem Tabrizam deductus ibique ſepultus eſt, pariter in diſciplinis verſatus erat, & in poeſi excellebat. Compoſuit chronographiam admirabilem Perſice de regno Seljukitarum, Chowarezmiorum, Iſmaeliorum & Mogolorum, ex quo libro deſumſimus, quæ in præſenti ſcripto adhuc adduximus. Anno Arabum 683 obiit Soltanus Giathaldin filius Roccnaldini, dominus Rumææ. Exierat, ut veniret in Ordam, & Soltanum Maſud filium avunculi ſui exciperet. Quum veniſſet ad urbem Arſenganam, magnates ei venenum lethale bibendum præbuerunt, eumque interfecerunt, quia prodige neque ſatis accurate regnum adminiſtrabat. Hac hieme ſeptem planetæ in ſigno capricorni in capite draconis congregati ſunt. Orbis commotus et concuſſus eſt, quia annus coniunctionis erat binorum ſuperiorum Saturni et Iovis in ſigno aquarii. Aeſtate enim hi coniungebantur. Dominus Aegypti, quum audiret, regnum Argono ſtabilitum eſſe, et Ahmedum obiiſſe, pace cum eo compoſita, eduxit Scheich Ebed Alrahmanum ex carcere, in quem coniectus erat. Sedem ei conceſſit in templo quodam Damaſci, deditque ſtipendia, quibus ſuſtentaretur. Fuit Ebed Alrahman filius ſervi cuiusdam Chaliphæ Moſtaſemi, qui Chalipham occidit, natione Rumæus. Quum Bagdadum caperetur, ab interitu liberatus eſt et Mauſelam venit. Commoratus eſt in vico, ubi dolaturam exercuit, quam amavit et didicerat. Aſcendit caſtellum Imadiæ, dixit-

Digitized by Google

dixitque Ezaldino domino caſtelli, ſe prodigia facere poſſe, quæ per revelationem a ſpiritibus didiciſſet. Ezaldinus adduxit eum ad regem regum Abakum. Quum converſaretur cum rege, dixit: "adducite me in caſtellum Talæ, ubi ærarium veſtrum eſt, ut vobis artem meam oſtendam. Illuc adductus cœpit menſurare in terra hinc & illinc. Tandem ſubſtitit in loco quodam, iuſſitque ibi terram effodi. Fodientes invenerunt annulum, cui ſigillum inerat admirandum & pretioſum. Hunc ad regem deportarunt. Quum hac una re confirmatus eſſet ſermo eius, fidem habuerunt omnibus eius dictis, quaſi dæmones expellere poſſet & ſecreta eorum intelligeret. Tanta uſus eſt libertate inter filios regios, ut univerſa regni adminiſtratio ei committeretur, inprimis per breve ſpatium, quo Ahmedus regnavit. Fertur, quum Tatari ærarium Chaliphæ ſpoliarent, eum captivum in caſtellum Talæ abductum eſſe, & illud aſcendiſſe, quando negotiis obrutus erat, atque annulum, quem invenerat, hic loci abſcondidiſſe. Chanune poſteriori huius anni miſit Argon rex regum Iarlicha (edicta) in omnes regiones, dicens: „Quum Ahmedus a legibus patrum noſtrorum recederet, & in via Arabiſmi incederet, quem patres noſtri non cognoverunt, omnes filii regii unanimi conſenſu eum e regno expulſum ad Kanum patrem noſtrum magnum miſerunt, ut de illo iudicaret. Me vero in throno regio collocarunt a Gihone usque ad Francum. Quapropter lætamini, & quisque una cum ſervis ſuis cantet. Viri potentes & præfecti cuiuscunque loci neminem opprimant. Alias enim de capitibus ſuis metuant, ne abſcindantur." Audivimus his diebus Scheich Ebed Alrahman, eiusque ſocios a domino Aegypti Damaſco in caſtellum Saphdæ miſſos, ibique incluſos eſſe, unde eos exituros eſſe deſperandum eſt. Anno P. 575

 Græ-

Digitized by Google

Græcorum 1596 peperit columba in oppido Bertelli ovum, magnitudine æquale ovo anſerino. Hebdomade paſſionis ſervatoris peperit alia columba in eodem oppido Bertelli ovum parvum, cuius vertex acutus, inflexus & longus erat, uti cucurbita. Illud ad nos adductum vidimus. Feria ſecunda, die 29 Thamuzi tempore matutino irruerunt latrones Syriæ, Curdæi, Turci, & Beduini, circiter equites 600, in regionem Arbelenſem, eam diripuerunt, & occiderunt multos viros Chriſtianos in oppido Emcabad, Surhegan, aliisque oppidis. Behaaldin Emira Curdæus exiit Arbela, eosque adortus eſt. Sed profligatus effugit & urbem aſcendit. Maledicti illi prædam abduxerunt magnam, mulieres filias multasque opes, & abierunt. His diebus venerunt alii latrones in provinciam Turabde-
P. 576. ni, multos occiderunt in oppido Caleſcht, Beth Manaem, eiusque Pago, & Bethſebrina, & abactis multis captivis ex Beth Reſcha abie-
C. 1286. runt. Anno 1597 die 17 menſis Heziran coacti ſunt latrones Curdæi, Turcomani, & Arabes circiter equites 4000. Sunt, qui dicant cum illis coniunctos fuiſſe equites 300 ex electis ſervis Aegyptiis. Contenderunt in provinciam Mauſelenſem. Direptis pagis, qui in via erant, irruerunt in urbem mane feriæ ſecundæ, diei 22 menſis tertii Arabum, anni 685. Rex Maſud et reliqui equites, qui in urba inveniebantur, equis conſcenſis exierunt, ut in eos irruerent. Quum multitudinem viderent, ſeque illis inferiores cognoſcerent, in urbem redierunt, & Tigri traiecto in monaſterium Mar Matthæi aſcenderunt ibique aliquot dies commorati ſunt. Latronibus ſceleratis urbem ingredientibus obviam iverunt Arabes incolæ urbis cum cibis lautis & aquis frigidis. Magnopere de iis læteti, & exhilareti ſunt, ita ut Chriſtianos tantum lædere, in captivitatem ducere & occidere vellent. Chriſtiani, qui in vicinia templi

Ta-

Digitized by Google

Tagritenſium vivebant, ſumtis mulieribus, filiis & filiabus, nec non omnibus opibus eorum, confugerunt in ædes filii avunculi prophetæ, qui cognominabatur Nakib Aleluahan, ut, ſi latrones ædes has honore proſequerentur, ab internecione & captivitate liberarentur. Reliqui Chriſtiani, quibus locus in ædibus Nakibæ deficiebat, quo ſe reciperent, manſerunt domi perterriti, tremuli, plorantes, & ob vitam ſuam malumque infortunium lamentantes, quum revera illis, qui illuc aſcenderant, infortunium accideret. Latrones, ſimulac intrarunt, cœperunt in Chriſtianos inquirere. Arabes incolæ urbis uno ore clamabant, omnes Chriſtianos in ædibus Nakibæ eſſe. Illi ſumtis viribus omnes huc tetenderunt, & appoſitis ſcalis aſcenderunt, ædes ceperunt, omnesque homines, qui ibi erant, in captivitatem duxerunt. Chriſtianus quidam, qui ibi erat, percuſſus telo obiit. Non ſolum Chriſtianos tormentis cruciarunt, ſed etiam mulieres, filios & filias Arabum ludibrio habuerunt in ipſis templis coram oculis eorum. Tandem in vico Judæorum domos ſpoliarunt, & omnes homines captivos abduxerunt. Chriſtiani vero qui domi manſerant, neque in locum illum abierant, a nemine læſi ſunt, nec latrones quidem ſuis oculis viderunt. Mercatores nonnulli Chriſtiani, multique Arabes, qui in urbem venerant, & in diverſoriis extra urbem commorabantur, quo nemo latronum veniebat, hos veriti, magnam quantitatem amiſerunt. Invexerunt enim onera ſua in civitatem, eaque in vico prædonum depoſuerunt, quia omnes merces incolarum urbis ibi erant. Quum arbitrarentur, cuſtodiam loci iſtiusmodi non neglectum iri, certatim altero alterum premente, opes attulerunt. Incolæ urbis pariter ex domiciliis ſuis illuc deportarunt aurum, argentum, lintea tentoriorum, et veſtimenta

Pag. 577.

varii

varii generis. Poſtquam itaque coacta erant, venerunt latrones et fractis vici portis ſumſerunt, quicquid ibi invenerunt. Multi iuniores ex incolis urbis ſteterunt ad portam vici, et quando latrones præda onuſti exierunt; rapuerunt et effugerunt. Alii ſumtis eorum equis, quos ad portam vici reliquerant, fugerunt. Iſto modo per totum diem a diluculo usque ad veſperam circumierunt in vicis urbis, rapuerunt equos, mulos, aſinos et boves innumeros. Vinxerunt ſervos et ancillas, circiter 500, quorum multi Arabes et Iudæi erant, pauci vero Chriſtiani. Ex illis, qui in ædibus Nakibæ iinveniebantur, unus tantum vir fidelis et aurifaber eximius occiſus eſt. Quum enim filium ſuum parvum iis eripere vellet, gladio ab iis percuſſus et tribus poſt diebus mortuus eſt. Ex maledictis illis circiter 10 homines perierunt, quia, quum per urbem diſcurſitarent, et in vicos intrarent, unde nullus eſſet exitus, lapidibus obruti et interfecti ſunt. Si Arabes incolæ urbis ſciviſſent, ſe ſine miſericordia a latronibus, eidem religioni
P. 578. addictis, illuſum et abductum iri, multos eorum in vicis anguſtis urbis occidiſſent. Initio quidem adeo aperte eam intrare nequiverunt. Poſtquam autem ſeducti erant, (406) momorderunt digitos ſuos absque emolumento. Latrones per integrum diem prædam ex civitate abegerunt, ibique, donec adveſperaſceret, manſerunt. Incolæ urbis crediderunt, eos die inſequenti redituros & prædaturos eſſe. At illi iſta nocte oneratis equis ſuis ſumtisque divitiis innumeris abierunt. Mane diei ne unus quidem eorum
C. 1288. ſuperfuit, et locus tantum viſus eſt. Anno 1599, die 28 Niſani lis orta eſt inter Curdæos et Mogolos. Mogoli ad incitas fere ab iis redacti ſervarunt (407) iram contra eos. Quum fuſi eſſent, ſuper-

ſuperfuerunt eorum viri ſex, qui in via Manſelenſi ſe occultarunt. Advenientibus 12 adoleſcentibus illuſtribus ex incolis Beth Cudith irruerunt in eos maledicti illi, eosque omnes ceperunt (408) tanquam oves, absque miſericordia interdiu, ſole in coelis iter faciente. (409) Elapſa hora venerunt alii Mauſela, qui invenerunt oppreſſos illos in ſanguine ſe volutantes. Horum unum, qui nondum exſpiraverat, in oppidum deduxerunt. Narravit, quomodo occiſi ſint, et quinam fuerint homicidæ profani. Tribus diebus poſt etiam hic obiit. Poſtquam regnum Argono filio Abakæ confirmatum eſt, Boka Gizbera, qui in cauſa fuit, quod Argonus Ahmedum ſuperaret, uti ſupra oſtendimus, magnam gloriam in regno conſecutus eſt, ita ut filii regii, reginæ, ſponſi ſponſæque et principes militiæ Mogolorum in eius obſequium venirent, et ad eius portam ſtantes ſtipendia ab eo peterent. Omnia negotia publica ei commiſſa erant. Regibus et procuratoribus omnium provinciarum, qui imperio Magogico ſubiecti erant, absque mandato et ſigno rubro Bokæ nihil reſcribebatur. Boka ille conſtituit fratrem ſuum Arok ducem & inſpectorem generaſem omnium provinciarum Babyloniæ, Aderbijanæ et Meſopotamiæ. Fuit vir ille P. 579. tremendus omnibus copiis Mogolorum et omnibus regibus, præfectis et ſcribis, qui in omnibus iſtis regionibus erant. Hi bini fratres gubernarunt univerſum imperium Mogolicum tanta arrogantia, et faſtu, ut deſcribi nequeat, per ſex annos. Converſationem cum rege regum Argono neglexerunt. In corrogandas divitias, equitatum, aurum, argentum et opes intenti erant. Argonus alios Emiras conſtituit in eius aula, qui cum eo equitarent, ambularent, ederent & biberent. Quodcunque in caſtris & pro-



Digitized by Google

provinciis propinquis vel remotis committebatur, deinceps ad regem regum detulerunt (indicarunt) Bokam adverſus magnates ſuperbire, gloriari et pro lubitu facere, quicquid faciat, ſive confirmet aliquid ſive condat. Emiræ tamen iſti celarunt accuſatores regi regum, donec tres viri honorati Bagdadenſes in caſtra regia proficiſcerentur, et cum Aroko litigantes oſtenderent, eum ſpoliare, opprimere et alios opprimendo magnas divitias ſibi colligere. Rex regum iuſſit hos tres viros honorifice cuſtodiri, donec Arok in caſtra veniret. Miſit, qui horum virorum capita amputarent, nulla prævia inquiſitione vel iudicum perſuaſione. Hæc ſuperbia manifeſtata fuit in regno, et ex hoc facto occaſionem arripuerunt accuſatores in binos fratres Bokam et Arokum invehendi. Poſthæc omnis fama, quae de iis percrebuerat, absque hæſitatione recipiebatur. Aegre autem tulerunt filii regii, illos occiſos eſſe, et valde irati ſunt. Boka muneribus mentem filiorum regiorum placavit, deinde profectus eſt. Exiguo tempore poſt Iudæus quidam, nomine Seedaldaula (hic fuit ſocer (410) præfecti Bagdadenſis, quia præfectus tum temporis mortuus erat) in caſtra profectus ad Emiras acceſſit, dixitque: "Si impediatis, quo minus Arok Bagdadum deſcendat, faciam, ut duplum pecuniæ, quæ quotannis in caſtra afferebatur, adveniat. Statim lex promulgata eſt, qua Aroko itinere Bagdadum & procuratione interdicebatur,
Pag. 580. et Iudæus ille procurator conſtituebatur. Et ecce hodie in throno Abbaſidarum ſedet praefectus Iudæus et procurator generalis. Vide, quam humiliatus ſit Arabiſmus, neque tamen a malitia & tyrannide ceſſant (Arabes). Abhinc coeperunt accuſationes Aroki frequentes eſſe. Scriba quidam Perſa nomine Ebed Almumin in caſtra

Digitized by Google

ſtra profectus indicavit, Arokum, Emiras eius, inſpectores & ſcribas omnes regiones et urbes, quæ poteſtati Aroki ſubiectæ erant, devaſtare ita, ut ſi eum caperent, denarios aureos 1000000 ei extorquere poſſint. Emiræ autem ſiluerunt ad ſermones horum ſimiles, et accuſatori liberum reliquerunt, num eum ſermonum poeniteret. Boka, quum videret ſe fratremque ſuum accuſari, iratus domum rediit, et morbo laborans domi dormivit. Magnatibus advenientibus, ut morbum eius explorarent, narrat (411) coram illis, ſe poenitere benignitatis, quam tempore Ahmedi in Argono collocaverit, et Argonum ei non debita recta rependiſſe. Coepit igitur clandeſtine contra Argonum inſidias ſtruere, et ſecreta ſua cogitata quibusdam proceribus revelavit. Qui quidem ſimpliciter illa approbarunt, quia noverant, eum virum aſtutum eſſe, cuius aſtutia Ahmedusdeiectus ſit et Argonus vicerit. Argonus quia ſecundum ſemet ipſum explorabat ſervum huius ſimilem, multa cautione uſus eſt. Emiræ enim, qui in aula Argoni fideles erant, eum de malo conſilio, quod Boka ceperat, certiorem fecerunt. Boka, quum cognoſceret, inſidias ſuas patefactas eſſe, perterritus, commotus et confuſus eſt, neque novit, quid faceret. Conſcenſo equo ſuo fugit verſus caſtra magna Chatun Algi, ut ibi ſecurus eſſet. Argonus et reliqui Emiræ, qui circa eum erant, ſimulac audiverunt, Bokam equum conſcendiſſe, etiam illi raptis equis eum perſecuti et aſſecuti ſunt. Captus & adductus quum interrogaretur, confeſſus eſt inſidias, dum dicebat: nolui regem lædere, ſed Emiras iſtos, qui conſtanter me vituperant, meque contumelia afficiunt & reprobrant coram rege regum. At, ſermone eius repudiato, occiſus & membratim



Digitized by Google

P. 581. C. 1289. diſſectus eſt die veneris die 14 Chanuni poſterioris anni 1600. Direptæ ſunt domus & opes eius occiſique filii & ſodales conſpirationis eius. Hoc die etiam occiſus eſt Simeon presbyter, & medicus, & ſcriba, homo Chriſtianus, Arbelenſis, qui appellabatur Abu Alcherem, & multi Mogoli, qui nos non cognoſcebant. Quum Arok in provincia Mauſelenſi hiemaret, Emira quidam fortis nomine Bethmiſch, viu ſtrenuus et bellicoſus, qui intra paucos dies a Mogana in viciniam Amidæ venerat, omnes copias Mogolorum equis inſidere iuſſit. Cinxit iis Arokum, qui de fato fratris ſui nihil audiverat, ſed ſecurus convivabatur, quia feſtum Mogolicum peragebatur. Quum copiis Mogolicis & iuvencis Baiſanis (Am. IV. 1.) ſe circumdatum videret, perturbatus eſt, neque novit, quid faceret. Equum aſcendit & aſſumta uxore filiisque ſuis in caſtellum parvum Ceſchaph aufugit, donec dies illuceſceret. Confeſtim Bethmiſch nuncium ad eum miſit his verbis: "non in te cadit, ut reſiſtas. Arok reſpondit: "Non huc aſcendi tanquam rebellis vel adverſarius, ſed quia non novi, quid contigerit, vel qua de cauſa exercitus hic contra me coactus ſit. Indicate mihi, ut cognoſcam.« Bethmiſch appropinquans ad portam caſtelli dixit: "Boka frater tuus inſidias paravit contra regem. Iuſſus igitur eſt occidi. Nos advenimus, ut te prehendamus et ad aulam regis regum abducamus. Num te conſervarit, an occiderit, ipſe novit.« Statim aperta porta caſtelli deſcendit ipſe cum domeſticis ſuis, dixitque: "mandatum regium ad caput et oculos ſpectat. Tum catenis vinctus et ſub cuſtodia datus miſſus eſt in caſtra ibique occiſus. Arok captus eſt die ſecundo ieiunii Nineues vel die Chanuni poſterioris huius anni, et ſeptem diebus poſt occiſus.

Digitized by Google

ciſus. Quia ſcriba Perſa antea Arokum accuſaverat, ſeque paratum declaraverat, ut daricos 1000000 extorqueret regibus præfectis et ſcribis, quos Arok in provinciis conſtituerat, quippe qui opprimerent, ſine miſericordia prædarentur et vaſtarent regiones, ob odium Aroki decretum ſeverum contra eos exiit, resque eorum Emiræ Bethmiſcho commiſſæ ſunt, ita ut dumEbed Almumin computaret, quicquid hic ſolvendum imponeret, Bethmiſch plagis et tormentis iis denuo eriperet, atque eum, quem reum mortis iudicaret, absque miſericordia occideret. Quia autem Maſud filius Kauti eiusque fratres et cognati excepto Boka neminem norant in caſtris regiis, et alios Emiras colere ſuperſederant eosque tantum ſalutare ſatis duxerant, non iudicati ſunt. Nam quia mandatum Bokæ inter omnes Emiras eminebat, neglectis ceteris ſoli Bokæ adhæſerunt, qua de cauſa ab omnibus hominibus reprehendebantur et accuſabantur. Admoniti ſunt, non convenire, ut cultus obſequium et obedientiam Emirarum eorum negligeretur, qui aulæ regiæ adſcripti ſunt, levitatis arguendum eſſe, qui uni adhæreat & multos offendat. Fieri enim poſſe, ut Emiræ uni, cui confiditis, infortunium aliquod accidat, et ab aliis non adiuvemini. Maſud autem, quia animo puerili erat, neque tenax propoſiti in negotiis ſuis, elatus dixit: „ego vitam Bokæ non quæro. Si Boka moriatur, mors magis mihi utilis erit quam vita. Quod etiam accidit, et exitum habuit ſermo eius. Illo enim die, quo Arok captus eſt, cuſtodes conſtituti ſunt, qui Maſudum detinerent, donec adveniret Ebed Almunin ſcriba Perſa. Tum perſecutio et tumultus motus eſt contra Chriſtianos invidos, quique Deo nondum valedixerant. Coeperunt eos tormentis cruciare, inprimis cruciabatur Bethag Aldin filius Mohteſi, qui fuit præfectus Arbelæ. Hunc ſuſpen- Pag. 582.

 de-

derunt pedibus, quaſi * brachium eſſent, ſuper terra, cæderunt ſuper pectore & lumbo, donec tanquam mortuus deciderat. Deinde ignem in ſartagine poſitam appenderunt pectori eius. Itaque diris tormen-
P. 583. tis eum vexarunt, donec ei fere denarios 50000 eriperent. Poſtquam tormenta diutius perferre non potuit; ſemet ipſum proiecit in fluvium Tigrin, ut mergeretur & evaderet tumultum, tormenta & cædes. Maſud filius Kauti quia ægrotus erat, cædibus non afflictus eſt. Metuebant enim, ne moreretur, & divitiae eius cum eo perirent. Polliciti ergo ei ſunt, eum, ſolutis decem myriadibus auri, in honore manſurum eſſe, neque a quoquam læſum iri. Maſud, quum ab illis non flagellis cæderetur, putavit ſe in exiſtimatione apud eos eſſe. Quapropter adhuc magis avarus factus eſt, duriſque verbis adverſus eos uſus eſt. Aſtuti autem illi partim verberibus & cædibus partim minis ei quantitatem eripuerunt, eumque ſecum Arbelam deduxerunt. Ibi occiſus eſt feria ſecunda hebdomadis paſſionis, die 4 menſis Niſan huius anni. Filium eius, igne ei appoſito, in carcerem coniecerunt. Frater eius Schihabaldin fugit, & ſollicite quæſitus non inventus eſt, cuius cauſa occiſus eſt, Dobis oriundus ex oppido Beth Seharie, quia ibi per aliquot dies occultatus eſt, poſtea abiit. Quum Dobis de eo interrogaretur, iuravit ſe eum non vidiſſe, at adoleſcens quidam captus & cæſus illis locum oſtendit, ubi fuerat. Quare perſuaſi, eum penes illos fuiſſe, duxerunt miſerum Dobiſum Mauſelam, eumque ibi occiderunt, populo cadaver eius lapidibus obruente. Poſtquam occiſus erat, etiam ſuper alio adoleſcente litigarunt Mauſelenſes, quod ſcilicet ſcortator ſit, & moecharetur cum feminis Arabicis. Etiam iſte occiſus eſt, cadaver in vicos urbis tractum, & ligno ſuperimpoſito combuſtum.

Caput

Digitized by Google

Caput ſumtum & ſuper portis eccleſiarum circumductum eſt, dum Chriſtianis illudebant. Perſecutionem autem diram, quam incolæ Mauſelenſes his duobus menſibus perpeſſi ſunt, lingua non poteſt eloqui neque calamus deſcribere. Expergiſcere igitur neque dormi, o domine. Vide ſanguinem ſervorum tuorum, qui fuſus eſt ſine miſericordia. Miſerearis eccleſiæ tuæ & paſcui tui, quod dilaceratur a perſecutionibus. His diebus, quibus Boka oc- P. 584
ciſus & Bethmiſch in provincias occidentales miſſus eſt, & copiæ omnes Mogolorum moverunt, ut Arokum ſubigerent, incolæ Syriæ valde perterrefacti & commoti ſunt putaruntque, ſe ab illis pati. Quare etiam hi multis copiis coactis ſe bello accinxerunt. Quum certi eſſent, Mogolos in Syros intentos, neque de aliis ſollicitos eſſe, non irritus dimiſſus eſt coetus eorum, ſed caſtris poſitis ad Tripolim iuxta oram maris magni ſitam urbem arcta obſidione cinxerunt. Obſeſſi petierunt auxilium a cognatis ſuis Francis in inſula Cypro. Miſſi eis ſunt pauci per naves mari. Poſtquam advenerunt, etiam incolæ urbis animum ſumſerunt, et in muris ſtantes cum obſidentibus ſtrenue dimicarunt plus minus tribus menſibus. Quum obſidentes prævalerent, murum machinis belliois diruerent, viderentque Chriſtiani ſe ab obſidentibus ſuperari, multi eorum naves aſcenderunt & in Cyprum profecti ſunt. Reliquos, qui ſuperfuerunt in urbe, Arabes adorti ſunt, & gladiis ſtrictis manus inter ſe conſeruerunt, utrinque multis occiſis. Quia magna ſtrages inter Arabes edita erat, ira excitati penitus diripuerunt urbem miſeram neque arcem vel eccleſiam reliquerunt, quam non everterint. Abſtulerunt inde divitias infinitas, vinxerunt filios & filias innumeras, occiderunt ſacerdotes, diaconos,

Digitized by Google

nos & monachos, quorum computus iniri non poteſt. Reliquerunt eam deſolatam & abierunt. Contigerunt hæc in fine menſis
C. 1289. Niſani anni Græcorum 1600. Eodem anno congregati ſunt latrones ſyriaci equites fere 2000. Tranſierunt confinia Schigræ et Arabum, neque prædati ſunt vel captivos duxerunt, donec venirent in viciniam oppidi Piſchabur iuxta fluvium Tigrin. Ibi pernoctarunt. Traiecto fluvio faciem verterunt verſus Waſit oppidum magnum Neſtorianorum. Irruerunt in illud extrema nocte in feriam primam, die 14 menſis Ab. Oppidani iſti credediderunt,
P. 585. latrones perpaucos exiiſſe, ut eos aggrederentur. Aſpecta multitudine, in urbem redierunt. Horum alii in eccleſiam fugerunt et ſervati ſunt, alii per hortos et vineas diſperſi. Scelerati autem illi oppido potiti ſunt, & per ſeptem pagos, qui circa illud erant, vagati magnam cladem intulerunt. Occiderunt homines fere 500 et vinxerunt fere 1000 mulieres filios et filias. Raptis opibus, ovibus & armentis innumeris reverſi ſunt eodem die et via, qua venerant. Profecti ſunt tranquille & metu deſtituti donec venerant ad fluvium Haboram ponte anguſto iunctum. Ibi impediti ſunt onere prædæ et mulditudine captivorum, qui difficulter ducebantur. Itaque allata fama ad Emiram Mogolorum, qui Mauſelæ erat, hi, haud mora, inſtructi ſunt, & equis aſcenſis, eos perſequebantur. Profecti invenerunt multos pontem traieciſſe, et præda onuſtos iter facere. Illos, qui nondum traiecerant, omnes occiderunt, et ex præda reduxerunt captivos, 300 mulieres, filios et filias. Adductos eos dominis ſuis tradiderunt. Eadem æſtate egreſſi ſunt latrones Syriæ, equites 1000 in agrum Malatiæ caſtellique. Quod quum audiret Cerbenda, dux, qui ibi erat,

erat, coactis copiis etacie inſtructa in eos irruit. Profligatus eſt, occiſique ſunt eorum multi, qui cum eo erant. Capti ſunt nonnulli eius amici, cognati & filii fratrum. Evaſit tantum ipſe cum 40 aliis, qui in ædes novas fugerunt, quas ædificavit in regione caſtelli in loco, qui vocatur lingua Armenica Heſnune. Quum anxie deliberarent, quomodo eos, qui in prælio capti eſſent, liberarent, omnes conſenſerunt, hoc bellum propter Chriſtianos in regione iſta, exarſiſſe: idcirco æquum eſſe, ut pecunia, his erepta, redimerentur, qui eorum cauſa capti erant. Cœperunt igitur deſcribere omnes urbes & regiones, quæ pro modo virium ſuarum aliquid dederint. Iuſtitia autem (divina) non putavit, eorum propoſitum revera implendum eſſe, ſed ſtatim ædes novas ſuper eos deiecit, omnesque æqualiter conſumſit (412). Initio anni 1601 Alaalmiſch dominus Maiphercatæ qui pariter Chriſtianos magnopere perſecutus eſt, clam occidendum P. 586.
curavit dominum Moſchi Chriſtianum, natione Armenum. Malis C. 1290.
afflixit monachos Mar Komæ. Unus monachorum, qui ibi erant, animo ſumto ad caſtra profectus eſt & accuſavit Alaalmiſchum, & regem regum allocutus eſt, qui eum clementer audivit. Quodam die quum rex regum equo vectus pontem quendam tranſiret, quo fluvius Chorer iunctus erat, monachus frænum equi arripuit, iuravitque, ſe non permiſſurum eſſe (413) ut tranſeat, donec iuſſerit Alaalmiſchum occidi. Statim occidi iuſſit. His diebus cruci affixus eſt (414) ſcriba Aegyptius, vir fortis, cognominatus Fargalleh, qui fuit ſcriba Mauſelæ, & inſidias ſcribæ Perſæ Ebedalmumini ſupra a nobis memoratas divulgavit, qui Maſudum filium Kauti vi oppreſſit, Chriſtianis multa mala inflixit & magnas divitias ſibi comparavit. Quum rex regum iuberet rem inveſtigari, condemnatus & occiſus eſt Perſa.



Digitized by Google

advenit nuncius, qui valde miratus eſt (Curdæum evaſiſſe). Rex re-
gum ira vehementer accenſus eſt, non ſolum, quod ille ex manibus
eius liberatus erat, ſed quod noſſe avebat, quis Curdæo ſecretum
ex caſtris indicaſſet. Miſit copias, quæ montana ſubigerent, et Cur-
dæis vias præcluderent. Quia autem tempus hibernum erat, & nix al-
ta iacebat in vertice montium, ubi Curdæi erant, copiæ Mogolicæ
eos neque lædere neque ſubigere potuerunt. Redierunt igitur in pla-
nitiem, ubi erant Curdæi aratores et ruſtici egeni, qui vectigalia ſolvunt.
Abduxerunt eos, occiderunt, diripuerunt et incenderunt eorum do-
mos et alimenta. Magis vero afflicti ſunt egeni a monticolis, qui cum
Mogolis erant & Kiaſchæi vocantur. Iſti enim Chriſtiani, qui Arabes
odio naturali proſequuntur, magna clade et calamitatibus, quæ nume-
rari nequeunt, Curdæos afflixerunt. Viri occiſi ſunt abſque miſericor-
dia, mulieres, filii & filiae innumeræ in captivitatem abductæ. Alimen-
torum quicquid deportare potuerunt, avexerunt, et reliqua cremarunt.
Quare Arabes ira exarſerunt contra omnes Chriſtianos propter monta- P. 588.
nos illos, quia cogitabant, niſi Mogoli montani fuiſſent, Curdæos pla-
ne non afflictos eſſe. Multi enim Mogoli noſtris diebus Mohammeda-
ni facti ſunt, neque Moslemos lædere cogitant, niſi a magnatibus
ſuis cogantur. Mogoli quum æſtas eſſet, ex regionibus Mauſelæ &
Arbelæ profecti ſunt. Curdæi deſcenderunt ex vertice montium &
coactis myriadibus in campeſtria venerunt. Incolæ provinciæ ante
eos fugerunt in urbes & caſtella. Arbelenſibus cunctis in caſtellum
ingreſſis, Curdæi ſtatim caſtellum incluſerunt. Sed providentia divi-
na reſtinxit eorum impetum, neque contra caſtellum quicquam effe-
cerunt. Quotieſcunque illud vi expugnare vellent, ſeptem vel octo
eorum occiſi ſunt. Qui quidem quum in hoc negotio occupati eſſent



Digitized by Google

per 17 dies, Franci circiter 200 Tigri navigantes venerunt Mauſelam ex mandato regis regum, ut Babylonem contenderent, ibique paratis navagiis Baſſoram deſcenderent, unde mari Pontico traiecto Aegyptios læderent. Alii horum terra profecti ſunt circiter 700, qui per totam hiemem Bagdadi commorati ſunt, donec propoſitum eorum impleretur. Res enim memorabilis accidit Francis iſtis Bagdadi. Ne vero ordo ſermonis noſtri perturbetur, redeamus nunc ad propoſitum noſtrum, & poſtea hanc hiſtoriam enarrabimus. Curdæi quum audiviſſent, Francos Mauſelam veniſſe, putarunt eos eorum cauſa veniſſe. Quibus a caſtello recedentibus, diſperſi ſunt ii, qui in caſtello erant. Quum Curdæos effugiſſent, voluerunt incolas oppidi Beth Saidæ in caſtellum adducere (415) ne a Curdæis hi læderentur. Quare deſcenderunt ex caſtello montani hi Kiaſchæi circiter equites 200. Profecti ſunt Beth Saidam, quum horum incolarum
P. 589. non curam agerent, ſed ſaluti ſuæ proſpicerent, ita ut illuc pervenientes etiam equos ruſticis locarent et ipſi pedes ante eos incederent. Itaque diſperſi ſunt, tanquam populus ſine principe, donec veniebant in viciniam urbis. Tum inſiluerunt in eos Curdæi, qui in inſidiis poſiti eos obſervarant. Licet pauci occiſi ſint, tamen multi capti ſunt. Abſtulerunt, quodcunque apud eos invenerunt. Latrones in Syria, quum audirent, Curdæos caſtellum Arbelæ obſidione cinxiſſe, crediderunt, iſto expugnato atque præda & captivis inde abactis eos in Syriam invaſuros eſſe. Coacti igitur ſunt viri circiter 2000 in auxilium Curdæorum. Quum adveniſſent, non invenerunt eos, ut arbitrati ſunt. Nam ne illi quidem caſtellum expugnare potuerunt, quia obſeſſi validi & fortes erant. Auxiliarios exploraturi ſepararunt eorum viros 200, qui portam caſtelli adorirentur. Obſeſſi

Digitized by Google

ſeſſi deſcenderunt, & cum iis certantes ceperunt aliquot equos, deinde reverſi caſtellum aſcenderunt. Latrones quum viderent, ſe nihil lucri accepiſſe neque attuliſſe itinere ſuo, neque Curdæos, qui ibi erant, cum iis conſentire, redierunt eadem via, qua venerant. Inania illa & irrita acciderunt feria tertia, die 27 menſis Heziran. Menſe Thamuzi huius anni monachus quidam Armenus, vir probus, ex illis, qui ambeundo regiones pœnitentiam, inſtitutionem & confeſſionem peccatorum prædicant, admonuit caſtellum Saidæ, ibique menſem integrum commoratus eſt. Perplacuit ſermo eius Chriſtianis, qui ibi erant, iuvenes eum ſecuti ſunt, & noctu eum convenire ſolebant, edentes, bibentes & intenti in narrationes de ſanctis & corona martyrum. Quum vis ſermonis eius apud Arabes celebraretur, horum nonnulli invidia flagrantes nocte diei Veneris canem mortuum ſumſerunt, eumque portæ templi magni appenderunt. Illuceſcente die Arabes, qui orandi cauſa congregati erant, viſo cane mortuo ira exarſerunt, & omnes uno ore dixerunt, hoc factum eſſe factum monachi Armeni, eorumque, qui cum eo iuncti erant. Strictis gladiis adorti ſunt & ceperunt monachum miſerum, & paucos incolas urbis una cum eo, quia intellecto dolo, plerique fugerant, ſeque ante tumultum occultaverant. Scelerati illi ſumto monacho intrarunt monaſterium Bauth, & ingreſſi in cellas monachorum abduxerunt, diripuerunt omnes eorum poſſeſſiones, monachumque miſerum ibi occiderunt, una cum 2 vel 3 (416) aliis incolis urbis. Reverſi in urbem intrarunt domicilia fidelium Chriſtianorum, et rapuerunt, quicquid ibi invenerunt. Multos ex honoratis afflixerunt cædibus & tormentis. Per menſem integrum nihil in urbe emtum



Digitized by Google

eſt vel venditum. His diebes Fargalleh, ſcriba Aegyptius, qui antea fraudes ſcribæ Perſæ revelavit, eumque occidit, quum videret ſe ideo ſupereſſe, quia ſermo acceptus fuerat, coepit animo efferri. Ad caſtra profectus vituperia effutiit in Tagaldinum filium Mochtezi dixitque eum corrogaſſe 400000 aureos. Iudæus vero, qui erat præſes conſilii, quum hunc ſermonem audiret, elato animo cogitavit: "Si hoc de illo evincitur, quantum quæſo contra fratrem ipſius probabitur, qui fuit ſocius Tagaldini, et adhuc maiori poteſtate in regiones uſus eſt, cuiusque manus ad ſumendum et dandum magis expanſa fuit. Quare coepit adulari Fargallæ, eique oſtendere, hac accuſatione non ſolum Tagaldinum offenſum, ſed magis fratrem eius læſum iri. Quum miſer Fargallah videret, ſe neque mandatum eius eludere neque ei reſiſtere poſſe, et, ſi ſermonem revocaret, Emiras caſtrorum eum condemnaturos & interfecturos eſſe; dixerunt ei quidam: "chirographum confice, quo teſtaris, te ebrium locutum eſſe, quæ dixeris, et duos iſtos viros Tagaldinum eiusque ſocium (munera) ſpreviſſe, neque cuiquam iniuſte aliquid eripuiſſe. Quo quidem dato præſidi conſilii ipſe ſtatim rei tuæ curam aget teque liberabit; quin ſodalem horum te faciet.« Ille quidem re ſibi probata exaravit chirographum, et præſidi conſilii dedit. Iudæus inſidiator ſimulac charta in manus eius inciderat, ea ſumta regem regum convenit,
P. 591. (aitque:) quid ſtatuis de homine, qui hanc fabulam narravit & hodie tale chirographum exaravit. Reſpondit: "certo morte dignus eſt iſtiusmodi homo. Confeſtim igitur ibi occiſus eſt. Quum (præſes) indicaret, binos eius ſocios Manſelæ eſſe, qui illo priores ſint, iuſſit eos pariter occidi celeriter Mauſelæ Moied filius Mo-

Digitized by Google

Moiedi ſcribæ, et Amindaldin filius Mohetſebi Arbelenſis. Paulo poſt miſſus eſt Emira Matthæus vir generoſus et columna magna Chriſtianorum in regione Mauſelenſi ex caſtris ad praefectum urbis, ut ab incolis tributum acciperet ſecundum conſuetudinem Mogolicam. Incolæ urbis, qui Chriſtianos odio habebant, inviderunt homini Chriſtiano, quod iis imperaret. Strictis gladiis & enſibus eum adorti ſunt in ædibus, ubi commorabatur, eumque occiderunt feria ſecunda, die 31 menſis Thamuzi huius anni. Filii huius viri infelicis ſtatim in caſtra profecti ſunt, & audaciam Arabum indicarunt. Decretum eſt, ut rei occidantur, incolæ urbis 10 myriadibus aureorum mulctentur. Itaque urbem ingreſſi interemerunt 7 vel 8 ſatrapas, qui ibi erant. Initio anni 1602 C. 1291.
accuſatus eſt Emira Curdæus, cognomine Segaldin iniuſtus, oriundus Gazarta Cardoa. Cauſa eius cognita eſt coram Bethmiſch athleta. Occiſus eſt in regione Mauſelenſi ipſe et unus filiorum eius. His diebus miſſi ſunt viri nonnulli Iſmaelitæ, habitu mercatorum, Mauſelam, ut Emiram, & inſpectores, qui ibi erant, adorirentur & interficerent, ne Chriſtianus vel Iudæus ibi unquam poteſtatem ſibi vindicaret, ſed, ſi faceret, clam & doloſe interficeretur. Poſtquam Mauſelam venerant, et in diverſorio quodam pro more mercatorum agerent, altercati & rixati ſunt alter cum altero. Quum nonnemo iis vicinus iurgium eorum audiret, dubitavit eos tales eſſe, quos ſe eſſe narraverant. Repente re Emiris annunciata, hi eos prehendendos curarunt. Quum tormentis eos cruciare incepiſſent, ſenior eorum dixit: non opus eſt, ut nos torqueatis. Nos tres viri advenimus, ut vos occidamus. Tres alii Babylonem profecti ſunt, ut Iudæum ibi interficiant. P. 592.
Alii

Digitized by Google

Alii tres ad caſtra abierunt, ut præſidem conſilii ibi occidant. Illis ſtatim cruci affixis miſerunt Babylonem, qui alios tres prehenderunt & interfecerunt. Quod ad illos attinet, qui ad caſtra abierunt, ſtatim reſponſum retulerunt, propoſitumque adimplerunt ſine labore & vexatione. Vide admirabilem vim naturæ, quomodo errore commiſſo, res in abortum (417) degeneret. Interiecto parvo tempore extollitur eadem res, uti etiam ille, quem erroris cuiusdam poenitet, exaltationem ſuam denuo ſubmiſit. Ex quo gens Arabum in orbe ſparſa eſt usque ad hodiernum diem Iudæus apud eos non ad dignitatem evectus eſt, & præter tinctores & ſutores inter Iudæos non cernuntur; ſi honoratiores & fortunati ſint, medicinam & ſcriptionem in locis, ubi alii in illas diſciplinas incumbere non dignantur, exercent. Hoc tempore, quum Mogoli provinciis occidentalibus potiti eſſent, non quemcunque, qui honore dignus erat, honorarunt, neque illis, qui ex ſtirpe regia procreati erant, regnum commiſerunt inurbibus et pagis, poteſtati eorum ſubiectis. Non diſtinguitur apud eos ſervus, vel ingenuus, infidelis, profanus, neque Chriſtianus neque Iudæus, ſed omnibus hominibus eodem ſceptro imperant, ſi quis ad eos appropinquet, & aliquid theſauri terreſtris afferat, hoc aſſumto, committunt ei rem, quam quærit, ſive magna, ſive minor ſit, ſive ipſe peritus rei ſit ſive minus. Tantum cultum frequentem & obſequium ultra vires poſtulant. Quapropter Iudæus ille valde ſuperbivit tempore Argoni regis regum, ſiquidem omnium negotiorum politicorum reliquorumque ſolus curam ſuſtinuit. Magnates caſtrorum neglexit, munera et dona ab illis oblata ægre tulit, omnes Emiras & primarias & præſides generales

ſpre-

Digitized by Google

ſprevit. Homo, qui vel evehebatur, vel deprimebatur, non viſus eſt in porta regni, ſed crevit honoribus Iudæus. Itaque multi Iudæi ex finibus orbis ad eum congregati ſunt et omnes uno ore P. 593.
dicebant: "Revera in cornu ſalutis et ſpem laudis conſtituit Dominus poſteris Hebræorum hunc virum temporibus extremis. Quare quum gloria ſua inflati eſſent, & in dominium ſuum intenti, ſubito rex regum Argon ſenſit dolorem paralyticum, & morbo conflictatus eſt menſe integro. Iudæus miſer perplexus fuit eius morbo, curamque ſummam adhibuit, ut eum ſanaret. Emiræ autem & magnates caſtrorum, qui coram Iudæo ſe occultaverant, quum de vita Argoni deſperatum eſſet, quaſi Iudæus mala ſua adminiſtratione cauſa eſſet morbi Argoni, cœperunt rugire tanquam leones contra miſerum illum, donec exſpiraret feria quarta circa finem Chanuni poſterioris huius anni. Tum Deus excitavit iram contra Iudæos ubique locorum. Iſtum quidem Seadaldaulam præſidem conſilii ibi interemerunt. Miſerunt etiam ſtudioſe legatos in omnes regiones poteſtati Mogolorum ſubietas, prehenderunt fratres & cognatos eius, in vincula eos coniecerunt, eorumque opes diripuerunt. Sumſerunt etiam filios, filias, ſervos, ancillas & opes eorum. Qui ab iis occidebatur, occidebatur. Reliqui ad priſtinum ſuum ſtatum reverſi ſunt. Qui nudius tertius præſes erat, captivos faciebat, caſtra metabatur, veſtibus ſplendidis indutus erat, hodie ſaccoa amictus erat, foedabatque manus ſuas, ut tinctor, non ſcriba. Mendicus eratnon præſes. Perſecutionem, quæ hoc tempore contra Iudæos mota eſt, lingua non poteſt eloqui neque calamus deſignare. Babylone audita morte Iudæi illius, Arabes armati in vicum Iudæorum, qui



Digitized by Google

in uno vico Babylone degebant, iverunt. Quum eos adoriri & ſpoliare vellent, Iudæi iis fortiter reſtiterunt, et cum iis pugnarunt, multis utrinque occiſis, neque ſuperari ſiverunt. Dixerunt: Quum Iudæus ille honoribus mactaretur, iuſſit palatium ei Tabrizi ædificari multasque amphoras (418) impletas auro & argento in pa-
P. 594. rietibus abſcondidit. Hæc autem res tum demum patuit, quum tormentis vexati indicarent locos urceorum. Itaque effoſſi & educti ſunt. Totum tempus, quo Iudæus ille præſes & procurator fuit, erat fere biennium. Occiſus eſt periitque nomen eius. Huius cauſa omnes Iudæi ubique terrarum odio habiti et contemti ſunt. *Caigatu frater Argoni, filius Abakæ, appellatus Arnegin Torgai.* Hunc initio regni ſui Argon frater ipſins deſtinavit, ut, aſſumta myriade copiarum Mogolicarum, tueretur regiones Rumææ. Tranſacto ibi omni tempore, quo Argonus vixit, regiones iſtæ ipſi adeo placuerunt, ut exire (419) nollet. Poſtquam vero Argon frater obierat, coacti ſunt omnes filii regii, illumque dignum habuerunt, qui in throno regio ſederet. Vix autem & tanquam vi adactus in locum patris ſui ſucceſſit, quia in provinciis Rumææ magna tranquillitate & quiete gaudebat. Laute vixit, & indulſit voluptatibus terreſtribus, maxime quum videret, regibus binis, qui eum præceſſerant, in flore iuventutis abſciſſam eſſe telam vitæ eorum, etſi nondum ſaturi erant vitæ temporalis. Ille retrocedens thronum regium occupare detrectabat. Ad redeundum in Rumæam ſcopum ſuum intendit, animusque eius inclinabat. Itaque foedere ſancito dubii hærebant filii regii & magnates, num anno proximo veniret & imperaret. Relictis illis profectus eſt in regiones Rumææ. Illuc adveniens invenit Turcomanos Augæos ex Karmania, manus inie-

ieciſſe Mogolis, diripuiſſe, et in captivitatem abduxiſſe. Caigatu coacto exercitu oppugnavit caſtellum munitum Tangezlu, illoque vi capto multos homines occidit. Aggreſſus ceteros Augaeos, qui in pagos aufugerant, eos peſſundedit. Quum adhuc frater eius in vivis eſſet, legati Franci frequeter ad eum ventitabant a Papa Romano & aliis regibus, q. 595.
ut uno humero Mogoli & Franci Aegyptios & Pharaonitas invaderent, qui pingues facti recalcitrabant, & Chriſtianos eorumque urbes lædebant. Argonus ad eundem Papam miſit legatum magiſtrum noſtrum Barſumam Iguræum, qui cum catholico Mar Iaballaha ex terris Chani magni venerat. Pacta & foedera cum Papa iniit, ut coniunctis viribus Arabiſmum adorirentur & exſtirparent, licet in contraria ſententia eſſent. Caigatu quum ex provinciis Rumææ in montana Armeniæ maioris rediiſſet, congregati ſunt filii regii & magnates Mogolorum, illumque in throno regio collocarunt die 29 Hezirani anni Græcorum 1603. Aegytii, audita morte Argoni, copias multas, quæ numerari non poterant, coegerunt, & caſtris poſitis ad Accam urbem magnam & nobilem Francorum iuxta littus maris magni ſitam per duos menſes eam arcte oppugnarunt. Franci obſeſſi propter ſuperbiam non curarunt claudere portas urbis neque noctu neque interdiu. Equites Franci ex urbe ſtrenue proruperunt, & Arabes, qui extra urbem erant, tanquam falcibus meſſuerunt. Fertur, Arabes plus 20000 iuxta Accam occiſos eſſe. Egregie urbem defendebant, donec præfectus Comes magnus telo percuſſus obiit. Tum, remiſſis iis, qui intus erant, obſidentes viribus auctis murum parvum adorti ſunt. Terra erant circiter 300 machinæ bellicæ, & ſub turri quaque 1000 exploratores conſtituti ſunt qui cuniculos agebant. Deiectus & ſolutus eſt murus una cum tur-

 ribus

Digitized by Google

ribus. Templarii vero & reliqui magnates coeperunt domos munitas ingredi & pugnare. Civitate miſera capta coeperunt blanda verba dari iis, qui in ædibus erant, ut exirent, a nemine lædendi,
p. 596. ſed mari traiecto proficiſcerentur, quocunque vellent, cum mulieribus, filiis & filiabus, relictis tantum opibus ſuis. Simulac apertis portis Arabes intrarunt, ut caverent, quo minus ex divitiis ædium aliquid auferretur, viderunt ibi filios & filias pulcerrimas, in quas Arabes manus extenderunt. Franci non tolerarunt, ſed ſtrictis gladiis manus inter ſe conſeruerunt, occiſo ab utraque parte populo infinito. Everſa eſt urbs magnifica & opima, neque Francis in ora maris magni locus relictus eſt, ubi discumberent. Evenerunt hæc menſe Niſan huius anni, id eſt, 1603.
C. 1292. Pharaonitæ, populus innumerus, denuo coacti ſunt, & caſtris poſitis ad Kaleh Rumitham iuxta fluvium Euphratem poſitam etiam hanc ceperunt exactis diebas 20. Occiſi, abducti, ſpoliati, vincti ſunt filii & filiæ absque numero. Sumtus etiam eſt catholicus Armenus cum omnibus monachis, qui apud eum inventi ſunt, & abductus honorifice Hieroſolyma die ſabbathi 28 menſis Heziran huius anni. Ecce ibi eſt; ſed alii negant. Dicunt enim illum crucifixum eſſe, ſociosque eius in vincula coniectos, & in Aegyptum deductos. Nondum res ad liquidum perducta eſt. Rectius tamen ſtatuitur, Damaſci in miſeria, quum vinctus eſſet, ex vivis exceſſiſſe. Poſtquam hæc res ab Armenis comperta eſt, elegerunt ſibi virum idoneum eumque catholicum in eius locum ſuffecerunt. Sedem ſuam fixit Siſæ in Cilicia. Caigatu, confirmato ſibi regno Mogogi præter laſciviam, aviditatem & voluptatem nihil aliud curavit. Earum rerum, quæ regibus maxime conveniunt, nulla ratione habita, ſtuduit tantum poſſidere & noctu retinere

Digitized by Google

nete filios & filias magnatum, & cum illis laſcive agere absque pudore, & verecundia. Multæ uxores magnatum ſobriæ eum effugerunt, aliæ filios & filias ſuas removerunt, & in loca diſſita miſerunt. At tamen fuga ex manibus eius non liberati ſunt neque ex turpitudine, quam cum iis perpetravit. Quum plus minus 4 annis adeo flagitioſam vitam egiſſet, in luto voluptatum iſtiusmodi ſe volutaſſet, & cupiditatibus corporalibus inſanis indulſiſſet, odio magno eum proſecuti ſunt omnes zonam regni eius poſſidentes. Anno 1605 menſe Thamuz convenerat eum quidam ex filiis avunculorum eius appellatus Baidu, cui etiam erat filius aſpectu pulcher. Quum in convivio laute inſtructo hilares eſſent, & Caigatu Baido libere illuderet, etiam Baidu Caigatum probris affecit, eumque filium meretricis vituperavit. Caigatu ſtatim animo irato & percito alta voce iis, qui adſtabant, præcepit, ut eum extra caſtra tractum usque ad mortem cæderent. Iſtiusmodi factum non inciderat in cor Baidi, neque tale quid a Caigato expectabat, etiamſi valde deliquiſſet. Sumſerunt eum, manus ei iniecerunt, ſcutica eum verberarunt, immanem in modum traxerunt, & collocarunt in tentorio quodam parvo, quando iis propoſitum erat, ut eum occiderent. Poſtquam horam unam dormiverat, miſit Caigatu magnates ei adſtantes, ut Baidum rebellionis, quam meditatus eſſet, & conviciorum contra regem emiſſorum accuſarent. Ille aſtute reſpondit, ſe ridendo hæc convicia protuliſſe, neque ſcire, quid locuti ſint, ubinam fuerit Caigatu, qui vinum ad bibendum adduxerit, quid acciderit, & quomodo in hoc tentorium parvum venerit. Narratione hac ſtupefacti ſunt auditores, & de veritate rei, licet falſa eſſet, multi perſuaſi ſunt. Ipſe etiam Caigatu flexus, iniuriæ oblitus eſt, & pœnitentiam egit pla-

p. 597. C. 1294.



Digitized by Google

garum, quas Baido inflixerat. Omni modo animum eius placandum curavit, & oppreſſum eum eſſe dixit. Poſtquam aliud momentum Baidu dormiverat, Caigatu a magnatibus petiit, ut eum interrogarent, num ſciret, quid in ebrietate ſua locutus ſit. Ille pernegavit, contenditque, ſe, etiamſi cædibus percuteretur, rem ſibi repræſentare non poſſe. Iuratos callide interrogavit, num vera narrarent, an cum
P. 598. eo iocarentur. Narrata ei tota re, quæ inter eum & Caigatum acciderat, magno ſtupore perculſus dixit, re vera amorem Caigati adverſus eum incomparabilem eſſe, ſeque neſcire, quomodo eum non ſtatim membratim diſſecuerint. Hoc audito animus Caigati plane placatus eſt, & ipſe eum convenit, amplexus & oſculatus eſt, atque eo aſſumto in caſtra ivit, & veſtibus ſplendidis eum induit. Ille, quæ eius fuit prudentia, maleficum mortisque reum ſe oſtendit, ebrietatem confeſſus eſt (420) dixitque: illacrymans: „ego neſcio me deliquiſſe. Si deliquero, me inſcio feci, teque invitus offendi. Obſecro te, ut carnem meam canibus tuis comedendam præbeas absque miſericordia.„ Caigatu eum maiori amore amplexus dedit ei dona incomparabilia, &, ut uno verbo dicam, intra hos duos vel tres dies donavit Baido fere 40 myriadas auri, argenti, & veſtes aureas, ſtolas primarias, pelles (421) diſtinctas ſardonicibus, lapides pretioſos, currus, mulos & equos. Quum ab omnibus domeſticis ſuis Caigatu reprehenderetur, erant, qui dicerent, non æquum fuiſſe, ut honor illius peſſundaretur, ipſe ſcutica verberaretur, & in manus virorum effeminatorum traderetur, qui eum capillis traherent, flagellarent & vulnerarent, nunc autem, quum acciderit, quod accidit, nihil profutura eſſe dona, neque utilem fore liberalitatem, tantum ſibi ab eo cavendum eſſe, qualis fuerit. Alii dixe-

dixerunt, par eſſe, ut e medio tollatur, ceteroquin multa ab eo tentatum iri. Alii hoc improbantes dixerunt, par eſſe, ut in aula ſervitutem ſubiret, & tanquam captivus haberetur per reſiduum vitæ ſuæ, ne manum ſuam ad offendendam vel lædendum extendat. Caigatu, qui per cupidines ſuas laſcivas habitum animi ſibi comparaverat illaudabilem, hæſitavit & quaquaverſum animo ipſius aberrante, tandem eo tractus eſt, ut Baido diceret, „Filium tuum expeto, ut penes me ſit, in aula mea ſocius & ſodalis meus. Baidu tanquam ſumme moriger & ſubditus manifeſtus hoc lubens voluit, iuſſitque filium ſuum ſtatim accerſi. Caigatu dixit: „Nemo mittendus eſt, P. 599 ſed tu ipſe ſurge, abi velociter ad domeſticos tuos, priusquam rumor ad eos afferatur de lite, quæ inter te & me orta fuit, ne tui turbentur. Quando adveneris, mitte filium tuum ad me. „Promiſit iſte, ſe mandato regis obſecuturum eſſe. Exiit ex caſtris tanquam volucris ex laqueo. Retrorſum aſpiciens iter quatuor dierum uno die abſolvit. Domum veniens haud cunctanter filium ſuum ad Caigatum miſit. Ipſe in montana Hemdani ſeceſſit, quaſi venaturus eſſet. Illinc legatum miſit ad Kazanum filium Argoni. Plorando & clamando indicavit ei, omnes vexationes, quas perpeſſus eſt. At Caigatu non animadvertit in facinoribus immodicis et prodigalitate occupatus. Adſtitit ei tanquam malus adverſarius princeps ſcribarum ſive præſes conſilii, vir natione Perſa, cuius nomen erat Sederaldin. Etiam hic valde prodigus fuit, qui intra exiguum ſpatium evacuavit theſauros regios Caigati. Cœpit mutuari & erogare, donec opportunitas deficeret, ut vel una ovis in cibum Caigati mactaretur. Conſtitutus ergo eſt Iudæus quidam, nomine Reſchid Aldaulah, ut cibum Caigato convenientem pararet, & conquireret, undecun-

Digitized by Google

decunque poſſet. Itaque Iudæus hanc rem egregie curavit, erogavit magnam partem opum ſuarum, emit multas oves & iumenta, & conductis lanionibus & coquis, eas deportari promiſit ſingulis menſibus in manus præſidis conſilii. Quia theſaurus vacuus & pecunia deſtitutus erat, neque quicquam in eo inveniebatur, ſyngraphas exaravit, & in provincias miſit, ſed nihil inventum eſt, quod Iudæus colligeret. Itaque evanuerunt omnes eius opes, & quum deprehenderet, ſe huius rei curam gerere amplius non poſſe, aufugit. Quum exactiones frequentes eſſent, & præſes conſilii impenſis defatigaretur & premeretur ad ſatisfaciendum donis prodigis regis regum, ſiquidem omnes divitiæ e toto imperio Mogolico corrogatæ
Pag. 600. liberalitati præſidis conſilii non ſufficiebant, quomodo liberalitatem Caigatai explere potuit? Illinc animum induxit monetam inſtaurare, & * ne manus eius in aurum & argentum immitteretur, ea reiecit, lege regia lata, qua uſu auri & argenti hominibus interdiceretur. Fecit pannos chartaceos iisque impreſſit ſignum rubicundum. Cudi curavit nummos denarii 1, 2, 3, 4, 5 & ſic porro usque ad 10 denarios, quos appellavit Schav. Præcones in urbibus promulgarunt, quemcunque emtorem vel venditorem, qui accipiat vel det numum præter Schav, capite plexum iri, & quemcunque, in cuius manibus argentum ſit, quique illud non in ædes, ubi Schav cudebantur, attulerit, ut eius loco Schav accipiat, ſupplicio affectum iri. Itaque homines in magna anguſtia & difficultate ineffabili bimeſtre tranſegerunt. Tabrizum, quæ erat metropolis Mogolorum, deſolata fuit, incolis aufugientibus & diſperſis (422). Poſt gloriam hanc pauci ibi in plateis apparuerunt. Fuit ibi fames, annonæ caritas, & difficultas, quam ſermo definire non poteſt, dum homines pannis

iſtis

Digitized by Google

iſtis vilibus uti abnuebant & argento uti timebant. Litigabant "populi tantopore contra præſidem conſilii, ut coram eum contumeliis, conviciis & ſubſannis afficerent, atque perſuaderi & morigeros eſſe detrectarent. Stupefactus ſtetit, reſpondere erubuit, & quomodo voluntati ſuæ ſatiſfaceret, non invenit. Non fuit poeta, qui non vituperaret ſervum hunc, neque delator, qui non in eum componeret carmina metrica & elegias rixoſas. Quum a civibus & exteris vexaretur, emiſit edictum regium, quo cuivis libertas concedebatur pro lubitu utendi Schavis vel, ſi maluerit, argento, nemine coacto. Rex regum dixit: Volumus, egregiam conditionem, vitam quietam & affluentiam bonorum vobis contingere, neque tributum a quoquam exigi, ſed, quicquid neceſſe fuerit propter poſſeſſiones & opes atque uno nictu obſignari & emitti chartas pro chiliadibus & myriadibus. Tum quisque P. 601.
novit, quod ipſi minus convenit. Vi autem neminem coercemus." Fuit magna lætitia in omnibus regionibus & urbibus. Apertæ ſunt viæ, quæ per hos duos menſes mercatoribus prohibitae erant, Vi enim præcluſae erant, diverſoria clauſa, atque emtio venditio ceſſabat. Ineunte anno Græcorum 1606 rediit Baidu pro more ad hiemandum in regione Dekukæ. Meditatus defectionem a Caigato conſpiravit cum ducibus millenorum Mogolorum ei vicinis, & cinctus militia venit ipſe in agrum Mauſelenſem. Cepit ducem militiæ, qui ibi erat, eumque occidit. Interficiendum etiam curavit eum qui, Bagdadi erat. Quum viderent Emiræ alii, magnates Mogolorum Baidum ad tale opus audacem eſſe, aperte ei ſubiecti ſunt, ſeque ei iunxerunt. Conſenſerunt, ut legatos ad Kaanum mitterent dixeruntque: "Caigatu ſeceſſit ex via Mogolorum, & contemſit patrem noſtrum Cinghiz Chanum, voluptatibus turpibus & prodigalitati immani



Digitized by Google

deditus. Devaſtavit gazas regias, laſciviæ & cupidinum mundanarum unice ſtudioſus, ſepoſitis negotiis regni, quo ſtabilimur. Itaque magnates nec non filii, filiæ, mulieres et ſponſæ ſtatuunt, eum e medio tollendum eſſe, quia ineptus conculcat regnum. Te autem collocant in throno regni Magogi.« Kaan miſit ad Baidum eique dixit: Tu es maximus in Iſraele, & omnes noſmet ipſos tibi tradimus, tuoque conſilio paremus. Fac quidquid ex tua ſententia par, æquum & aptum ſit, ut ſine noxa & tumultu conſiſtant negotia regni noſtri. Oportet (regem futurum) operam dare, ut vitæ laſcivæ, cibis, potui, deliciis et voluptatibus non indulgeat. . Debet etiam a donis & liberalitate iniuſta ſibi cavere, & circumſpecte regnum tueri. Cogitet præterea, quomodo adverſariis ſuis ſtrenue occurrat, quia ſapientia regis magis quam multitudine militum (423) regnum defenditur. Quum magnates, filii regii, & principes myriadum Mogolicarum perſuaſi eſſent, Kaanum & Baidum in unam voluntatem amice conſpirare & per legatos alterum cum altero conver-
P. 602. ſari quumque iis manifeſtum eſſet, ex lege eorum Kaanum in throno regni poſt Caigatum collocandum eſſe, & Baidum, ſi Kaanus in thronum regium eveheretur, arma moturum eſſe, aperte ſe ſubiecerunt Baido, & a Caigato faciem averterunt, qui non ſentiebat, neque noverat, quid in orbe fieret, voluptatibus terreſtribus ſe ingurgitans, donec inſidiæ & civibus & exteris cognitæ erant. Tum nutavit tanquam expergefactus. Miſit legatum ſeptentionem verſus, copiis, quæ ibi erant, mandans, ut conſcenſis equis capiant Baidum. Quum legatus in plagam ſeptentrionalem vel regionem Diarbecri veniſſet, invenit omnes copias, quæ ibi erant, cum Baido iunctas eſſe, ſeque accingere, ut Caigatum

Digitized by Google

gatum adoriantur. Clam aufugit retrorſum, harumque propoſitum Caigato indicavit. Simulac hæc audivit, putavit Baidum fugere & ad Kaanum proficiſci velle. Miſſo igitur exercitu præcluſit vias & anfractus Choraſanæ. Tagrum ducem magnum præfecit myriadi uni equitum, eumque miſit, ut cohiberet Baidum, quo minus montana Scheharzuræ tranſiret. Paucis diebus poſt præfecit ſocerum ſuum, cuius nomen erat Akboka, alii myriadi equitum, eamque miſit. Ipſe aſſumta alia myriade progredi et in Baidum irruere voluit. Quum adhuc prope Tabrizum in loco, qui vocatur Angona eſſet, venerunt Tagrus & Akboka cum 2 myriadibus ſuis ad radices montis Scheharzuræ a latere orientali, & ipſe Baidu ſimiliter cum copiis ſuis ad radices montis ex latere occidentali. Miſit legatos clam ad Tagrum eique dixit: "Ego zelo, quo verſus regnum Magogi feror, flagro, & pugno, ut Caigatum ad proprietates ſuas turpes abiicendas compellam potiſſimum, quum audiverim, eum vobis non reliquiſſe mulieres, filios & filias, quibuscum non ſcortatus ſit. Qua propter par eſt, ut nos omnes unanimi conſenſu & coniunctis viribus (424) eum e medio tollamus, & Kaanum in ſolio regio collocemus, ei nos omnes æqualiter obſecuturi. Tagrus hanc rem maxime in votis habuit, & plane P. 603 eam adprobavit. Statim dixit ſocio ſuo Akbokæ per nuncium: "Ego cum Baido facio & cum eo conſentio. Ad eum iter paro. Tu quæſo quid tibi proponis?« Quia erat ſocer Caigati, hæc res ei non probata eſt, ſed ægre eam tulit & contriſtatus eſt. Cogitavit hac nocte; ſumta myriade ſua, ad Caigatum redire. Illuceſcente die Tagrus equitare videbatur, ut ad Baidum iret. Akboka autem arbitratus, eum in ſe impetum facturum eſſe, aufugit.

 Pauci

Digitized by Google

Pauci ex myriade ſua ei adhæſerunt, & cum paucis peditibus ad Caigatum venit. Nunciavit ei, quid factum ſit. Caigatu timore perculſus neſcivit, quid faceret. Advocavit ducem millenorum, qui cum eo erat, cuius nomen erat Berim eique dixit: "Video copias meas contra me diviſas eſſe. Tu ſtrenuus & accinctus mane, neque ſeparare." Adducta veſtimenta ei induit. Equum aſcendit, caſtra ſua quærens, ubi mulieres & domeſtici eius erant, reliquit tentoria et domicilia, quæ fixa erant. Quum ne ictu quidem teli remotus eſſet, Berim adortus eſt et direptis tentoriis Caigati, eum inſecutus eſt. Quia iam antea dux myriados alius in regione Iberorum, cuius nomen erat Dochel, ad veniendum rogatus erat, iterum miſſo nuncio a Caigato, venit etiam iſte ex plaga illa prope caſtra Caigati. Invenit ibi tumultus, rixas, diviſiones, & militias a ſe diffidentes, rapinas & ſpolia infinita, ſimulac Caigatu cum 4 vel 5 hominibus advenit, Berimo inſequente & Dochelo præcurrente, captus et occiſus eſt ab iis feria quinta, menſis Adar anni Græcorum 1606, quanquam Baidu ignorabat, neque ad necandum eum inclinabat, ſed tantum eum capere, & caſtello quodam includere voluit. Iunctis igitur ei magnatibus, traditisque militiis, legatum miſit, qui Caigatum ſumeret ſibique eum adduceret. Quum legatus adveniſſet, inve-
P. 604. nit eum mortuum. Solus rediit. Itaque omnes magnates filii, filiæ, generi & ſponſæ mutuo ſe obſtrinxerunt ad obſequium & obedientiam præſtandam Baido: Multis magnatibus in eius partes euntibus miſit legatum ad Kaanum, ut veniret neque ſolitarius eſſet. Quia autem Kaan procul aberat, & adhuc tempus hibernum erat, viæque gramine & alimento deſtituebantur, fortiter progreſſus eſt

Kaan

Digitized by Google

Kaan cum militia ſua in plagam, ubi Baidu erat. Ii, qui cum Baidu coniuncti erant, quum viderent Kaanum cunctari neque celeriter advenire, coeperunt Baidum probare, eique dixerunt; "Tibi convenit regnum, Kaanus adhuc iuvenis eſt, & impar adminiſtrando regno Magog, iſi tu receſſeris, & gubernationem univerſam Kaano commiſeris, in exitium ruet res Mogolorum. Baidu his blandis verbis deceptus eo arrogantiæ proceſſit, ut Kaanum amplius non expectaret. Accerſi iuſſit thronum magnum, qui Tabrizi erat, & ſuper quo Abaka, Argon aliique reges eos excipientes ſederant. Fixit eum prope Auganam, & eum occupavit, arbitratus, regnum eius confirmatum eſſe. Poſtquam aliquot dies ibi commorati erant, convivia inſtituentes, profectus eſt verſus Siacub, ubi adunati erant filii, filiæ, fratres, cognati, duces exercituum omnesque magnates Mogolorum. Itaque coepit Baidu animo ſubmiſſo cum iis converſari & cuique fratrum & filiorum avunculorum regionem quandam committere, ea lege, ut omnem proventum regionis comedant, & ſi quid ſuperfuerit, ad Baidum mittant; ſi illis aliquid defuerit, a Baido ſumant, quantum ad eos ſuſtentandos ſufficit. Miſſos tandem omnes fecit, magnatesque lætitia magna perfuſi ſunt, Deum laudantes ob pacem & concordiam, quæ inter exercitus & magnates omnes Mogolorum reſtituta erat. Quum Kaanus veniret prope Siacub, audivit, Baidum ſibi regnum vindicaſſe, & in throno regio illegitime ſedere. Perquam iratus & exacerbatus fuit, atque ægre tulit, inanem & fruſtra fuiſſe omnem eius laborem, & moleſtiam viæ longæ. Irruit P. 605
igitur in eum eiusque exercitum. Obiurgans enim Baidum dixit, quid me advocavit, & quum advocavit, quare non expectavit,

 donec

Digitized by Google

donec eum convenirem, ut me conſentiente throno inſideret. Baidus confiſus ſe humilitate mentis & donis liberalibus animum Kaani placaturum eſſe, non ſolum ei conceſſit omnem Choraſanam, Schirazum, Behrin & Chirmanam, ſed dedit omnia tentoria Argoni patris ſui, ſibi tantum uno reſervato, inſtructa hominibus, equis, armentis, aliiſque gregibus & opibus, quibus acceptis in Choraſanam rediret. Kaanus pervenit in viciniam Kongorolanæ, ibique a loco, ubi Baidu erat, itinere unius diei diſtabat. Dux exercitus qui cum eo erat, vir bellicoſus, & in proeliis exercitatiſſimus, nomine Neuruz filius Argoni Akæ, conſilium dedit, ut noctu impetu facto ſubigerent ſubito Baidum inſcium. Quanquam ita facere inceperunt, res tamen non ad finem perducta eſt. Quum enim noctu equos aſcendiſſent, ut impetu vehementi irruerent, cataractæ cæli rupti ſunt, tantumque pluviæ, imbris, fulgurum, tonitruum venti, procellæque deſcendit, quantum nunquam in orbe viſum eſt. Cœperunt a via aberrare, & diſpergi, ut neſcirent, quo & quomodo proficiſcerentur. Quiſque e regione faciei ſuæ contendebat, errabundus in deſerto, donec lux oriebatur. Tum viderunt, ſemet ipſos prope eos eſſe, qui cum Baido ſtabant neque prælium ſe committere poſſe, quia milites humectati, defatigati & diſperſi erant. Omnes manſerunt ſtupefacti & attoniti. Baidus vero eiusque ſocii timore magno perculſi ſunt. Equis conſcenſis exierunt, ut irruerent in Kaanum. Kaanus quum perſpiceret, non pugnæ locum eſſe, equo deſcendit. Similiter Baidus, quum eum deſcendiſſe videret, equo deſcendit. Appropinquarunt, ſeque invicem amplexati ſunt, quum uterque ob id, quod fecerat, pudore ſuffuſi eſſent, Baidus quidem, quod nimis velociter egiſſet, neque Kaanum expectaſſet,

ſet, Kaanus vero, quod doloſe & clam profectus eſſet, ut Baidum vinceret. Revera enim, niſi pluviæ et tempeſtates impediviſſent Kaanum, ſocii Baidi funditus perdidiſſent, neque hac nocte quisquam evaſiſſet, ſed omnes occiſi eſſent. Poſtquam conſenſerant, & cœperant moleſti ſibi invicem eſſe, culpamque exprobrare, Kaanus obſequium perfectum præ ſe tulit, ex calliditate & ſapientia laudabili, regibus neceſſaria, ut ſibi Baidum placaret. Ratum habuit, quodcunque ipſi proponebatur. Iurarunt ſibi invicem, alterum cum altero non altercaturum neque contra eum ſurrecturum eſſe, ſed uno conſenſu unaque voluntate binos mutuo amore pace et quiete iunctum iri. Quando autem voluerit Baidu, ut Kaanus ad caſtra eius accederet, ſimul convivaturos eſſe, & hilares lætosque fore ob pacem inter eos ſancitam. Kaanus dixit: „Multum defatigati ſumus hac nocte. Paululum eamus retrorſum, & quieti nos tradamus, atque mane diei loco quodam congregemur. Baidu in ſimplicitate ſua voluntati eius ſatisfecit. Poſtquam Kanus a Baido liberatus erat, & retroceſſerat, equo non deſcendit, ſed a veſpera huius diei per totam noctem profectus eſt, reiectis in tergum oculis, miratusque, quomodo ex manibus Baidi evaſiſſet. Baidus caſtra metatus cœpit parare epulas, & dona ſplendida cuiuscunque generis. Non quievit, neque dormivit, ſed tota nocte cogitabat, quomodo & quanam arte animum Kaani placaret, neque cauſa offenſionis ſupereſſet. Illuceſcente die proceres per nuncios veniam petierunt, ut Kaanum ſalutent, eumque inviſerent, quia remiſſio & perturbatio in eum inciderat. Quum ſpatium paraſangarum aliquot abſolviſſent, non invenerunt hominem quenquam in via, ſed equos imbecilles, qui relicti erant, & cadavera nonnulla abiecta. Quod quidem Baido indicarunt. Baidus P. 606.

ſibi

ſibi perſuaſit, Kaanum in culpa eſſe, concordiæ minus ſtudioſum, rediiſſe, ut viribus comparatis Baidum aggrederetur. Fuit illi timor
pag. 607. haud exiguus, iuſſitque omnes magnates cum copiis eorum congregari, ut impetum Kaani depellerent, ſi quem iterum moliretur. Kaanus & Neuruz athletha magnus conſilium ceperunt, ut, legatione miſſa, pacem cum Baido componerent, eumque a colligendo exercitum & irruendo in Kaanum abducerent. Nam, ſi Baidus militias ſtudioſe collegiſſet, Kaanus coram eo conſiſtere non potuiſſet, neque ei obviam ire, quia milites eius defatigati, equi debilitati & oppreſſi erant ex penuria alimentorum, dum campeſtria harum regionum gramine deſtituta & loca & deſerta atqne ſecreta pro equis non inveniebantur, neque commeatus pro hominibus. His ſimilibusque cauſis inductus Neuruz promiſit Baidum convenire eumque omnimodo permovere, ne perturbetur, neque ſuſcitetur, ſed a parte Kaani ſecurus eſſet. Quum ad Baidum veniret, magno (Neuruzum) honore (Baidus) excepit, & ſecreta ſua conſilia omnia Neuruzo indicavit, ita ut Neuruzus Baido diceret: „ſi tu fiduciam non collocas in Kaano malique tibi aliquid ab eo metuis, ego proficiſcor, ut tibi caput eius in patina mittam.“ Omnem autem operam navabat, ut liberetur & incolumis ad Kaanum rediret. Baidus gaviſus eſt, exultavit & lætabundus dixit: „Si hoc facere poteris, omnia negotia mea publica tibi tradam. Attulit ei dona liberalia, multumque auri in manus ei dedit. Confecit præterea diploma, ut aliam myriada ex urbe Kezvain acciperet, deinde eum abire ſivit. Quum ad Kaanum accederet, mirati & ſtupefacti ſunt, quomodo Neuruz ſe in manus Baidi immitteret, & quomodo Baidus minus provide eum incolumem dimiſerit. Cœperunt igitur ſe bello accingere, & mi-

militias* cogere. Neuruzus ipſe ſuſcepit regimen exercituum. Kaanum cum paucis hominibus in montana Maznederanæ miſit, ut ibi venarentur, item copias, quæ in alia plaga collectæ erant. Ipſe manſit ſolus in loco quodam cum domeſticis ſuis. Baidus p. 608.
quum ſcire laboraret, ubi Kaanus & Neuruzus eſſent, in quanam re occupati ſint, & num ſibi propoſuerint, bellum gerere, nec ne, frequenter legatos ad illos miſit, & callide egit, ut aſtutiam eorum retegeret. Advenientibus legatis Baidi penes Neuruzum eumque ſollicitantibus, ut Kaanum ipſi inviſerent, & cum eo loquerentur, dixit illis Neuruzus: "Nihil vobis emolumenti inde erit, ſi viſeritis iuvenem rudem, qui nihil novit neque intelligit. Peragrat montana & excelſa loca, neque quidquam curat præter venationem. Si autem eum quovis modo videre vultis, adſunt homines mearum partium eumque aditote. Itaque ſumſerunt domeſtici eius legatos Baidi, eosque via deſerta duxerunt, palabundos & errantes ex pago in pagum, urbe in urbem. Quum poſt multos dies ad Kaanum adducerentur, initio confabulationis de Baido conqueſtus eſt, dicens: "Ubi promiſſa ſunt, quæ mihi pollicitus eſt, ubi caſtra, mulieres, & concubinae patris mei, quas mihi mittere promiſit, quibus acceptis illinc proficiſcar. Si iuſiurandum revocare ei libuerit, indicet mihi, ut in Choraſanam redeam. Legati reverſi ad Baidum, iurati negarunt copias cogi vel Kaanum de bello ſollicitum eſſe, qui tantum expectet, dona ei promiſſa traditum iri, quibus ſumtis in patriam redire vellet. Baidus, quæ eius erat honeſtas, cogitabat Kaano plura dona mittere, ac pollicitus erat. Sed conſiliarii eius non permiſerunt. Dixerunt enim: "Dolus ſubeſt neque bono animo adverſus te affectus eſt. Non



Digitized by Google

anxius eſt, ut accipiat caſtra patris ſui, ſed ut, quum vires auctæ ſint, te aggrediatur, quia myriades populorum, equorum & opum una procedant, ſi te reliquerint.« Paulo poſt Kaanus Baido indicavit: "Feſtinanter mitte mihi exercitus, quia inimici orientales
P. 609. iuxta littus Gihonis meditantur in regionem Choraſanæ traiicere. De multis rebellibus in hic regionibus indicium nobis factum eſt.« Sed conſiliarii Baidi has narrationes inſidias & machinationes habuerunt. Quum igitur Kaanus videret, rem non ad exitum perduci, reſcripſit, ſe exercitu non indigere, ſiquidem malam ſuſpicionem a ſe amovere vellet. Baidus remiſſus fuit, & umbram tanquam corpus aſpexit, atque ad artes, & modos callidos tanquam puer flexus eſt. Pugnas, bella & proelia procul a ſe removit. Coepit voluptatem capere ex cibo potuque, qua tamen contentus a libidinibus non penitus victus eſt, neque foeminam extraneam præter mulieres ſuas adamavit, neque ſodomiæ indulſit, ut prædeceſſor eius fecerat. Prudentia, & modeſtia laudabili præditus viros præſtantes, ſapientes, modeſtos, temperantes cuiuscunque gentis benevole excepit & honoravit, donis ditavit, veſtibus ſplendidis ornavit. Quia multis annis cum Deſpina (426) filia imperatoris Græcorum, quæ nupſerat Abakæ, converſatus fuerat, in Chriſtianos propenſus fuit. Aliquot annis eccleſia & campanarum pulſatio in caſtris ſuis conceſſa erat, erubuit tamen publice chriſtianus (427) appellari. Quia tempore illo omnes Mogoli magnates & plebeii, univerſa ſcilicet gens Mohammedani facti erant, & dudum circumciſi erant, atque lotiones & precationes Moſlemis proprias obſervabant, Baidu, ut iis placeret, Mohammedanus factus eſt. Lætati de eo ſunt omnes proceres regni eius

Digitized by Google

eius. Attamen a converſatione cum Chriſtianis avelli non potuit, neque induci, ut negotia publica ulli præter illos concrederet. Abhinc cœpit in utrumque poplitem claudicare. Chriſtianis enim dixit, ſe Chriſtianum eſſe, & crucem collo ſuo ſuſpendit, Arabibus autem indicabat, ſe Moslemum eſſe. Sed lotiones & ieiunia diſcere non ſategit. Quotiescunque principes religionis eorum ad precandum conveniebant, Baidus filium ſuum miſit, ut cum illis precaretur, ad placandum animum eorum, & indignationem mitigandam. Verum Arabes non latuit, eum ad partes Chriſtianorum inclinare, licet circiter per quinque menſes his artibus regnum adminiſtraret. Nam Haithon rex Ciliciæ fidelis & probus, qui audiverat Baidum victoria reportata ſibi regnum Mogolorum vindicaſſe, Chriſtianos diligere, magisque in eos propenſum eſſe, quam in ceteras religiones, concupivit ipſe in aulam eius venire, cum eo colloqui multaque negotia cum eo tranſigere. Poſtquam e patria egreſſus erat, manſit in via fere 2 menſes. Illo adveniente prope Siacuh, contigit adventus Emiræ magni Neuruz cum militia ſua, ut Baidum ſubigeret. Quia Baidus de ſemet ipſo ſollicitus erat, per legatum dixit regi Armeno, Haithono: "revertere Maragam, ibique pauliſper quieſce, donec pacatis rebus ad caſtra regreſſus te accerſam." Fecit ita. Poſtquam Maragam venit, ibique ad dies plus minus decem commoratus eſt, fugit Baidus coram Neuruzo bellatore magno. Venit igitur rex regum Kaan, & caſtra poſuit ad Telam Uchamam (collem nigrum) iuxta Diabukanam. Statim rex Haithonus ſe accinxit, ut ad eum colendum proficiſceretur. Obtulit ei dona magnifica. Dixit ei rex regum: "Tu ad Baidum acceſſiſti non ad nos. Reſpondit rex." Meum eſt, ut univerſae ſtirpi Cinghiz Chani obſequium præ-

P. 610. (beside "Chriſtianis enim dixit")
P. 611. (beside "Reſpondit")

ſtem, & ad adorandum illum accedam, qui throno potitus ſit. Rex regum eum benigne excepit, regiisque veſtibus induit. Iuſſit diploma confici, omnesque eius rogationes impleri. Quia edictum promulgatum erat, ut eccleſiæ diruerentur, impetravit rex Haithonus a rege, ut non diruerentur, ſiquidem ædificia divina ſint, & oratoria. Iuſſit igitur rex regum ea non deſtrui. Conſcriptum eſt diploma & datum legatis, ut eccleſiae plane non deiicerentur, ſed tantum fana idolorum in templa & academias Arabum converterentur. Itaque opera huius regis multæ eccleſiæ ſervatæ ſunt. Exiit ex caſtris rex ille cum gaudio & lætitia feria prima die 9 Tiſruni prio-
C. 1296. ris anni huius, id eſt, ineunte anno Græcorum 1607. Baidus ne horam quidem regi regum reſiſtere vel in eum irruere potuit, ſed aufugit die ſabbathi, die 25 menſis Elulis. Quum Neuruzus eum inſequeretur, legem promulgavit, ut deſtruerentur eccleſiæ, fana idolorum & ſynagogæ Iudæorum, iſtique una cum ſacrificulis occiderentur, ſacerdotes ſummi contemtui haberentur, tributa & onera ab iis exigerentur, Chriſtianus nullus in publicum prodiret, niſi lumbos cinctus zona, neque Iudæus niſi cum ſigno in capite. His diebus populi adorti ſunt Tabrizum, & diruerunt omnes eccleſias, quæ ibi erant. Fuit luctus ingens Chriſtianis in toto orbe. Perſecutionem, ignominiam & contumeliam, quam Chriſtiani hoc tempore perpeſſi ſunt, nemo dicendo aſſequi poteſt, præſertim Bagdadi. En, ut dicunt, vir Chriſtianus nullus audet in foro conſpici, ſed feminæ in publicum prodeuntes emunt venduntque, quum a feminis Arabicis
P. 612 non diſcernantur neque pro Chriſtianis agnoſcantur, ſi autem agnoſcantur, pugnis cæduntur & contumelioſe habentur. Omnes Chriſtiani harum terrarum, in miſeria huiuſcemodi, ineffabili derelictione a Deo verſan-

ſan-

Digitized by Google

ſantur, dum adverſarii iuſtitiæ iis irrident dicuntque: „Ubi eſt Deus veſter, ut videamus, num vos adiuvet, aut quisnam vos ſervet & liberet." Perſecutio autem hæc non ſolum populum noſtrum afflixit, ſed etiam Iudæos & ſacrificulos, cultores idolorum & quidem duplo gravior, poſt honorem illum maximum, quo Reges Mogoli eos proſequi ſolebant, (428) adeo ut dimidium vectigalium, quæ in ærario regio erant, ſacrificulis ſolveretur pro fingendis imaginibus aureis & argenteis inſumendum. Ad evitandam hanc perſecutionem multi ſacrificuli Mohammedani facti ſunt. Poſtea exiit edictum regis regum, conſcripta ſunt larlicha (mandata) omnibus regionibus, miſſi legati quocunque locorum & urbium, ad diruendum eccleſias & diripiendum monaſteria. Quocunque autem legati proficiſcebantur, ſi quis Chriſtianus deprehendebatur, qui coram illis ſtabat, donaque offerebat, ſeveritatem omnem deponebant, quia colligendis nummis magis inhiabant, quam everſioni, uti etiam in urbe Arbela contigit. Quum enim præfecti illuc veniſſent, ibique 20 dies commorati eſſent, atque exſpectaſſent, Chriſtianum quendam adventurum & aurum promiſſurum eſſe, nemo appropinquavit, ne ipſe quidem metropolita. Quare, libertate civibus conceſſa, ſubito tres eccleſias magnificas, quæ ibi erant, adorti ſunt, easque funditus everterunt. Poſtquam Ninevitæ, Arbelenſium gemitum audiviſſent, perturbati ſunt, & timuerunt. Quum magnates & præfecti Mauſelám verſus proficiſcerentur, adierunt eos viri laborem non gravati, & moleſtias eccleſiarum ſanctarum ſuſcipientes, atque polliciti ſunt ingentem auri copiam (pro ſalute eccleſiarum.) Quia autem illi nihil poſſidebant, manus iniecerunt ornamentis eccleſiæ, neque crucem vel iconem vel evangeliorum codicem auro argentove

tectum

Digitized by Google

ſis Heziran feria ſecunda mane urbem Amidam cepit Elialdinus cognominatus filius Zegagæ, ſtipatus exercitu magno Arabum, qui ex oppidis Syriæ coactus erat. Amida tam dira clade afflicta eſt, ut homines 12000 in captivitatem ducerentur. Occiſi ſunt fideles multi, etiam Mar Gregorius ſanctus huius urbis, qui, poſtquam plagas ſuſtinuit, occiſus eſt. Adorti deinde eccleſiam magnam Deiparæ eam incenderunt, ædificia eius diruta, & porticus eius atque columnæ mirandum in modum pulcræ deiectæ ſunt. Fuit acervus lapidum ex vehementia incendii, & furore flammæ, duravitque ibi ignis fere menſem. Hæc contigerunt, quia incolæ Amidæ a domino Mardini Malec Alſalah defecerant. Hic literis miſſis in Syriam eum, quem ſupra memoravimus, rogavit, ut adveniret. Advenit & ſecum duxit equites 12000. Fuit in urbe iſta Emira quidam, cuius nomen erat Elamaldi. Hic illis aperuit portas urbis, eosque introduxit. Profectus eſt quidam ad dominum Mardini illis urbe potitis eamque vaſtantibus. Venerunt ad virum, qui una cum muliere & filiis ſuis dormiebat. Statim expergefacti ſunt. Vir occiſus eſt, mulier & filii in captivitatem abducti ſunt.

V91
1511507

Digitized by Google

Notae

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

XX IIII X
13
28

Digitized by Google